A VESZPRÉMI PÜSPÖKSÉG

RÓMAI OKLEVÉLTÁRA.

BÁRÓ HORNIG KÁROLY VESZPRÉMI PÜSPÖK MEGBÍZÁSÁBÓL

KÖZREBOCSÁTJA

A RÓMAI MAGYAR TÖRTÉNETI INTÉZET.

II. KÖTET.

1276—1415.

BUDAPEST.

1899.



M. Tört
Qu 669

MONUMENTA ROMANA

EPISCOPATUS VESPRIMIENSIS.

MUNIFICENTIA CAROLI L. B. HORNIG EPISCOPI VESPRIMIENSIS

EDITA

A COLLEGIO HISTORICORUM HUNGARORUM ROMANO.

TOMUS II.

1276—1415.

BUDAPESTINI.

1899.

351622

MAGYAR AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA
50778

R
1977

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.

GUILELMI FRAKNÓI

PROLEGOMENA AD MONUMENTA ROMANA EPISCOPATUS VESPRIMIENSIS.

MAGYAR AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

I.

EPISCOPI VESPRIMIENSES.

Primum instrumentum — quod ad tomum nostræ Collectionis Vesprimiensis e tabulario Romano — hunc iam alterum, viam pandit: agit de Petri II. episcopi electione ad cathedram Strigoniensem, exeunte a. 1276 facta.

Eventus hic tam luctuosis sane discriminibus obvolvebatur, quæ lugubrem patriæ nostræ faciem sæculo XIII in finem vergente, ad vivum exprimunt.

Ineunte a. 1273., Philippo Archiepiscopo Strigoniensi fatis defuncto, quum rege Ladislao IV nondum ad regnum maturo, regina pro eo mater clavum teneret, hujus sub-cancellarius Nicolaus præpositus Transylvaniensis, supremo regni pontificio inhians, in gradu hoc honoris arripiendo, minime a violentia abstinuit. Quamvis enim capituli Strigoniensis pars longe maior, suffragia Benedicto, defuncti regis Stephani V. sub-cancellario, deferebat: Nicolaus tamen proprio lubitu sedem metropolitanam invasit atque adversarios suos per fas et nefas ad silentium adegit. Usurpatoria interim hæc potestas anno vix uno duravit; gratia siquidem curiæ regiæ excidens, sedem mox archiepiscopalem relinquere coactus est; quam Benedictus propediem occupans, usque ad vitæ terminum exeunte anno 1276 finitum, retinuit.[1]

Senatu capitulari mox ad creandum Archiepiscopum coacto, uno omnium ore Petrus præsul Vesprimiensis electus est. Rex tamen Ladislaus IV. approbationem eidem denegans, Nicolaum supra memoratum, legitimum Metropoleos possessorem professus est, eumque in documentis a. 1277 «electum» Archiepiscopum Strigoniensem, Cancellarium regium et Supremum Comitem Strigoniensis provinciæ perpetuum, appellavit.[2]

---

[1] Knauz, Monumenta Eccl. Strigonien. II. 17.
[2] Ibidem 66.

Nicolaus pontificiæ confirmationis obtinendæ causa, Natalem (Karácson) et Nicolaum presbyteros Romam legatos misit. Eodem tempore, Petri episcopi Vesprimiensis vice, Paulus præpositus Vesprimiensis s. sedem adivit.

Quæstio de hac electione, coram Nicolao P. III. a. 1278. die 27 Januarii agitari cœpit. Paulus præpositus tunc in æmulum patroni sui, gravissimam movit accusationem, qua partim personam ejus, partim iniustam sedis usurpationem impetebat. Procuratoribus incusati, non tam inpacta diluere crimina placuit, quam potius declarare: Nicolaum die a Papa constituto, et necessariis instructum documentis et quibusdam Canonicis Strigoniensibus idoneisque testibus stipatum, per se præsto fore. Pontifex diem in 25-m Aprilis 1278. indixit. (I.)

Attamen Nicolaus præpositus tunc non comparuit. Hujus vero absentiæ legati ipsius hanc attulêre excusationem: eumdem «e regno exteris hostibus obnoxio, internisque dissidiis discerpto» discedere haud potuisse; præterea principem proprium inter regemque Bohemiæ, arbitri se munere fungi. Hoc non obstante produxerunt diploma a capitulo Strigoniensi exaratum, quo de electione Nicolai a. 1273. testimonium edebatur; postremo novum causæ dicendæ diem præfigi petierunt.

His demum auditis Papa eosdem interpellabat, quomodo sperandum sit fore, ut — regni fatis tantopere perturbatis — Nicolaus præstituto rursum tempore, Romæ adesse queat? Belli discidiorumque pericula — ita reprosuerunt illi — jamjam imminui, negotiaque pacis reparandæ brevi finienda.

Verumtamen Pontifex absentiam Nicolai præpositi, ratione sufficiente carere ratus, documentum electionem eius testificans, per alterum, Petri electionem significans instrumentum, utpote priori superveniens, omni valore ut aiunt iuridico iam privatum atque extinctum esse pronunciavit. Propterea interpositam de novo statuendo die supplicationem missam faciens, sententiam actutum peremptoriam dixit.

Consideratis igitur informationibus ex Hungaria acceptis, quæ «uno fere ore» Nicolao adversabantur, ius eius ad Archiepiscopatum omne reiecit; sed nec electionem Petri episcopi probavit, quamvis ad hanc repulsam «propter adiuncta rerum» potius, quam «propter defectus personæ ipsius inhærentes» se coactum esse fateretur. (II.)

Latæ huic sententiæ omnes negotii istius participes, rex videlicet, capitulum Strigoniense atque ambo etiam competitores acquieverunt. Sedi

Archiepiscopali Papa dignissimum sane, Lodomerium præsulem Varadinensem præfecit (1279. 13 Junii). Illius exaltatio ac gesta in solio archiepiscopali præclarissima, lucem copiosius etiam diœcesi Vesprimiensi affundebant: quum natale solum in hac provincia (in pago Monoszló comitatus Szalaensis) habuerit atque beneficium in capitulo Vesprimiensi aliquando tenuerit.[1]

Interim Petrus episcopus in sede perstitit Vesprimiensi, titulo electi archiepiscopi Strigoniensis, numquam — uti videtur — postmodum usus.

Raynaldus in opere Historiæ Ecclesiasticæ suo amplissimo, Carolus item Péterffy S. I. in actis Synodorum Hungaricarum commemorant: Petrum non in adeunda solum sede archiepiscopali Strigoniensi esse impeditum a Nicolao hoc præposito Transylvaniensi, verum a propria Vesprimiensi quoque exauctoratum. Nicolaum nimirum a capitulo Vesprimiensi, ut episcopus ipse eligeretur, extorsisse, quin etiam sedem hanc reapse capivisse atque eousque tenuisse, dum a legato pontificio in Hungariam adveniente, loco moveretur, Petrusque legitimus episcopus sedi restitueretur.[2] Ast auctores isti fontem, quo narrationem hanc suam hausissent, minime detegunt; adeoque eam, siquidem vulgatis historiæ monumentis oppositam, haud admiserimus esse authenticam. Nicolaum etenim ne unum quidem documentum exhibet fuisse episcopum Vesprimiensem.

De Petro, post electionis huius Strigoniensis causam finitam, geminum mentionem facit documentum testaturque: in eo dominandi hanc violandique ius alienum cupiditatem, quam ex stirpe nativa sua Németujvariensi traxisse videtur, ne dignitate quidem ecclesiastica, fuisse penitus temperatam.

Abatissa claustri Vallis Vesprimiensis a. 1280. coram legato papali, eum in crimen raptarum iniuste decimarum, longo temporis usu monialibus sancitarum, vocavit. Legatus archiepiscopum Lodomerium arbitrum constituit, qui dein decimas in litem vocatas, claustro adiudicavit.[3]

Mox monasterium Pokiense provinciæ Jauriniensis, armis invasit, templique ornatum, vestes et libros correptos Vesprimium abstraxit; unde nonnisi a. 1308 ereptam hanc supellectilem legitimus possessor sibi vindicare potuit.[4]

---

[1] Knauz, II. 99—101.
[2] Knauz, II. 130.
[3] Fejér V. III. 514.
[4] Monumenta patria, IV. 116.

Obitus eius tempus vix exacte definiri potest. Ultimo nobis a. 1288 occurrit [1], successor autem eius vernante anno 1290 primum sub oculos venit. [2]

Benedictus II is fuit, cujus familia de gente Rad, inter nobiliores provinciæ Bodrogiensis recensebatur. [3] De anteacta vita nihil plane memoriæ traditum est. Prima vero episcopatus sui monumenta nonnisi lites eius cum clero proprio agitatas enumerant. [4]

Benedicto pro tuendis iuribus commodisque suis periclitatis, sedes apostolica sæpius fuerat adeunda. A. 1295 coram Bonifacio p. VIII. Equites S. Joannis Strigonienses in ius vocavit, qui possessionibus beneficii episcopalis damna intulerunt, sacram quamdam aedem diruerunt, decimas abegerunt. Papa abbati Zirciensi quæstionem instituendam ferendamque sententiam demandavit. (XIX., XX.) Præsto nobis est decretum abbatis, quo parochum quemdam Strigoniensem jubet in Equites S. Joannis Strigonienses, quorum crimen inquisitio palam fecit, solemne excommunicationis ecclesiasticæ vibrare fulmen. (XXV.)

Verumtamen Equites hac colorata usi specie, quod ipsis cum abbate Zirciensi quædam simultas intercederet, contra iudiciariam eius potestatem, exceptionem movebant. Papa tunc episcopos Quinqueeclesiensem ac Vaciensem, nec non abbatem S. Martini arbitros constituit. Hos tamen episcopus Vesprimiensis reiecit. A. 1299 Papa rursus in Natalem præpositum Jaurinensem causam revolvit. Hic tamen officio suo post tres tantum annos defunctus est, quum a. 1302 ad 27 Novembris litigantibus diem tandem indixerat. Equites rem et diem iterum procrastinare; sed nec novo constituto die a. 1303 8-o martii comparere. Præpositus tandem, ruptis moris, sententiam dixit, qua episcopatui Vesprimiensi bona censusque direptos restituit. [5]

Interim S. Virgines Insulæ Leporum ad Bonifacium P. VIII hanc detulerunt querelam: quod episcopus ab ipsis — utut de iure immunibus — decimas tamen possessionum suarum vi exegerit. Præpositus Posoniensis, abbas Pilisiensis et Ciprianus canonicus lector Strigoniensis, delegati a papa iudices, competitores, ut se ad 6. Octobris a. 1301. co-

[1] WENZEL, XII. 474.

[2] WENZEL, IX. 114—117. — KNAUZ, II. 257.

[3] WERTNER. II. 283.

[4] KNAUZ. II. 290. Monum, pattia V. 81—85.

[5] Monum. patria IV. 100., 102. Memoria sane dignum, in documentis pontificiis monasterium Strigon. Equitum S. Joannis ad dicœcesim Vesprimien. recenseri.

ram sisterent, interpellavere. Ipsis tamen neutiquam comparentibus, diem statuerunt novum eumque subsequenter geminum. Altero Benedictus episcopus per se adfuit quidem, sed duobus e iudicibus absentibus quæstio iudiciaria institui haud potuit. (XXXI., XXXIII.) Ulterior causæ vicissitudo nos hucusque latet.

Quæstiones hæ omnes — prout vidimus — in Hungaria a viris per pontificem deputatis tractabantur. Controversia e contra, inter episcopum Vesprimiensem et abbatem Petrovaradinensem (de fonte Belæ) agitata atque de parochiarum Budæ adjacentium, patronoque abbati illi obnoxiarum decimis, pensionibusque Archidiacono solvendis mota, Romæ iam tractabatur, quo litigantium uterque deputatos misit. Res hæc omnis in annum sæculi XIV primum (1300) incidit; quo s. sedes eximia quadam magnificentia jubilæi solemnitatem celebrans, ingentem peregrinorum ex tota Europa multitudinem Romam accersivit. Benedictus episcopus Vesprimiensis, pluribus cinctus canonicis ibidem præsens, commodaque usus occasione, pacis ineundæ viam quærebat. Deputatus abbatis Petrovaradiensis quoque mentem pacis amantem præsetulit. Ambo igitur e clero Hungarico tunc Romæ commorante, arbitros delegerunt episcopum Csanadiensem, præpositum Vaciensem et canonicum lectorem Albaregalensem.

Horum quidem industria, dum Romæ agerent, successu caruit; reduces tamen in Hungariam, opus incœptum prosecuti sunt atque concordia felici coronaverunt. (1300. 2 Sept.) Instrumentum hac de re concinnatum accuratius circumscripsit limites inter binas, Budæ adjacentes regiones, quarum hinc una episcopo et capitulo Vesprimiensi, inde vero altera abbati solvere debeat decimas.[1]

Præter instrumenta jus dominii tractantia, documenta quædam nobis occurrunt, quæ Benedicti episcopi civilem etiam sentiendi rationem illustrant. Adversus enim studia pontificis domum Andegavensem amplectentis, firma adeo fide ille Andreæ III. adhæsit, ut Joanni e comitibus Németujvárien-sibus in regem rebellanti, excommunicationis notam inureret (XXIX.) Quid? quod nec decidente ultimo hoc stirpis Arpadicæ virili ramo, Andegavensi sese adiunxerit. Ideo Bonifacius B. VIII. eum cum aliis Hungariæ præsulibus coram se accersens, iis præsentibus Robertum Carolum

[1] Monum. patria, V. 93—97.

legitimum coronæ Hungariæ palam hæredem proclamavit, a. 1303. 31 Maii. (XXXIV.)[1]

Hæc papæ sententia in præcipuis Hungarie ecclesiis solemni ritu annunciata est. In s. æde capitulari Albaregalensi Lucas ex ordine Prædicatorum sacerdos hanc promulgationem celebravit. Vero propius est, Benedictum episcopum eam Vesprimii abnuisse. Illis proceribus siquidem aggregatum eum mox deprehendimus, qui post discessum Venceslai e regno, Ottonem Bavaricum candidatum complexi sunt; ut adeo una cum Antonio Csanadiensi episcopo, etiam coronam eidem imponere minime dubitaverit. (1305. 6 Dec.)[2]

Clemens P. V. edita 10 Aug. 1307 bulla, asseclas Ottonis tam ecclesiasticos quam laicos, intentata iisdem excommunicatione ac bonorum privatione interpellavit, ut in obsequium Roberti Caroli iurarent; Benedictum vero episcopum, quod Ottonem inaugurasset, in curiam papæ Avenionensem citavit.[3]

Probabile videtur, Benedictum episcopum Avenionem haud petiisse. Verumtamen Gentilis purpuratus, anno subsequente papæ per Hungariam legatus, inter alios domus Andegavensis adversarios præcipuos, episcopo etiam Vesprimiensi facile persuaserat, regni internam pacem atque potentiam, sub auspiciis tantum Roberti Caroli, firmari posse atque promoveri. In comitiis itaque Pestini autumno a. 1308 habitis, Benedictus in verba Roberti Caroli iurans, legatum pontificium, in componendis rebus ecclesiæ Hungariæ perturbatis, pro virili parte sua postmodum sublevavit.[4]

Legatus papæ sumptus habitationis in Hungaria, vertigalibus in beneficiarios dispertitis, compensavit. In conquirendis hisce tributis per dicœcesin Vesprimiensem, Benedictus episcopus utilem solertemque navabat operam. (XXXVII., XXXIX.) Hoc non obstante Gentilis æstate a. 1311 exeunte discessurus e patria nostra, debitum 124 marcarum argenti ab episcopo, capitulo cleroque Vesprimiensi postulandum indicavit; quam quidem pecuniæ vim successor Benedicti postliminio diluebat. (XLIII.)

In codice rationum legati, ultimum nobis Benedictus episcopus oc-

[1] THEINER, I. 404.

[2] THEINER, I. 420.

[3] THEINER, I. 421. In tenore bullæ non Benedictus Vesprimien., sed Antonius Csanadien. eppus nominatur; quod quidem errori vel in redigendo vel in describendo tribuendum. Antoninus ante iam annum mortuus citari non potuit. Nec mors eius s. sedem latere potuit, quum in documento ejusdem diei altero Antonius defunctus nominatur.

[4] Monum. Vaticana, I. Ser. II. t. 116, 126, 154, 305, 352.

currit 11-o Julii 1311, quum Joannes archidiaconus Albensis magnam pecuniæ summam, ejus nomine eidem dissolveret. Paulo post mors eius subsecuta. Anni ejusdem die 7 Oct. iam successorem videmus, gravi quodam negotio occupatum.

Stephanus I is fuit, de genere Akos; frater ejus Petrus Sümegiensis arcis præfectus, in provincia Vesprimiensi fundos tenuit amplissimos. Coniectura haud levis est, eum non alium fuisse, quam Stephanum iuris peritum, qui in diplomatibus aa. 1300—1303. archidiaconus Transylvaniæ et subcancellarius regius designatur.[1] Roberti Caroli familiarem intimumque fuisse probat negotium, initio statim episcopatus eidem a rege commissum. Una cum Thoma archiepiscopo Strigoniensi deputabatur, dissidiis regem inter familiamque defuncti palatini Omode componendis; quæ quidem res ad spem respondit.[2] A. 1313 rex episcopum Vesprimiensem dignitate Supremi Comitis Vesprimiensis perpetui exornavit.[3]

Non obstante tamen hac sua in regem fidelitate ac studio, in officiis, ecclesiæ ac patriæ religiose impendendis, pari solertia versatus est. Autumno a. 1313 iis se præsulibus adiunxit, qui ad medenda, ecclesiæ iuribus a rege inflicta vulnera, supplices papam adibant.[4] Aestate a. 1315 una cum Thoma archiepiscopo Strigoniensi et Benedicto episcopo Csanadiensi, regem ad «regni conditionem emendandam» convenit.[5] Ineunte a. 1318. interfuit consultationi Colocensi, qua antistites regni ad sarcienda damna ecclesiæ illata, fœdus inter se indivulsum pepigerunt.[6]

Antecessorum more Stephanus quoque episcopus varias cum clero suæ ditionis Budensis lites exercuit. Ipse nimirum sententiam ab archiepiscopo Strigoniensi a. 1296 latam irritam esse existimans, a. 1320 in quatuor parochos, qui decimas sibi vindicarunt et jurisdictioni archiepiscopi Strigoniensis sese manciparunt, excommunicationem fulminavit.[7]

Quum vero rigor iste optato eventu careret, rem ad s. sedem detulit. Joannes P. XXII. exspirante anno 1321. episcopum Quinqueeclesi-

---

[1] Fejér, VIII., II. 248 et seq.
[2] Fejér, VIII., I. 405.
[3] Ibid. 512.
[4] Knauz, II. 688.
[5] Monum. patria, I. 110.
[6] Knauz, II. 744.
[7] Instrumentum excommunicationis in tabulario capit. Vesprim. in tribus exemplatis iisque synchronis conservatur, quæ rogante Stephano eppo Nicolaus Jaurinen., Joannes Nitrien. Ladislaus Quinque. etc. et Benedictus Csanadien. episcopi exorarunt (Fejér, VIII., VII. 101 nonnisi synopsin eorum excerpsit).

ensem iudicem causæ præfecit. (XLVI.) Ulteriorem quæstionis processum monumenta reticent.

Post causæ instaurationem non diu superstes erat; sequentis enim anni documentum regium d. 21 Mart. nomen eius ultima vice commemorat.[1]

Successor eius Henricus, qui pluribus continenter annis, latus Thomæ archiepiscopi Strigoniensis cancellarius stipabat, e præpositura Scepusiensi ad solium Vesprimiense præsuleum evectus est.[2] Ex eo, quod capitulum Scepusiense 13. Febr. a. 1323 novum elegerit præpositum,[3] concludere fas est, Henricum paulo ante iam in Vesprimiensi inauguratum esse cathedra. Regimen eius in annos omnino 12 productum, clariora vix illustrant monumenta historica. Ex hac nostra collectione tamen constat, eum a. 1329. cum Equitibus S. Joannis Strigoniensibus de iure quodam coram papa contendisse atque a. 1330 a Joanne P. XXII. eidem una cum episcopo Quinqueeclesiensi administrationem bonorum archiepiscopatus Strigoniensis demandatam esse. (LX., LXI., LXV.)

Qua ratione vero sedi Vesprimiensi post Henrici obitum vacanti provisum sit, id diploma quoddam pontificium luculenta et fide digna narratione exhibet. Hoc igitur teste capitulum Vesprimiense diem electioni fixit, quo viri sacri huius senatus congregati suffragia dederunt. Uno omnium ore Mesko episcopus Nitriensis electus est, cui lætum hunc nuncium cœtus deputatorum attulit. Ipse autem paucis respondit, velle se rem totam ad papam referre. Missis igitur Avenionem litteris declaravit: se hoc in negotio prorsus a nutu papæ pendere velle. Eodem fere tempore legati quoque capituli in conspectum pontificis venire, acta electionis proponere rogareque: ut Meskonem, soluto, quod eum Nitriensi ecclesiæ copularit vinculo, transferret Vesprimium. Joannes P. XXII. tunc quidem electionem «ob certas rationales causas» non confirmavit; ast — ut ait — «paterna providentia motus, neve episcopatus diuturnæ vacationis discriminibus exponatur, habita item virtutum dotumque eximiarum ratione, quibus Mesko exornatur, ad unanime capituli Vesprimiensis desiderium, ex plenitudine apostolicæ potestatis» eum ad episcopatum Vesprimiensem transferre decrevit.

---

[1] Monum. Domus Andegav. II. 7. In elencho episcoporum quem etiam Schematismus diœceseos continet, mors eius in a. 1320 reiicitur.

[2] KNAUZ, II. 595—773.

[3] WAGNER, Analecta Scepus. I. 312.

Bullam hac de re 28 Apr. 1334 expedivit. Eodem die de translatione facta, capitulum Vesprimiense, clerum diœcesanum et fideles laicos, nec non beneficii episcopalis clientes (feudales), archiepiscopum Strigoniensem, regemque ipsum, certos reddit. (LXXXII.)

Harum bullarum dies demonstrat: electionem exordio a. 1334. locum habuisse.

Notatu sane dignum est, quod diploma quoddam regium de 2 Jun. 1334, adeoque quinque post bullam papalem hebdomadas emanatum, de episcopatu Vesprimiensi actu vacante, loquatur. Rex procul dubio electioni jam antea assensum suum præbuit; sed hoc in casu pontificis dispositionem prius esse exspectandam existimavit.

Mesko — ita nomen *Michaelis* e fonte lustrico haustum, Polonica forma usurpabat — frater germanus fuit Boleslai archiepiscopi Strigoniensis (1322—28), qui e Silesiano stirpis regiæ Polonicæ Piastorum ramo originem duxit et cum uxore Roberti Caroli, Polona Elisabetha regina, sanguine iungebatur; quæ quidem illum diplomate quodam «proximus noster» titulo afficit.[1]

Boleslaus archiepiscopus Meskonem, olim S. Joannis equitem,[2] episcopatui Nitriensi, adhibita violentia et capitulum pondere auctoritatis suæ premendo, imposuit. Qua quidem acerbitate in electione Vesprimiensi non adeo opus erat; quum capitulum votis reginæ, cujus episcopus Vesprimiensis cancellarius de more fuit, faciles alioquin aures præbuerit.

Meskonis necessitudo cum sede apostolica mirum quantum remissa fuit. Neque aliud illius vestigium præjacet: nisi quod vectigalia papalia beneficiis ecclesiasticis imposita, procuratoribus pontificiis exacte subministraverit. Plures præterea libellos ad varias obtinendas gratias, supplices porrexit; optato sane successu. Aedi suæ principali, indulgentiis propriis hucusque destitutæ, pro festis diebus SS. Michælis et Gregorii — cuius caput ibidem religiose servabatur — nec non pro anniversaria ecclesiæ consecrationis luce, indulgentias unius anni ac quadraginta dierum impetravit. Facultate præterea donatus est, ut a confessario ad lubitum eligendo, semel in mortis articulo, generali peccatorum venia absolveretur. Insuper papa conservatores statuit, qui episcopatum et capitulum, potestate pontificia protegerent contra «plurimos viros sive ecclesiasticos sive laicos,

[1] Storvis, Manuel d'Histoire et Généalogie (Leyden, 1890—93) III. 54., tabula XV.
[2] Fejér, VIII., VII. 310. — Monum. Andegav. III. 349.

a quibus multum molestiarum damnorumque illis subeundum erat.» Denique papa, ut Conradus, archidiaconus Budensis et canonicus Vesprimiensis, ab episcopo sæpius Avenionem deputatus, insigniorem quemdam in capitulo Vesprimiensi gradum atque in Agriensi beneficium canonici obtineret, sua auctoritate effecit. (CVII.)

Quum bullæ ponitificis de 20 Apr. 1344 in Hungariam pervenerunt, episcopus vix inter vivos locum obtinuit, Siquidem Clemens P. VI. episcopatum, Meskonis obitu vacantem iam 9. Aug. ejusdem anni, alteri cuidam contulerat.

Qua quidem occasione minime comperendinandum esse putavit, donec capitulum novum episcopum elegerit. Illo inixus iuris fundamento, quod vivente adhuc Meskone, successoris creationem sibi reservasset, Stephanum episcopum Csanadiensem Vesprimium transtulerat. (CVIII.)

Stephanus II. nobilis Hungari stemmatis progenies, qua præpositus Quinqueeclesiensis, in curia papali Aveniensi sedem fixit, atque pontificum Benedicti XII et Clementis VI gratia floruit. Utrique hoc erat propositum, ut eum ad archiepiscopatum Colocensem ab a. 1338 vacantem promoverent; quod tamen consilium, reluctantibus regibus Roberto Carolo et Ludovico Magno, missum postea fecerunt. Stephanum interim Clemens P. VI. d. 24 Martii 1343 in Csanadiensem sedem sublimavit, post sesquiannum vero in Vesprimiensem transtulit; paucis demum post mensibus archiepiscopatui Colocensi iterum vacanti præfecit.

Rex hanc designationem in Vesprimiensem acceptavit; ast Colocensem archiepiscopatum ei deferendum esse abnuerat. Diploma regium a. 1345. die 3 Junii exaratum, archiepiscopatum Colocensem ut vacantem exhibet, et Stephanum episcopum dumtaxat Vesprimiensem appellat.[1] Anno subsequenti in hac denominatione quidem acquiescit; ast in litteris ad papam datis minime dissimulat, se nonnisi invitum dispositioni ejus cedere, ne videlicet filius parum obsequens reputetur. (CXXV.)

Cetoroquin Stephanus episcopus nec Csanadini, nec Vesprimii sedem reapse occupavit; sed Avenione beneficii sui fructibus perfruebatur, quibus cumulandis novos etiam præter morem fontes aperiendos curavit. Potestatem nimirum a papa impetravit: vectigalia vice unica beneficiariis diœcesis Vesprim. imponendi. (CIX.)

Clemens P. VI. eodem die (24 Mart. 1345) quo Stephanum archi-

[1] Monum. Andegav.

episcopum Colocensem nominavit, de Vesprimiensi etiam episcopatu disposuit. Eo usus argumento, quod in prælaturas per translationem vacantes universas, designandi jus sibi iam pridem proprium fecisset: ad episcopatum Vesprimiensem episcopum Csanadiensem transtulit. (CXVII.)

Is *Galhardus* fuit de *Carceribus*, natione gallus, quem a. 1334. Joannes P. XXII. in Poloniam decimis papalibus beneficiorum ecclesiasticorum exigendis deputavit; anno vero sequente concordiæ regem Poloniæ interque Ordinem Teutonicum redintegrandæ ministerio insignivit.[1] Idem papa ditionem eius ad corrogandas decimas Hungariæ quoque extendit. Inde ab anni 1337. æstate Galhardus iteratis vicibus in patria nostra versatus, ibidem præposituram Titeliensem obtinuit. Exeunte anno 1341. Avenionem redux officium quoddam in curia pontificia nactus est.[2] Heic commorabatur, quum in sedem Vesprimiensem evectus est; ad capessendam vero eamdem non duxit necessarium esse, ut per se patriam nostram inviseret; procuratores misit, qui beneficium occuparent.[3]

Verumtamen Ludovicus M. rex, quamvis designationi Galhardi ad episcopatum Csanadiensem assentiretur, nunc translationi ejusdem in Vesprimiensem firmiter sese opposuit.[4]

Capellanum suum palatinum Campellum Bonjohannem, archidiaconum Aradinum Avinionem legavit, litterarum suarum matrisque reginæ bajulum. His exponebant, Vesprimiensem episcopum, utpote reginæ cancellarium, in officii sui negotiis indigere peritia linguæ Hungaricæ; qua quum Galhardus omnino careat, rogant eundem in episcopatum quemdam Galliæ, Vesprimium vero Nicolaum a secretis regis, deputari.

Intercessio tamen eorum incassum fuit. Pontifex enim (in responso de 30 Mart. 1346) innuit, in sede Vesprimiensi etiam anteactis temporibus tales viguisse præsules, qui linguæ Hungaricæ pariter ignari, negotia tamen Cancellariæ vel præposito capituli, vel cuicumque viro idoneo tractanda permiserunt. Mirari se, cum videat a rege ab episcopatu prohiberi Galhardum, quum is fidem suam in eum domumque eius, tot obsequiis probasset; minimeque decere translationem eius in alium episcopatum sollicitare, priusquam is Vesprimiensem occupasset. Affirmat, se

[1] Monumenta Diplomatica æstatis Andeg. I. 347., 361.

[2] Monum. Vatic. classis I. tom. I., LXVII—LXX.

[3] Constat ex litteris Ludovici M. et bulla (19 Jul. 1346) inferius tractandis.

[4] Dipl. regium m. apr. 1346 episcopatum Vesprimien. vacantem, et Galhardum Csanadiensem eppum dicit.

in Deum sedisque apostolicæ honorem peccaturum, quodsi Galhardum ab episcopatu «cum ignominia remotum» ad aliam sedem transtulerit. Monere igitur regem, velit annuere, ut Galhardus aut procuratores eius possessionem episcopatus Vesprimiensis adire valeant. Polliceri se, quod his effectui datis, commodaque captata occasione, Galhardum in aliam sedem sit translaturus. Refert denique se Nicolaum a secretis regis, ab eodem pro sede Vesprimiensi præsentatum, episcopum Vaciensem creasse. (CXXV., CXXVI.)

Num vero Ludovicus rex votis papæ obsecundaverit, possessionemque episcopatus Vesprimiensis Galhardo vel mandatariis eius permiserit? in superstitibus monumentis haud invenimus. Constat tamen, papam quator iam mensibus ab epistola superius delineata, 19. Jul. 1346 Galhardum ad archiepiscopatum Brundusiensem in Italia evexisse. (CXXIX.)

Eodem tempore sedi Vesprimiensi præsulem præfecit, contendens tamen iterato, quod de sedibus episcopalibus, translatione vacantibus disponendi facultatem sibi reservaverit. Nunc iam magis curæ sibi habuit, regis desiderio, hac nova sua dispositione satisfacere.

Tunc videlicet in curia Avenionensi versabatur *Joannes* regi a secretis et archidiaconus Quinqueeclesiensis, quem Ludovicus gravissimarum rerum nuncium misit ad pontificem; inter cætera severæ admodum illius protestationis: quod si Joanna Neapolitana debitas pœnas pro crimine occissi Andreæ, fratris Ludovici, non esset luitura: tunc ipsum regem ultorem ac iudicem fore, copiisque Neapolim petiturum.[1] Difficillimum hocce negotium tam dextere Joannes egerat, ut favores Clementis P. VI. eximio gradu sit assecutus. Testes sunt pontificis ad regem litteræ 29 Jun. 1346.[2] Tribus abhinc hebdomadis exarata est bulla pontificia, qua Joannes episcopus Vesprimiensis proclamabatur. (CXXIX.)

Joannes adhuc semper Avenione commoratus supplex a papa petiit facultatem priora beneficia[3] retinendi; quum — uti argumentabatur — census episcopatus sui sint «sat tenues». Pontifex vero eam dumtaxat ei impertivit gratiam, ut beneficia hæc usque ad consecrationem in episcopum, retinere valeat. (CXXX.)

---

[1] Id ex litteris papæ posterioribus lignet. WAGNER, Anal. Scepus. III. 34.

[2] THEINER, I. 714.

[3] WAGNER gratis asserit Joannem nostrum fuisse præpositum illum Scepus., qui 1323—1347 viguit. Illud tamen certum, habuisse eum præter præposituram Quinqueecl. etiam in capitulo Strigoniensi beneficium. (THEINER, II. 6.)

Pontifex interea assignata in reditus episcopatus Vesprimiensis annua solutione pro Galhardo, eaque satis opima: beneficium Joannis onere haud exiguo gravavit. Is igitur anno iam proximo intendebat animum, ut tanto incommodo liberaretur. Supplex ideo pontificem adiit, qui mira quadam clementia Joanni respondit, se «amore ipsius permotum» curaturum esse, ut Galhardus in pinguius quoddam beneficium transferatur atque sic episcopatus Vesprimiensis ab hac annua pensione solvatur. (CXLI., CXLIII.)

Quod quidem onus non tam papa, quam mors eidem allevavit. Galhardus nimirum, qua archipræsul Brundusiensis currente adhuc anno 1347 Nemausi, civitate inferioris Galliæ diem supremum obiit.

Joannes episcopus, e gente Gara ortus,[1] quum promovebatur, minoribus tantum ordinibus sacris initiatus erat. Effluxerunt plus quator anni, quin chrismate pontificali sese inungi curasset. Propterea perdendi beneficii reus, ineunte a. 1351. papam rogavit: dignaretur negligentiæ suæ sequelas canonicas ab eo divertere. Pontifex votis eius annuens potestatem ei fecit, ut a quolibet antistite catholico consecretur, simul monuit, ut de more, nuncupato fidelitatis sacramento, idem scripto conceptum sacræ sedi exhibeat. (CLVII., CLVIII.) Cui quidem officio episcopali Joannes dein confestim satisfecit.[2]

Interim Joannes ad gradum cancellarii regii evectus, mox latus Ludovici M. in expeditione Neapolitana fidelis comes stipabat; (1347—1350) quo tempore sæpius a papa rogatus, intercessoris munus obivit. (CXLIV., CLXIV.)

Autumno a. 1351. rex Joannem episcopum, una cum Udalrico Wolfart supremo comite Avenionem delegavit, ut turbarum Neapolitanarum amicam compositionem impetrarent. In litteris suis mandatoriis de 11. Oct. eisdem iniungit, ut ditiones ac arces in regno Neapolitano, a copiis Hungaricis occupatas, pontifici traderent, exercitum magistratumque Hungaricum inde removerent, de subditorum Neapolitanorum regis Hungariæ partibus adhærentium salute, prospicerent; una facultatem eis fecit, ut de principis Durazzonis tunc adhuc captivi liberatione, spem pollicitationemque facerent.[3]

[1] In bibliothecæ capitularis Vesprimiensis indice, 1425—37 concinnato plures occurrunt codices, qui ex hæreditate episcopi «Joannis de Gara» bibliothecæ cesserunt. (M. Könyvszemle, 1886. évf., 139.) Is non est aliud, quam Joannes tempore Ludovici M., quum subsequentem alteram Joannem, capitulum non agnoverit legitimum episcopum. (1407—9.) Schematismus diœc. eum «De Jakabfalva de genere Gara» nominat.

[2] Papa 1. Aug. 1351. «electum episcopum» nominat; anno seq. simpliciter iam episcopum.

[3] THEINER.

Quum igitur Ludovicus M. tali ratione ad desideria omnia papæ adimplenda, promptum sese exhibuisset, atque suo iure in florenos tercentum mille a papa oblatos, generose abstinuisset, legati eius merito sperare poterant, ut et ipsi officiose excipiantur, et negotium sine ambagibus expediatur. Pontifex 20 Januarii 1451 Ludovico M. pro hac generositate, animo commotiore gratias egit; 1. Februarii vero iam refert Joannæ reginæ, se cum legatis Hungaris de pactione convenisse. Ad pacis igitur perficiendas conditiones, rogante papa, Joannes episcopus Avenione Neapolim profectus est. Ast hic, quominus rem optato successu conficeret, gravissimum obstitit impedimentum. Ludovicus M. videlicet, acceptis conventionis Avenionensis actis, declaravit: legatos suos mandati facultatisque acceptæ limites excesisse: propterea se pactioni huic contradicere. Hinc ductores sui exercitus Neapoli prohibuit, quominus loca arcesque occupatas traderent. Papa de his certior factus, 28. Maii 1352 datis ad regem litteris, autumando significavit: videri sibi, postrema ista mandata inscio rege fulminata esse; neque posse se sibi persuadere, quod rex conventionem per legatos auctoritate sua instructos initam, rescindens, fidem datam ipse suam frangat. Rex magnanimis absque mora suspicionem hanc nomini suo impactam dissolvit. Paulum episcopum Gurcensem Avenionem misit, pactum sanxit. His factis Joannes episcopus Vesprimiensis exsequendis conditionibus pacis, manus tandem admovit. Copiæ Hungaricæ Neapoli excedere, regnum integrum rursus in ius Joannæ redire. Ludovicus M. interim religione impulsus tenerrima, pontificem rogavit: ut se subditosque suos, ob bellum Neapolitanum invito papa gestum, pœnis ecclesiasticis innodatos absolvere velit. Pontifex episcopis Vesprimiensi ac Zagrabiensi commisit, ut pacis conditionibus iam executioni mandatis, hoc absolutionis beneficium regi impertirent. (CLXVII., CLXXI—III.)

Joannes episcopus abhinc non videtur in foro civili partes cepisse. Annis subsequis geminum in Collectione nostra occurrit documentum ad ipsum spectans; ambo de lite agunt, qua Joannes episcopus, parochos Budensis tractus, contumaciæ decimarumque occupatarum criminis, coram s. sede incusavit. (CLXXXVII., CXCIII.) Mors eius decursu anni 1357 subsecuta est.

Successoris eius creandi ius, ipso adhuc in vivis constituto, pontifex sibi peculiari dispositione reservavit. Capitulum vero Vesprimiense huius rei ignarum, jure electionis suo fungebatur ac *Ladislaum*[1] ex genere

[1] WERTHER, II. 42.

Hunt-Paznan oriundum, præpositum Csazmaensem, omnium suffragiis præsulem constituit, qui dein regis Ludovici M. approbationem sine ulla difficultate impetravit.[1]

Ad bullas igitur pontificias obtinendas Petrus canonicus cantor Budensis missus est. Ast ille mox hac declaratione rediit, quod habita reservationis ratione, approbatio electionis denegata sit. Hoc non obstante Ladislaus animum minime despondebat. Petro ad curiam papalem denuo remeandum erat. In relatione, quam is secum tulit, Ladislaus asseveravit et ipsum in admittenda electione et capitulum in ea facienda, bona fide egisse; simul declaravit, quod iuri suo electione acquisito minime inhæreat et sententiam papæ æquo animo præstoletur. Tunc pontifex 26. Mart. 1358 electionem ut invalidam rescidit quidem, sed e plenitudine potestatis suæ, Ladislaum episcopum Vesprimiensem designavit. (CCIII.)

Paulo post, episcopus Ladislaus, gratum animum in Petrum canonicum cantorem, quod nominationis suæ causa bis limina apostolica adierit, atque in Blasium canonicum Vesprimiensem, quod in canonicis sibi conciliandis operam navavit, pontificiis gratiis ipso intercedente obtentis, testatus est. (CCVII.)

Tempus regiminis eius in catalogo episcoporum Vesprimiensium tam antiquo quam recentiore annis 1358—1376 comprehenditur.[2] Ast octodecim istos annos bifariam partiemur oportet, inter duos episcopos cognominatos. Post obitum Ladislai I. (1372) Gregorius P. XI (1370—78) eo titulo, quod defuncto nunc episcopo vitam adhuc agente, provisionem sedis sibi reservaverit, sedi Vesprimiensi Ladislaum II. præfecit (CCXLV.) Is filius erat Benedicti medici aulici sub rege Roberto Carolo, ipseque eiusdem artis cultor, medicus aulicus Ludovici M., qui servitia eius remuneraturus prælaturarum beneficiis eumdem auxit. Sic 1368 episcopus Nitriensis creatus, 1372. Vesprimium translatus est, sed hic quoque brevi residens, 2 Oct. 1377 Varadiensem episcopatum obtinuit.[3]

Eodem die Gregorius P. XI. episcopum Jauriensem[4] Petrum III. Vesprimium transvexit. In bulla tamen nec de reservatione, nec de elec-

[1] In diplomate regio d. 1 Mart. 1358, quo episcopus Vesprimien. «electus» occurrit. FEJÉR, IX., II. 670.

[2] PRAY, Specimen Hierarchiæ I. 298. Ex RÓKA in Schematismo dicec. Vesprim. iam 1779. binos distinguit episcopos Ladislaos. (Vitæ Vesprimiensium Præsulum. 204., 209.)

[3] BUNYITAI, A váradi püspökség története. I. 204.

[4] In catalogo Schematismi Vesprim. cognomen eius Siklósi. Fontem, quo catalogus desumptus est, ignoramus.

tione capituli iniicitur mentio. (CCCI.) Petrum III. mors mox abstulit; diploma etenim regium 12 Mart. 1379. episcopatum vacare dicit.[1]

Paucos post menses, 28 Jun. 1379. in diplomate quodam regio iam Benedictum IV. episcopum Vesprimiensem deprehendimus.[2] Breve igitur, quod duo hæc documenta dividit intervallum, spatiumque in vacatione sedis insinuat perexiguum, coniicere permittit, sedi hoc in casu per electionem capitularem fuisse provisum. Bulla eius denominationem spectans in tabulario Romano non invenitur quidem, sed præ manibus habemus apocham, quam de censibus pro bulla solutis, legatus quidam pontificius in Hungaria tunc agens, exaravit 25 Apr. 1380.[3] Mors Benedictum a. 1387. occupavit.

Quod successorem eius capitulum elegerat, certo nobis constat. Id exeunte vere a. 1387. contigit. Canonicorum suffragia in Demetrio episcopo Nitriensi, Mariæ reginæ et Sigismundi cliente convenerunt, qui antiquissimi generis Hunt-Paznan stirps, ab anno 1359. Strigoniensis canonici et Archidiaconi beneficiis perfunctus, 1385 præpositus Csasznaensis, mox episcopus Nitriensis factus est.[4]

Patroni eius regii — uti videtur — veriti, ne electionis huius approbatio Romæ difficultatibus sit obnoxia, illo sunt insolito usi remedio, ut extraneæ plane ditionis, reipublicæ nimirum Venetæ auxilium invocarent. Senatus 30 Jul. 1387 legatum suum in curia Romana monuit, ut causam Demetrii efficaciter promoveret.[5]

Urbanus P. VIII (1378—1389) promptissime votis conjugum regum Hungariæ detulit et Demetrium transmisit Vesprimium. Bulla eius nobis præsto non est, adeoque ignoramus, utrum papa electionem capitularem approbaverit, an vero illa rescissa, proprio Marte translationem effecerit? Illud tamen exploratum tenemus, deputatos Demetrii 25 Oct. eiusdem anni, syngrapham de numeratione censuum pro bulla, subministrasse.[6]

Vix quartum Demetrius in sede annum transegerat, quum sponte sua et quidem modo singulari, diœcesi suæ valedixit. Beneficium videlicet

[1] FEJÉR, IX. V. 310.

[2] In tabulario regnicolari. Concinnator Libri Dignitatum hic servati, cognomine Himházi Benedictum appellat; quo fundamento? non constat.

[3] Pecunia tamen numerata non refunoebatur in ærarium collegii purpurati, quamvis illud iterato, etiam post plura elapsa decennia contenderit summam hanc sibi vindicare. (V. CCCXLVI. et CCCXCIX.)

[4] WERTHNER, II. 46.

[5] Monum. diplom. andeg. III. 649.

[6] Liber obligationum. Vol. 48., fol. 59.

cum episcopo Transylvaniensi permutavit. Causæ, quæ antistites ad id movebant, nos penitus latent.

Qualescumque demum illæ fuerint, sive personales sive publicæ ac civiles, absque dubio a rege vel ab ipsis præsulibus sumpserunt exordium. Bonifacius P. IX (1389—1404) non denegavit consensum; episcopum Vesprimiensem in Transylvaniam, Transylvaniensem Vesprimium transtulit. Bullæ desunt. Syngraphæ de censibus (taxis) Romanis 22 Dec.[1] 1391 et 30 Jan. 1392. signatæ sunt (CCCXLVI.)

Episcopus Transylvaniensis, nunc Vesprimium transiens, *Maternus* fuit.[2] Cognomen eius ignotum. E Superiori Germania ortum traxit. Natale solum, probabiliter, *Stendal* Veteris Marchionatus urbs principalis; ubi initio curriculi sui, altaris Patrono suo S. Materno dicati beneficio, perfruabatur; quod qua episcopus Vesprimiensis etiam porro tenuit. (CCCXCIII.) Quando in Hungariam venerit, quove patrocinio regios favores sit adeptus, non liquet. A. 1388. præpositum iam Varadinensem primum conspicimus.[3] Anno sequenti ad sedem Transylvaniensem evehitur.

Ast permutatio hæc, qua ille Vesprimium transferebatur, nec sibi, nec etiam episcopo Demetrio magnopere arriserat. Tribus proin vix elapsis annis convenit inter illos, ut quisque ad pristinam remearet sedem; et quidem pontifice regeque facile annuentibus. Translatio hæc iterata, primis a. 1395 mensibus locum habuit. Mense vero Aprili Maternus qua Transylvanus et Demetrius qua Vesprimiensis rursus episcopi, syngraphas de censibus Romanis expediebant. (CCCLXX.)[4]

Post hæc quatuor adhuc annis Demetrius Vesprimiensem rexit ecclesiam. Nomen eiusdem in instrumento quodam regio 4. Nov. 1398 ultimum occurrit.[5]

Vacantem — Demetrio defuncto — sedem Michael I. e gente Hédervár prognatus, tunc episcopus Nitriensis capessivit. Translationis eius rationem ac tempus — bulla pontificia non existente — ignoramus. Romanam obligationem mandatarius eius 16 Jul. 1399 subscripsit. (CCCXCIX.)

---

[1] Demetrii syngr. V. Liber Obligatiorum. Vol. 48., fol. 129.

[2] Documente Romana constanter ita nominant; Hungarica alternatim Martinum; prius nomen certae ex errore propter vocis similitudinem, irrepsit.

[3] Bunyitay, l. a. III. 46.

[4] Quodsi aliquod dubium de uno eodemque Demetrio, eppo Vesprimiensi obversaretur illud prorsus dissolvunt bina documenta iuris possessionarii aa. 1389., 1398. (Monum. patria 318., 368.)

[5] In tabulario regnicolari.

Anno sequente ædem s. principalem suam, incendio «jam dudum» devastatam ac novo nunc apparatu exstructam consecraturus, a pontifice facultatem indulgentiasque impetrat. (CCCXI.) Anno 1402 ad finem vergente supremum diem obiit. Ultimum 22. Sept. in notis diplomatibus regiis occurrit.[1]

Bonifacius P. IX eo titulo usus, quod vivo adhuc Michaele episcopo, successoris nominationem sibi reservarit, 9. Mart. 1403. Georgium episcopum Bosniensem Vesprimium transtulit. (CCCCXLI.)

Usus reservationum papalium in creandis episcopis Vesprimiensibus, hucusque semel tantum (in nominatione Galhardi) videbatur patronatui regio manifeste contraria; quando quidem sagaci s. sedis facilitate, hæc difficultas mox evanuit. Ast nunc gravior diuturniorque erupit rerum perturbatio.

Sigismundus nimirum rex iam tunc, quando de Georgii in sedem Bosniensem evectione agebatur, intercessit, eumque a regendo episcopatu ac capessendo beneficio prohibuit.[2] Idcirco Georgius titulo solum episcopatus insignitus se in curia papali continuit.

Coniicere hinc facile licuit, ipsius translationem Vesprimium, in curia regia summopere fore invisam. Ast Bonifacius id parum curavit; quum ipse partes Ladislai Neapolitani, quem proceres regni, ad exosum genti Sigismundum exauctorandum sociati, candidatum throni Hungarici salutarunt, aperte iam amplexus est. Ipso iubente episcopus Georgius throni petitorem in Dalmatiam comitatus, solemni eiusdem coronationi quoque interfuit.[3] Ast, quum Ladislaus, profligatis in acie a Sigismundo asseclis suis, animum despondens, exeunte Octobri, Hungariæ valedixit: et episcopus Georgius eum secutus, Romæ iterum domicilium fixit.

Rex Sigismundus interea obedientiam pontifici solemniter renunciavit et omnem cum sede apostolica necessitudinem interrupit.[4] Georgii episcopi translatione Vesprimium prorsus contempta, sedem pro vacante habuit.[5] Capitulum ad episcopum eligendum non convocavit, sed clientem suum laicum, *Nicolaum Szécsi* episcopatui «gubernatorem» præfecit,[6] munita

---

[1] Tabularium regnicolara.

[2] Constat ex bulla Bonifacii P. IX. de 4 Nov. 1397. V. Monumenta Vaticana; Series I., t. IV. 37.

[3] FEJÉR, X., III. 267.

[4] FRAKNÓI, Jus patronatus (Budapest, 1895.) 88—91.

[5] PRAY, Specimen I. 299.

[6] Testibus documentis regiis d. 4 Octobr. 1403 et d. 30 Aug. 104. — FEJÉR, X., IV. 212. — RÓKA, 224.

ejusdem loca et fundos administrandos illi committens. Tribus annis hæc duravit rerum facies.

In regio instrumento (26 Febr. 1407) *Fratris Joannis*, ut electi episcopi Vesprimiensis occurrit mentio.[1] Oriundus e Styria *Joannes* (V.) *Albeni* e familia S. Benedicti, frater Eberhardi Albeni episcopi Zagrabiensis, regiique protocancellarii. Quamvis «electus» nominetur, non tamen electionis capitularis beneficio sedem episcopalem obtinuit.

Capitulum nimirum in documento decem post annos exarato refert: «jus eligendi episcopum e manibus suis *jam pridem* dilapsum, ecclesiam Vesprimiensem in viduitatis suæ orbitatisque quindecim annis, a diversis hominibus perperam esse administratam et ab iisdem utique beneficio s. prius saginatis, pastorum lupos fugientium more, derelictam.[2]

Hanc 15 annorum orbitatem ab a. 1402, a Michaele igitur episcopo computando, capitulum videbatur Joanni nomen legitimi episcopi denegasse.

Supponendum igitur: eum a Sigismundo esse nominatum. Rex tamen, licet cum successore Bonifacii P. IX, Innocentio P. VII. (1404—1406) pacem inierit, confirmationem Joannis Albeni obtinere haud potuit. Is in pragmatibus regiis usque ad 22 Febr. 1409 titulo episcopi Vesprimiensis insignitur;[3] 1. Maii 1409 iam episcopus Quinqueecclesiensis appellatur; dum episcopatus Vesprimiensis vacare dicitur.[4] Idem occurrit 21 Mart. 1410.[5] Hinc patet Sigismundum, quum Joannem Albenium in Quinqueecclesiensem ipse promovisset, sedi Vesprimiensi tamen non providisse.

Interea Innocentius P. VII et successor eius Gregorius P. XII. (1406—1409.) Alexander P. V. (1409—1410), Georgium solum legitimum episcopum Vesprimiensem habebant. Ejusdem fuit sententiæ Joannes. P. XXIII. 17 Maii 1410 electus; qui æstate illius anni, cum Sigismundo conventione facta, tres quidem antistites a s. sede invito rege nominatos loco movit, sed Georgii depositionem persuaderi sibi minime passus est.[6]

---

[1] Fejér. X., IV. 678.

[2] Documentum d. 26 Nov. 1417 profert Róka, 256.

[3] Fejér, X., IV. 717., 745. Monum. patria 349. Et documentum adhuc ineditum, in tabulario regni serratum.

[4] Fejér, X., V. 464.

[5] Tabularium regnicol.

[6] Opus «Jus patronatus reg.» 110.

Rex e contra Georgium episcopum admittere constanter renuit atque exordio anni 1411 episcopatum Vesprimiensem Alexandro cuidam donavit. Quis iste fuerit? silentio obvolvitur. Nomen eius unico commemoratur diplomate de 29 Mart. a. 1411.[1] Elapsis vix duobus mensibus (7 Jun. 1411) documentum alterum, vacantem rursus sedem denotat.[2] Idem posteriora usque ad a. 1417. monumenta testantur.

Lapsu temporis Joannes P. XXIII. bullam promulgavit; in qua, consensu episcopi Georgii innixus, donec hic «remotis difficultatibus» sedem suam capessere posset, legatum Hungaricum, purpuratum Brandam Castilionensem, regendo episcopatui Vesprimiensi deputat; hoc tamen ipsi onere imposito: ut Georgio episcopo annuum quadrigentorum florenorum censum solveret. (DCLXXVII.)

Num cardinalis Branda regimen episcopatus beneficiique usum reapse acceperit? certo affirmare non possumus.

Successor Joannis P. XXIII, Martinus P. V. — quemadmodum tomo sequenti narrabimus — Georgium sedis Vesprimiensis esse præsulem atque Brandam illius administratorem, usque ad annum 1424. professus est. Tunc demum discidium, annis viginti duobus gliscens, sensim defervuit.

---

[1] Tabularium regnico.

[2] Ibidem.

II.

RESERVATIONES PONTIFICIÆ. SUPPLICATIONES.

Alteri huic Collectionis nostræ tomo argumentum, bullæ pontificiæ ad collationem beneficiorum spectantes, potissimum suppeditarunt. Currente nimirum sæculo XIV. per omnes hierarchiæ ecclesiasticæ gradus, inde a soliis pontificiis ad tenuissimas in oppidiis usque parœcias, ius disponendi de beneficiis, papæ in manibus suis contraxerunt atque quam amplissime etiam exercuerunt.

Testes sunt in tabulario Vaticano, vastissimorum voluminum regestas continentium, longissimæ series. Historiarum scriptorem iisdem intentum, admiratione sane percellit, tam moralis illius potentiæ vis, quam perfecta illa regendi temperatio, qua factum est: ut pontifex, non obstantibus commeatuum tunc temporis difficultatibus bellisque undique perstrepentibus, de innumeris fere beneficiis, in ecclesia toto orbe diffusa, disponere potuerit.

In potestate hac exercenda primas partes sic dictæ *reservationes* tenuerunt; illæ scilicet institutiones, quibus papa, collationem jam singulorum, jam cuiusdam classis beneficiorum sibi in antecessum reservavit, atque hoc pacto ius conferendi, eligendi præsentandique, quod præsulibus, collegiis sacris et patronis, de iure generali ecclesiastico competebat, suspendit vel ad tempus irritum declaravit.

Initium usui huic Honorius P. III. (1216—27) dedit, sibi bina in quolibet capitulo cathedrali beneficia reservando. Clemens P. IV. (1265—8) sibi propriam asseruit dispositionem de beneficiis, quæ «apud curiam papalem fiunt vacantes» i. e. quorum possessores in curia papali commorantes ibidem vel moriuntur vel se se abdicant. Mox Bonifacius P. VIII. (1294—1303) usum illum invexit, ut viventibus adhuc præsulibus, designationem hæredis sibi reservaret.

Labente tempore reservationum limites latius adhuc sese protenderunt. Comprehendebantur iisdem universa cardinalium et magistratuum

pontificiorum beneficia; præterea et illa, quæ propter nominationem vel translationem a papa factam vacaverunt, primum in capitulis subsellium etc.

Quamvis vero in particulari, omnes fere papæ nova quœdam decreta statuissent,[1] reservationis tamen usus in beneficia, singulis casibus recurrens, constanter perseveravit.

Ratio conferendi beneficia reservata duplex erat. Vel enim beneficium, exspectata prius illius vacatione reapse facta, conferebatur; vel in vacatura aliquando beneficia, litteræ donatariæ in antecessum iam conficiebantur.

In his posterioribus magna occurrit diversitas.

Frequenter evenit quemquam e clero, canonicum capituli alicujus a papa hoc iure fuisse designatum, ut inter beneficia capitularia, quum denominaretur, iam vacantia, vel postea vacatura, intra præstitutos dies, unum sibi eligeret; quæ quidem eligendi copia interdum ad omnia capituli beneficia sese extendebat; demptis tamen præcipuis capituli dignitatibus. Viri, simplicis beneficii capitularis participes, facultatem hinc inde obtinuerunt: ut inter dignitates potiores proprii vel alieni capituli vacantes, unam sibi cooptarent.

Huiusmodi optandi licentia nonnumquam etiam in præpositurας concessa est. E. gr. 8 Junii 1390. Bonifacius P. IX. præpositurας Scepusiensem, Albaregalensem et Titeliensem hoc sibi sub conditione reservat: ut Jacobus Scepusiensis (Szepesi), canonicus Transylvanus, unam ex iis, quamprimum vacaverit, sibi eligere valeat.

In præpositurας et abbatias sæpius bullæ exarabantur, quibus decernentibus earum collatio tunc locum esset habitura, quum earum possessores præsentes, aut in sedem presuleam eveherentur, aut criminis cuiusdam rei exauctorarentur. (E. gr. CCCXXXI.)

9. A *fehérvári*. 1447-ben említtetik.

10. Sz. Magdolna *jenei* vagy *tüskevári* klastroma Veszprémmegyében. A Tornai-család alapította 1310-ben.

11. Sz. László *kékesi* klastroma Pilismegyében. 1290 körül alapíttatott.

12. Sz. Magdolna *kövi* vagy *köveskúti* klastroma Zalamegyében. 1263-ban említtetik.

13. A *mindszenti* Somogymegyében. 1323-ban említtetik.

14. A b. Szűz *örményesi* klastroma Zalamegyében. 1263-ban említtetik.

15. A sz. kereszt *pilisi* klastroma, Pilismegyében. B. Özséb, a rend alapítója 1250 körül alapította.

16. A *pogány-szent-péteri* Zalamegyében. 1381 körül, valószinűleg a Kanizsaiak alapítása.

17. A b. Szűz *porvai* klastroma Veszprémmegyében. A XV. század elején Garai László alapította.

18. Sz. Domokos *szakácsi* klastroma Somogymegyében. 1263-ban emíttetik.

19. A *szent-léleki* Pilismegyében. IV. Béla alapította.

20. A sz. Lélek *szerdahelyi* klastroma Somogymegyében. 1335-ben Dersfi Miklós mester alapította.

21. Sz. Erzsébet *thaládi* klastroma Somogymegyében. A XIV. század elején a Rátold nemzetségbeli Lőrincz alapította.

22. A *tholdi* Somogymegyében. 1392-ben említtetik.

23. Sz. Mihál *vázsonyi* klastroma Veszprémmegyében. 1483 körül Kinizsi Pál alapította.

24. A *vetahidai* Somogymegyében. 1310-ben Gyöghi Péter alapította.

[1] V. ö. Oklevéltárunk II. kötetének CCXXXIII. oklevelét.

MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

25. A *visegrádi* apátság 1494-ben a Pálos-rendnek adatott át.

26. Sz. Jakab *zalai* klastroma. 1290-ben a Rátold nemzetségbeli Lőrincz alapította.

SZENT ÁGOSTON REMETE-SZERZETÉNEK KLASTROMAI.

1. Sz. István első vértanú klastroma *Budán*.
2. *Fehérvárt*.
3. Sz. Miklós klastroma *Ercsiben*.
4. Sz. Erzsébet klastroma *Komárváros*on.
5. *Szeremcsen*. *(?)*

SZENT VILMOS REMETE-SZERZETÉNEK KLASTROMAI.

*Komárváros*on IV. Béla alapított sz. Kozma és Demjén tiszteletére klastromot.

A KARTHAUSI-REND KLASTROMAI.

1. Az *ercsi* apátságot a XIII. század folyamán rövid ideig birták a karthausiak.
2. Sz. Mihál leveldi klastromát Veszprémmegyében, 1378-ban Nagy Lajos alapította a karthausiak számára.

A KARMELITA-REND KLASTROMA

Budán, Nagy Lajos királytól 1372-ben adományozott telken létesült.[1]

GÖRÖG SZERZETESEK

Visegrádon birtak klastomot, a mely a XIII. században a szent Benedek-rendnek adatott át.

SZ. DOMONKOS RENDŰ APÁCZA-KLASTROMOK.

1. *Budán* a nyulak-szigetén, a b. Szűz klastroma IV. Béla és neje Mária királyné alapították.
2. *Fehérvárt* a XIII. században létezett e rendnek kolostora.
3. *Pölöskén* Zalamegyében Sz. Katalin klastromát a Bánfi nemzetségből származó Arnold ispán alapította 1234-ben.

[1] V. ö. Okmánytárunk II. kötetének CCXLIV. számát.

4. *Veszprémben* Sz. Katalin klastromát a XIII. század első felében Bertalan veszprémi püspök alapította.

SZ. KLÁRA-RENDŰ APÁCZA-KLASTROMOT

Budán Erzsébet királyné alapított 1334-ben.

SZ. BENEDEK-RENDŰ APÁCZÁK.

Sz. Lambert *somlyóvásárhelyi* klastromát bírták a XIV. és XV. századokban. 1512-ben a premontrei-rendű apáczák telepíttettek meg itt.

SZ. BERNÁT-RENDŰ APÁCZÁK.

A *veszprémvölgyi* klastromot, a melyet sz. István király görög apáczák számára alapított, már IV. Béla idejében lakták.

PREMONTREI-RENDŰ APÁCZÁK.

Sz. Lambert *somlyóvásárhelyi* klastromát II. Julius pápa 1512. évi bullája alapján vették át. 1594-ben a törökök elől Nagyszombatba vonultak el.

GÖRÖG-APÁCZÁK.

A *veszprémvölgyi* klastromban, melyet részökre sz. István király alapított, a XI. és XII. századokban tartózkodtak.[1]

[1] A tormovai vagy tornai apáczaklastromot, melyet előbb görög apáczák, később sz. Domonkos szűzei birtak BALICS (II. 2., 395.) Veszprémmegyébe, RUPP ellenben (III. 363.) Biharmegyébe helyezi, de tévesen.

MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

1276—1415

I.

1278. Január 27.

III. Miklós pápa Miklós erdélyi prépostot, ki az esztergomi káptalantól esztergomi érsekké megválasztott Péter veszprémi püspökkel szemben, az esztergomi érsekségre igényt tartott, Rómába idézi.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dilectis filiis Karacino presbytero et Nicolao clerico, procuratoribus dilecti filii Nicolai prepositi ecclesie Transilvane, causam electionis que in Strigoniensi ecclesia, vacante per mortem bone memorie Philippi Strigoniensis archiepiscopi,[1] de ipso preposito dicitur celebrata, olim coram felicis recordationis Gregorio, Innocentio et Adriano, tunc sancti Adriani diacono cardinali, ex commissione ipsius Innocentii, necnon et Johanne Romanis pontificibus, nostris predecessoribus[2] ventilatam, dudum eiusdem prepositi nomine prosequentibus coram nobis, ac petentibus cum instantia, ut electionem ipsam, quam dicebant canonicam et concordem, dignaremur auctoritate apostolica confirmare; dilectus filius magister Paulus prepositus ecclesie Vesprimiensis, canonicus Strigoniensis, procurator venerabilis fratris nostri (Pauli) Vesprimiensis episcopi, asserens quod predictum capitulum eundem episcopum in archiepiscopum Strigoniensem in concordia postularunt, ac electioni huiusmodi[3] se opponens, tam contra personam dicti prepositi,[4] quam contra formam electionis predicte, defectus et crimina infrascripta, nec non et alia propter que dicebat eandem electionem non confirmari sed infirmari seu potius cassam et irritam pronuntiari debere, obiicit videlicet, quod per impressionem, minas et terrores, tam per ipsum prepositum, qui per unam diem canonicos eiusdem ecclesie, congregatos in ipsa ecclesia Strigoniensi ad tractandam electionem pastoris, clausos fecit inibi detinere, cibum eis sumere non permittens, quam per carissimam in Christo filiam nostram Elisabeth reginam Ungarie illustrem, eodem procurante preposito, canonicis ipsis illatos, ad electionem ipsam iidem canonici processerunt; quodque idem prepositus

---

[1] Meghalt 1272. végén.

[2] 1272—1277 évközt foglalja magában a nevezett pápák uralkodási ideje. Az ezen pápáktól ez ügyben kibocsátott rendeletekből csak egy maradt fönn, XXI. Jánosé, 1277 márczius 13-ikáról, a mikor Miklós prépostot maga elé idézi. THEINER. I. 322.

[3] Miklós erdélyi prépostnak megválasztatásáról van szó.

[4] T. i. Transilvanensis.

raptor existit et incendiarius ecclesiarum, aliorumque locorum et villarum manifestus, et crimine homicidii perpetrati ab ipso in clericos et alios irretitus, intollerabilem aptitur in litteratura defectum; et quod olim dum inter eum et quondam B(enedictum) vicecancellarium carissimi in Christo filii nostri (Stephani) regis Ungarie illustris, qui canonice ad ipsius ecclesie regimen, ut dicitur, erat electus, super electione huiusmodi questio verteretur, administrationi ecclesie predicte temere se ingessit, et adhuc ingerere non veretur, canonicos ipsius ecclesie sibi tanquam eorum prelato, prout nec tenentur, obedire nolentes, eiiciendo a dicta ecclesia et eorum domibus per potentiam laicalem, ac bonis suis propriis et communibus spoliando, sigillum quoque commune ipsius capituli accipiens violenter, ipso ac multis aliis bonis abutitur ad capitulum petinentibus supradictum, nonnullas res ipsius ecclesie pro sue voluntatis libitu consumendo; et litterarum dictorum predecessorum Gregorii et Johannis auctoritate citatus, ut certis terminis pro negotio electionis predicte apostolico se conspectui presentaret, comparere coram eis contumaciter non curavit, nec alias a Romano pontifice confirmationem electionis predicte personaliter petiit, nec ad petendum transmisit personas idoneas, per quas super electoribus et electis diligens inquisitio haberi posset iuxta canonica instituta, quamquam sex anni vel circiter tunc essent elapsi a tempore quo dicta sua electio dicitur celebrata; et quod decretum electionis predicte pro parte sua Romano pontifici non extitit presentatum, licet quedam scriptura, formam decreti continens, ostensa fuerit sub quibusdam sigillis, quibus de iure non erat fides aliquatenus adhibenda; quodque cum olim procurator suus in eiusdem predecessoris Innocentii presentia constitutus, interrogatus ab ipso, responderit, quod dicta sua electio quasi per inspirationem divinam fuerit celebrata, et in predicta scriptura nuper pro parte sua exhibita contineatur, quod ad eandem electionem fuit per formam compromissi processum; tamquam allegans contraria, non erat dictus prepositus in premissa petitione confirmationis electionis sue aliquatenus audiendus.[1]

Cum autem idem prepositus,[2] sicut premittitur, citatus peremptorie, auctoritate litterarum eiusdem predecessoris Johannis, inter cetera continentium, ut se personaliter apostolice sedis conspectui certo termino presentaret, examinationem debitam subiturus, alioquin idem predecessor Johannes ad diffinitionem huiusmodi negotii procederet eius absentia non obstante; apud eandem sedem nec in prefixo sibi ad hoc termino, nec postmodum personaliter comparere curasset, nosque dispendiis que ipsi ecclesie ex vacatione imminent occurrere intendentes, proponeremus idem negotium fine celeri et debito terminare: dicti procuratores eiusdem prepositi a nobis instanter et suppliciter postularunt, ut ipsi preposito terminum peremptorium concedere curaremus, infra quem cum omnibus actis, iuribus, mu-

[1] Eddig a veszprémi prépost előterjesztése.
[2] T. i. ecclesie Transilvane.

nimentis et probationibus suis et specialiter cum decreto ipsius electionis, nec non et aliquibus canonicis Strigoniensibus et aliis personis ydoneis, per quas posset apud sedem ipsam super toto negotio plena veritas inveniri, apostolico conspectui se personaliter presentaret; ita quod si dictus prepositus in eodem termino, sicut dictum est, non compareret personaliter coram nobis, iidem procuratores in ipso eiusdem petitionis contextu et instantia suo nomine concludentes renuntiaverunt omnibus probationibus et rationibus, iuribus et allegationibus, quibus tam pro excusatione absentie ipsius prepositi, quam pro iure quod ex eadem electione sibi asserit acquisitum, idem prepositus vel ipsi procuratores sui seu alius suo nomine uti possent; petentes nichilominus ut extunc ad diffinitivam sententiam in dicto negotio, nulla alia facta citatione, sepefati prepositi absentia non obstante, procedamus. Licet itaque contra premisse intentionis nostre propositum esset huiusmodi negotii quecumque dilatio, presertim cum, sicut iam intelleximus, tam occasione vacationis eiusdem Strigoniensis ecclesie quam ex aliis causis variis, non solum ipsi ecclesie, sed etiam toti regno Ungarie gravia immineant detrimenta, variaque sint in eodem regno tribulationes et scandala suscitata, contra que per accelerationem provisionis eiusdem ecclesie sperantur utilia remedia proventura; tamen ad evidentiorem processus nostri iustitiam, eisdem procuratoribus dicti prepositi super concessione sic petiti termini de fratrum nostrorum consilio annuentes, secundam feriam resurrectionis dominice proxime venture octavas immediate sequentem, dictis procuratoribus pro ipso preposito et eidem preposito per eosdem peremptorio termino duximus assignandam, ut idem prepositus, iuxta formam in suprascripta petitione procuratorum suorum expressam personaliter compareat infra dictam secundam feriam coram nobis, facturus et recepturus super premissis negotio et obiectis contra eum, quod suadebit iustitia, quodque nos super illis statuendum duximus, seu etiam ordinandum. Alioquin nos predictas conclusionem et renuntiationem, ab ipsis suis procuratoribus nomine suo factas, exnunc ratas et firmas habentes, ac de ipsorum fratrum consilio ratas et firmas existere decernentes, extunc ad diffinitivam sententiam et ad statuendum et ordinandum, quod et prout expedire viderimus, super eodem negotio et aliis omnibus supradictis, absque alterius citationis edicto, memorati prepositi non obstante absentia, procedemus. Actum Rome, apud sanctum Petrum in palatio nostro, sexto kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 39. Anni I. Ep. 24. — THEINER. Monumenta Slavorum. I. 96.)

II.

1278. Június 1.

III. Miklós pápa Pál veszprémi püspöknek esztergomi érsekké megválasztatását érvénytelennek nyilvánítja.

Nicolaus episcopus servus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam . . .[1] Sane licet dictus prepositus paruerit, tamen dilecti filii magister Benedictus archidiaconus de Bekes et sepefatus Karacinus, procuratores eiusdem prepositi pro parte ipsius nostro se conspectui presentarunt, et decretum super electione predicta, que de ipso preposito facta esse dicitur, confectum sub nomine ipsorum capituli et canonicorum Strigoniensium exhibentes, in nostra et eorundem fratrum nostrorum presentia inter cetera sunt confessi: premissum nostrum processum circa medium quadragesime nuper preterite ad ipsius prepositi notitiam pervenisse, verum eiusdem prepositi absentiam excusare satagentes, asserebant, quod pro bono statu regni prefati, quod non solum extrinsecis bellis impetitur, sed et intestinis scinditur, et scissuris est multimodis laceratum, se ab illo absentare nequiverat, sed necesse habebat in illis partibus remanere, maxime quia inter carissimum in Christo filium nostrum Boemie illustrem ac eundem Ungarie reges compromissum receperat, quod nondum erat per prolationem arbitrii vel alia ratione finitum, et ideo ipsum oportebat prosecutioni eiusdem compromissi personaliter interesse; adiicientes preterea iidem procuratores, quod etiam predictis impedimentis cessantibus dictus prepositus, propter graves dissensiones et gverras que sunt in regno predicto, nullo modo absque persone periculo, cui se non esset ausus exponere, venire in dicto termino ad nostram presentiam potuisset; petierunt alium sibi terminum assignari, in quo dicebant ipsum personaliter ad eandem sedem precise, absque ulteriori dilatione venturum. Cumque diligenter quesitum fuisset ab eis: quomodo tunc posset personaliter comparere, si quod de dissensionibus et gverris premittitur veritate fulcitur; responderunt quod huiusmodi dissensiones et gverre, ut eorum verbis utamur, iam in cessando erant, et adeo erat inter partes in concordie reformatione processum, quod pro ipsius firmitate iam hinc inde obsides dati erant. Et cum peteretur ab ipsis: quando dati fuerunt obsides supradicti? dixerunt quod quatuor mensibus iam elapsis. Ceterum cum memorati capitulum et canonici Strigonienses in concessione decreti non solum varii, sed et sibi contrarii sint inventi, nunc super ele-

[1] Itt be van iktatva egész kiterjedésében az 1278 január 27-ikén kelt pápai irat. L. I. szám alatt.

ctione ipsius prepositi, nunc super postulatione prefati Vesprimiensis episcopi diversas et adversas concedendo scripturas, non videbatur fides dicto decreto, pro parte ipsius prepositi exhibito, aliquatenus adhibenda; cum circa decretum, quod ab ipsis actoribus, capitulo scilicet et canonicis, seu ab habente causam ab ipsis, puta electo per eos, ad fundandam intentionem suam producitur, equum non esset, immo prorsus absurdum fidem ei, maxime cum non publice sed private scripture vim habeat, adhiberi; presertim hoc casu, cum, sicut premittitur, per procuratorem ipsius prepositi fuerit in iudicio pro eius parte responsum: electionem de qua agitur fuisse per inspirationem, decretum vero predictum eam per viam compromissi asserat celebratam; sicque non sit dubium procuratoris responsionem et decreti scripturam tanquam diversas immo post et adversas fidem sibi invicem derogare, nec aliquid prorsus firmitatis habere. Que autem ad ipsius prepositi absentiam excusandam inducuntur, nullum excusationis suffragium videntur afferre; nam nec malus status regni prefati, cum per provisionem ipsius Strigoniensis ecclesie speratur multipliciter provideri ei, necessariam in illo moram indixit, sed eam ipse sua subiit voluntate; nec compromissi predicti receptio eum a necessitate parendi edicto nostre citationis exemit, licet ei post receptum compromissum arbiter dicere sit sententiam cogendus, tamen sicut legali provisione cavetur, urgens profectio, ad quam in casu premisso eundem prepositum auctoritas nostre citationis arctabat, id munus remittebat eidem; sed nec allegatio premissa periculi imminentis, propter dissensiones et gverras eundem prepositum a contumatia, dicti predecessoris nostri Johannis commissa tempore, nostroque non solum continuata sed etiam multiplicata, defendit; tum quia non est verisimile immo nec verum esse credendum, viro sic in dicto regno potenti, propter dissensiones et gverras huiusmodi, taliter omnes vias fore preclusas, quod saltem cum diffusioris itineris onere, ipsius predecessoris aut nostre non potuerit citationi parere; tum quia dissensionum et gverrarum periculum non probabiliter allegatur, ubi super eis concordie tractatus proponitur iam obsidum datione firmatus. Predictis itaque memorati prepositi excusationibus, super quibus etiam nec fides facta extitit nec oblata probatio, rite repulsis, quasque, necnon et quaslibet alias probationes, rationes, iura et alligationes eiusdem dictorum Karacini et Nicolai procuratorum suorum conclusio, renuntiatio et a nobis termini ad eorum instantiam secuta prefixio ac decreti de ipsorum fratrum consilio interpositio, satis efficaciter repellebant.

Nos diligentius attendentes per exhibitionem sepefati decreti nequaquam de ipsius prepositi electione constare, nec aliam super ea fuisse probationem oblatam, sicut nec post conclusionem, renuntiationem et decretum predicta forsitan potuisset afferri; considerantes insuper, quod famam ipsius prepositi, precipue quo ad processum in predicta electione habitum, omnium quasi de partibus illius venientium diffamat assertio; nec non et alia multa et varia que contra electionem ipsam et eundem prepositum quo ad eam religionem possent cuiusvis iudicantis inducere

et non leviter animum nostrum informant; electionem que de ipso preposito facta esse dicitur, ne prefata ecclesia Strigoniensis diutius pateat vacationis incommodis, sed per provisionem ipsius etiam sepefati regni Ungarie dispendiis occurratur, cassamus, irritamus, cassam et irritam nuntiamus, et prefatis ipsius prepositi procuratoribus eius nomine ac ipsi preposito per eosdem perpetuum silentium inponimus super illa.

Ceterum cum postulatio non tam iuri quam gratie innitatur, postulationem que de dicto Vesprimiensi episcopo facta premittitur, non persone vitio, cum de postulationis vel postulati meritis non fuerit plene discussum, sed propter alias facti circumstantias non duximus admittendam. Ne igitur vacatio prolixior graviora eidem ecclesie ingerat impedimenta, nos in hac vice provisionem ipsius sedi apostolice reservamus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus de provisione ipsa quoquomodo quavis auctoritate per quemcumque fuerit attemptatum. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Junii anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 39. Anni I. ep. 68. THEINER. I. 324.)

III.

1279. Június 13.

III. Miklós pápa magyarországi követének Fülöp fermói püspöknek meghagyja, hogy János ó-budai prépostnak kalocsai érsekké megválasztatását, ha törvényesen ment végbe, erősítse meg.

Nicolaus episcopus etc. Venerabili fratri (Philippo) episcopo Firmano apostolice sedis legato salutem etc. Detulit ad nos fide digna relatio, quod presentia . . . magistri Johannis prepositi Budensis, in archiepiscopum Colocensem concorditer, ut fertur, electi est adeo in illis partibus oportuna, quod non expedit eum ad presens exinde avocari . . . . Negotium electionis de ipso in Colocensi ecclesia celebrate fraternitati tue deliberavimus committendum, . . . mandantes, quatenus . . . si eam inveneris canonice de persona ydonea celebratam, ipsam . . . confirmes; . . . alioquin eadem electione rite cassata, facias dicte Colocensi ecclesie per eos, ad quos id pertinet, de persona ydonea ad eius regimen canonice provideri . . . Datum Rome apud sanctum Petrum idibus Junii anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. 39. Anni II. ep. 196. — *Theiner.* I. 338.)

IV.

1280. Július 1.

III. Miklós pápa a nyulak-szigetének a szigeten fennálló apácza-kolostor részére IV. László királytól történt adományozását megerősíti.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii iuxta Budam, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura ordinis fratrum predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem . . . Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod . . . Ladislaus, illustris rex Ungarie . . . insulam supra Danubium, circa veterem Budam, cum muris, terris, habitatoribus presentibus et futuris, ac aliis iuribus et pertinentiis suis vobis et vestro monasterio, prout spectabat ad ipsum, pia liberalitate concessit . . . Nos itaque . . . quod super hoc pie ac provide factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus . . . Datum apud Urbem veterem kalendis Julii, pontificatus nostri anno tertio.

(Eredetije, pecsét nélkül, az országos levéltárban. Dipl. Lev. 2975. szám.)

V.

1282. November 4.

IV. Márton pápa a váczi püspöknek megbízást ad, hogy Gellért mester fehérvári kanonoknak ó-budai préposttá történt megválasztatását, ha törvényesen ment végbe, erősítse meg.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio (Thome) episcopo Vaciensi salutem etc. . . . Dudum prepositura ecclesie sancti Petri de Veteri Buda Vesprimiensis diocesis, vacante per resignationem venerabilis fratris nostri Johannis archiepiscopi tunc electi Colocensis, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie prepositum concorditer eligentes, a dilectis filiis capitulo Strigoniensi, ad quos huiusmodi electionum confirmatio spectare dicitur sede Strigoniensi vacante, que tunc vacabat, petierunt electionem confirmari predictam; dictis vero capitulo Strigoniensi negotium huiusmodi remittentibus ad venerabilem fratrem nostrum Philippum episcopum Firmanum, tunc in illis partibus apostolice sedis legatum, tandem idem episcopus negotium ipsum ad ipsam sedem apostolicam dicitur remisisse; sicque nos dilecto filio

nostro C. titulo sanctorum Petri et Marcellini presbytero cardinali dictum negotium duximus committendum; ac per nostras litteras sub certa forma venerabili fratri nostro (Lodomerio) Strigoniensi archiepiscopo ac dicto capitulo de Veteri Buda mandavimus inhiberi, ne huiusmodi pendente negotio de prepositura ipsa in dicti electi preiudicium aliquid innovarent, tandem quoque cardinalis ipse examinavit predictum negotium diligenter. Postmodum autem nos attendentes, quod tu de facto et facti circumstantiis habere poteris notitiam pleniorem, fraternati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus commissione huiusmodi per nos facta cardinali predicto nequaquam obstante, de premissis et de modo electionis predicte ac studiis eligentium et electi meritis inquirere sudeas diligentius veritatem, et si inveneris rem ita esse, ac dictam electionem de persona idonea canonice celebratam, et canonicum aliquod non obsistat (impedimentum), predictam electionem auctoritate nostra confirmes, faciens dictum magistrum in prepositum dicte ecclesie sancti Petri, prout est moris, admitti; alioquin prefata electione rite cassata, mandes predicto capitulo eiusdem ecclesie sancti Petri, ut sibi et eidem ecclesie per electionem canonicam de preposito, prout alias ad eos pertinet, providere procurent . . . Datum apud Montefiasconem secundo nonas Novembris pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. 41. Anni II. ep. 69. THEINER. I. 352.)

VI.

1283. Július 23.

IV. Márton pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor jogait, kiváltságait és szabadalmait megerősíti.

Martinus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii prope Budam, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem . . . Omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, sive per privilegia, seu alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus racionabiliter vobis et monasterio vestro indultas . . . vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus . . . Datum apud Urbem veterem, decimo kalendas Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Lev. 1151. szám.)

VII.

1283. November 1.

IV. Márton pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostort abban a kiváltságban részesíti, hogy ott az isteni tiszteletet interdictum idején is megtartani lehessen.

Martinus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii prope Budam, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem . . . Auctoritate vobis presentium indulgemus, ut cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis ianuis clausis, quibuslibet aliis, presertim interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis et submissa voce domino reddere horas canonicas, et missarum sollempnia vobis facere per capellanum proprium celebrari, dummodo vos, seu idem capellanus causam non dederitis interdicto, nec id vobis, seu dicto capellano contingat specialiter interdici . . . Datum apud Urbem veterem, kalendis Novembris, pontificatus nostri anno tercio.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Levt. 1155. szám.)

VIII.

1283. November 5.

IV. Márton pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostort abban a kiváltságban részesíti, hogy az apáczák az őket bármily jogczímen megillető világi javakat a kolostorra szállíthassák át.

Martinus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii, prope Budam, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem . . . Auctoritate vobis presentium indulgemus, ut bona mobilia et immobilia, que liberas personas sororum et conversorum nostrorum ad monasterium vestrum . . . convolantium et professionem facientium in eodem, iure successionis, vel alio iusto titulo, si remansissent in seculo, contigissent, et ipsi transferre in alios libere potuissent, feudalibus dumtaxat exceptis, petere, recipere, ac retinere lib ere valeatis, sine iuris preiudicio alieni... Datum apud Urbem veterem, nonis Novembris, pontificatus nostri anno tercio.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Levt. 1156. szám.)

IX.

1285. *Szeptember* 22.

IV. Honorius pápa a nyulak-szigeti apácza-monostort a budavári plébánia jövedelmei harmadrészének birtokában megerősíti.

Honorius episcopus . . . — priorisse et conventui sororum inclusarum monasterii sancte Marie in insula Danubii . . . Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod clare memorie Bela rex Ungarie ius patronatus ecclesie sancte Marie in monte Budensi Vesprimiensis diocesis, tunc ad ipsum pertinens, et quicquid iuris in eadem ecclesia, quam fundaverat, obtinebat, vobis et monasterio vestro, in ipsius ecclesie fundatione, pro vestra sustentatione, regia liberalitate concessit,[1] vosque ex tunc duas partes proventuum ipsius ecclesie percepistis, clericis servientibus in eadem ecclesia reliquam terciam percipientibus portionem. Demum autem venerabilis frater noster (Lodomerius) archiepiscopus Strigoniensis, asserens, que de novo fundantur in regno Ungarie ex donatione regia ad eum quo ad spiritualia immediate spectare, non sine vestro gravamine postmodum ordinavit, ut predicti clerici duas partes, vos vero terciam partem perciperetis usque ad triennium proventuum predictorum, et ex tunc nullam perciperetis, nisi infra dictum triennium vos super hoc a sede apostolica obtinere contigerit gratiam specialem. Nos itaque . . . vestris supplicationibus inclinati, ut, premissis veris existentibus, non obstante quod prefatum triennium, ut asseritis, est elapsum, predictam terciam partem, iuxta huiusmodi ordinationem dicti archiepiscopi perpetuo percipere ac tenere libere valeatis, auctoritate vobis presentium indulgemus . . . Datum Tibure decimo kalendas Octobris pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 43. Anni I. ep. 170. — THEINER. I. 353.)

---

[1] I. Béla 1255-ik évi adománylevele: FEJÉR. VIII. III. 97.

X.

1286. Február 3.

IV. Honorius pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor részére a magyar királyoktól adományozott kiváltságot, hogy a birtokain lakó világi emberektől adót hajthasson be, megerősíti.

Honorius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem . . . Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod clare memorie Bela rex Ungarie . . . ius exigendi, colligendi, et recipiendi collectam ab hominibus secularibus habitantibus in terris et possessionibus dicti monasterii, consistentibus in regno Ungarie, ab hominibus ipsis debitam regi predicto, prout ad ipsum spectabat, vobis et dicto monasterio . . . concessit, et demum clare memorie Stephanus dicti Bele ac postmodum . . . Ladislaus illustris, dicti S(tephani) filii, reges Ungarie concessionem huiusmodi ratificare curarunt, prout in patentibus litteris inde confectis et eorundem regum sigillis munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque . . . quod super hiis pie ac provide factum est, . . . confirmamus . . . Datum Rome, apud sanctam Sabinam, tercio nonas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

(Eredetije az országos levéltárban Dipl. Levt. 1194. szám.)

XI.

1290. Június 5.

IV. Miklós pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor részére, a magyar királyoktól Pest városában adományozott közjövedelmek birtokában megerősíti.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii virginis Marie in insula Danubii ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. . . . Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod clare memorie Bela rex Ungarie, . . . tributum fori sive mercati et quedam alia iura in villa Pestiensi . . . vobis . . . concessit,[1] . . .

[1] IV. Béla 1255-ik évi és IV. László 1288-ik évi adománylevelei: FEJÉR. IV. II. 310, 320.

Ladislaus illustris rex Ungarie . . . concessionem huiusmodi postmodum liberaliter ratificare curavit . . . Nos itaque, vestris iustis postulationibus inclinati, quod super hiis pie et provide factum est, ratum et gratum habentes, illud apostolica auctoritate confirmamus . . . Datum apud Urbem veterem nonis Junii pontificatus nostri anno tertio.

(Eredetije az országos levéltárban. — FEJÉR. VII. V. 486.)

XII.

1290. *Július 7.*

IV. Miklós pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor elidegenített birtokainak és jövedelmeinek visszaszerzése érdekében a fehérvári prépostnak megbízást ad.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio (Theodoro) preposito ecclesie de Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecte in Christo filie — priorissa et conventus monasterii sancte Marie de insula Danubii iuxta Budam, quam ille, que in dicto monasterio precesserunt easdem, decimas, terras, domos, possessiones, redditus, casalia, vineas, prata, molendina, iura, iurisdictiones, et quedam alia bona eiusdem monasterii, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, factis renunciationibus et penis adiectis, in gravem eiusdem monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo . . . concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmacionis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostri interest, super hoc de oportuno remedio providere, discrecioni tue . . . mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite, vel distracta, non obstantibus litteris, penis, iuramentis . . . supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures. . . . Datum apud Urbem veterem, nonis Julii, pontificatus nostri anno tercio.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Levt. 1285. szám.)

XIII.

1290. *Szeptember 1.*

IV. Miklós pápa a nyulak-szigetének a szigeten fennálló apácza-kolostor részére IV. László királytól történt adományozását megerősíti.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus — priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii iuxta Budam, ordinis sancti Augustini, secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventibus, Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem . . . Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod . . . Ladislaus, illustris rex Ungarie . . . insulam supra Danubium circa veterem Budam cum muris, domibus, terris, platea per quam itur de castro cruciferorum [1] ad monasterium vestrum, vicis et habitatoribus eiusdem insule presentibus et futuris ac aliis iuribus et pertinentiis suis vobis et vestro monasterio, prout spectabat ad ipsum, pia liberalitate concessit . . . Nos itaque . . . quod super hoc pie factum est, ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus . . . Datum apud Urbem veterem, kalendis Septembris, pontificatus nostri anno tertio.

(Eredetije az országos levéltárban. Diplom. Levt. 1289. szám.)

XIV.

1291. *Július 26.*

IV. Miklós pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor elidegenített birtokainak és jövedelmeinek visszaszerzése érdekében az esztergomi érseknek megbízást ad.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem. . . . — Priorisse et conventus monasterii de insula Danubii . . . precibus inclinati, . . . mandamus, quatinus ea que de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures . . . Datum apud Urbem veterem septimo kalendas Augusti pontificatus nostri anno quarto.

(Eredetije az országos levéltárban. — FEJÉR. VII. V. 489.)

---

[1] A János-lovagoknak a nyulak-szigetén létező erdősségéről az 1280 július elsején kelt pápai megerősítő-levél (L. IV. szám alatt) említést nem tesz.

XV.

1291. Június 19.

IV. Miklós pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostort a pápai követek ellátásának költségeihez való hozzájárulás kötelezettségétől fölmenti.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus priorissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventium salutem et apostolicam benedictionem . . . Vestris supplicacionibus inclinati, ut vos, seu vestrum alique ad exhibendum procurationes aliquas legatis, vel nunciis apostolice sedis, sive ad prestandam subventionem quamcunque, vel ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis, aut legatorum, vel nunciorum ipsorum, seu rectorum terrarum, vel regionum quascumque impetratas, vel etiam impetrandas minime teneamini, . . . auctoritate vobis presentium indulgemus . . . Datum apud Urbem veterem, quinto idus Junii, pontificatus nostri anno quarto.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Levt. 1317.)

XVI.

1291. Augusztus 23.

IV. Miklós pápa a bécsi szent-Benedek-rendi monostor apátját a nyulak-szigeti apáczák és az esztergomi érsek között fönnforgó perben bíróul rendeli.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis — abbati monasterii Scotorum in Vienna Pataviensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conqueste sunt nobis . . . — priorissa et conventus monasterii sancte Marie de insula Danubii . . . quod venerabilis frater noster Lodomirus archiepiscopus Strigoniensis ipsas indebitis exactionibus aggravans et molestans, super quodam redditu, tributum vulgariter nuncupato, et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discretioni tue . . . mandamus, quatinus partibus convocatis, audias causam, et appellatione remota, debito fine decidas . . . Datum apud Urbem veterem decimo kalendas Septembris pontificatus nostri anno tercio.

(Eredetije az országos levéltárban. — Fejér. VI. I. 131.)

XVII.

1291. November 3.

IV. Miklós pápa az esztergomi érseket az ó-budai apáczák és bizonyos világi urak között fönnforgó perben bíróul rendeli.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem. Conqueste sunt nobis — abbatissa et conventus monasterii beate Marie virginis in Vetere Buda ordinis sante Clare Vesprimiensis diocesis, quod Joannes Bunguad et quidam alii laici Strigoniensis, Vaciensis et Transilvaniensis diocesium, super quibusdam fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, obventionibus, pecuniarum summis, bonis et rebus aliis ad dictum monasterium spectantibus, iniuriantur eisdem. Ideoque fraternitati tue . . . mandamus, quatinus vocatis qui fuerint vocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita, decernas . . . Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem tercio nonas Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

(Eredetije az országos levéltárban. — FEJÉR. VI. I. 216.)

XVIII.

1295. Június 29.

VIII. Bonifácz pápa a pilisi apátot a budai káptalan és a budai polgárság között a hajó-vám iránt fölmerült perben bíróul rendeli.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio (Stephano) abbati monasterii de Pelis, Vesprimiensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis prepositus et capitulum ecclesie Budensis peticione monstrarunt, quod, licet ipsi de antiqua . . . consuetudine de omnibus mercimoniis et rebus venalibus, que per fluvium Danubii, iuxta castrum Bude, navigio deferuntur, certos redditus, seu tributa recipere debeant, . . . nichilominus tamen Budenses iurati et universitas hominum dicti castri, Vesprimiensis dioecesis, prepositum et capitulum predictos . . . quominus tributa percipere libere valeant, . . . impedire presumunt. Quocirca discrecioni tue . . . mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, et appellacione remota debito fine decidas . . . Datum Anagnie, tercio calendas Julii, pontificatus nostri anno primo.

(Eredetije a zirczi apátság levéltárában. BÉKEFI. I. 325.)

XIX.

1295. Július 28.

VIII. Bonifácz pápa a veszprémi püspök és az esztergomi János-lovagok között fennforgó perben a zirczi apátot bíróul rendeli.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio (Jacobo) abbati monasterii de Circz in Bochonio, Vesprimiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis venerabilis frater noster (Benedictus) episcopus Vesprimiensis, quod — magister et fratres domus hospitalis sancti regis Stephani ordinis cruciferorum Vesprimiensis diocesis, super ecclesia sancti Stephani iuxta Strigonium, ad episcopalem mensam suam pleno iure spectante, predicte Vesprimiensis diocesis terris debitis, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discrecioni tue . . . mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam, et appellacione remota canonico fine decidas . . . Datum Anagnie, quinto kalendas Augusti, pontificatus nostri anno primo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea 110. szám.)

XX.

1295. Július 28.

VIII. Bonifácz pápa a zirczi apátot megbízza, hogy a János-lovagrend tagjait, kik egy veszprémi egyházmegyéhez tartozó plébánia javait elfoglalták, egyházi kiközösítéssel sújtsa.

Bonifacius episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio (Jacobo) abbati monasterii de Cyrch, in Bakonio, Wesprimiensis dyecesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis . . . (Benedictus) episcopus Wesprimiensis, quod magister et fratres domus hospitalis sancti regis Stephani prope Strigonium, dioecesis Wesprimiensis,[1] ecclesiam sancti Andree, quondam de Obacz[2] appellatam, predicte diecesis, ad episcopalem mensam suam pleno iure spectantem, funditus . . . ausu sacrilego destruxerint, ac terras, decimas, possessiones, fructus et alia bona

[1] A János-lovagok esztergomi monostora a veszprémi egyházmegyéhez tartozónak, mint látni fogjuk, későbbi oklevelekben is mondatik.

[2] Obacz nevű helynévvel sem hazai okleveleinkben, sem a pápai tizedlajstromokban nem találkozunk.

ipsius ecclesie . . . occupantes et eam sic occupatam . . . detinere presumant . . . Ideo . . . mandamus quatenus, si de huiusmodi ipsius ecclesie destructione tibi constiterit, dictos sacrilegos tamdiu . . . excommunicatos publice nuncies et facias ab omnibus arccius evitari, donec super his satisfecerint competenter, et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venient apostolicam absolvendi. Super aliis vero audias causam, et appellacione remota debito fine decidas . . . Datum Anagnie, quinto kalendas Augusti, pontificatus nostri anno primo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában. — FEJÉR. IX. VII. 711.)

XXI.

1295. Október 28.

VIII. Bonifácz pápa Magyar Miklós fehérvári kanonok részére in defectu lenitatis dispensatiót engedélyez.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Ungaro canonico ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Petitio tua nobis exhibebat, quod cum olim quedam mulier, vitam ducens publice dissolutam, diabolico spiritu concitata, te apud bonos et graves diversis criminibus, quibus te irretitum mendaciter asserebat, pluries diffamasset, tandem cum dicta mulier contra te in contumeliosa et obprobriosa verba prorumperet, et a te pluries caritative monita ut ab hiis desisteret ac id facere non deberet, quidam amici tui, nequeuntes huiusmodi ipsius mulieris loquacitatem et nequitiam sustinere, ipsam in dorso, absque sangvinis effusione vel fractione membrorum, te presente, non tamen contradicente, cum baculo et fustibus, levibus tamen et subtilibus, verberarunt; verum quia mulier ipsa post modicum temporis spatium expiravit, tu dubitans ne propter occasionem verberum sibi taliter illatorum obierit, et ex hoc habens conscientiam remordentem, nobis humiliter supplicasti, ut circa retentionem canonicatus et prebende, quos in predicta ecclesia Albensi obtinere te asseris, providere tibi per oportune dispensationis remedium ex benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque . . . tecum, quod premissis nequaquam obstantibus, predictos canonicatum et prebendam licite retinere possis, auctoritate presentium dispensamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto kalendas Novembris pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 47. Anni I. ep. 401. — THEINER. I. 380.)

XXII.

1297. Június 27.

VIII. Bonifácz pápa az esztergomi érseket megbízza, hogy az esztergomi, győri és veszprémi egyházmegyékhez tartozó bizonyos urakat a tőlök elfoglalt és a szent-mártoni apátsághoz tartozó birtokok visszaadására késztesse.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem . . . (Hermanni) abbatis et conventus sancti Martini de sacro monte Pannonie . . . petitio, onusta querelis gravibus, continebat, quod nobiles viri Johannes, Nicolaus et Henricus, filii quondam Henrici bani, Ersicus cognatus eorundem nobilium, Saul Sauli, Laurenta natus Sauli, Matheus Petri palatini, Paulus de Comaran, Johannes Zat et nonnulli alii nobiles, comites, barones, milites Strigoniensis, Jauriensis et Vesprimiensis civitatum et diocesium, in ipsos et dictum monasterium hostili sevicia insurgentes, eos . . . castris, villis, terris . . . et rebus aliis ipsius monasterii spoliare nequiter, ipsaque bona . . . detinere presumunt. . . . Mandamus, quatenus . . . predictos nobiles . . . inducas, ut . . . premissa bona . . . restituant; . . . si vero . . . contempserint huiusmodi monitioni parere . . . eos ad id per censuram ecclesiasticam . . . compellas . . . Datum apud Urbem veterem quinto kalendas Julii pontificatus nostri anno tertio.

(Eredetije a szent-mártoni főapátság levéltárában. — WENZEL. X. 273.)

XXIII.

1298. Május 1.

VIII. Bonifácz pápa hamisított bullája, mely a veszprémi egyházmegye plébánosai részére az egyházi tizedek negyedrészét biztosítani lett volna hivatva.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. . . . Pro parte dilectorum filiorum subditorum universorum, ecclesiarum rectorum parochialium, seu plebanorum tocius dyocesis ecclesiarum Wesprimiensis nobis supplicacio exhibita continebat, quod cum nonnulli episcopi, prelati, capitulumque ecclesie Wesprimiensis, aliique dicte dyocesis, . . . eciam manu laicali se aliqui intromittentes, in divini cultus diminucionem et orthodoxe fidei catholice confusionem, sicut accepimus, omnes et singulas decimas super universam plebem in provinciis, civitatibus dyocesis et iurisdictionibus eorundem aliquamdiu et hactenus recipere non formidarunt, non curantes dilectis filiis rectoribus parochialium ecclesiarum dicte dyocesis Wesprimiensis, aut alicui ex eis dare quartam partem decimalium in eorum parochiis iuxta canonicas

sanctiones; nosque attendentes zelum, quem nobis dicti rectores ecclesiarum parochialium gesserunt et gerunt, pro tranquilitate tocius cleri, ecclesiarum, ecclesiasticarumque personarum ad ecclesiam sanctam Dei, statumque et honorem nostrum et ipsius ecclesie, ac cupientes et eciam intendentes ex debito servitutis officii pastoralis, quia vere nostrum interest, super premissis hiis de opportuno remedio, cum ex officii nostri debito teneamur liberare pauperes a potentibus et oppressis existere adiutores, auctoritate apostolica salubriter circa infrascripta omnia providere, . . . presenti constitucione perpetuo duratura decernimus, statuimus, et eciam ordinamus omnia et singula infrascripta . . . quod cum nonnulli episcopi, prelati, capitulumque et alii dicte dyocesis Wesprimiensis, qui in contrarium nominis crucifixi pauperes opprimere, suos subditos spoliare, canonicas sanctiones distrahere, a dilectis filiis ecclesiarum parochialium plebanis, rectoribus, quovis quesito colore, quartam partem decimalium abstrahere deinceps et infuturum non presumant; nos volentes ut solucio huiusmodi quarte partis decimarum huiusmodi ipsis rectoribus parochialium ecclesiarum quarumlibet dicte dyocesis per episcopos et prelatos ac per alios non solventes pro divini cultus ampliacione de cetero efficaciter persolvantur, quacumque consuetudine in contrarium non obstante, decernimus et mandamus, quod huiusmodi quarta pars decime per ipsos episcopos, prelatos et capitulum, vel per alios in ipsa dyocesi nunc et pro tempore existentes perpetuis futuris temporibus rectoribus parochialium ecclesiarum huiusmodi sine diminucione qualibet, iuxta exigenciam canonicarum sanctionum huiusmodi, integraliter persolvatur et persolvi debeat cum effectu, predicta tenore presencium indulgemus; volentes nichilominus et eciam decernentes et expresse mandantes, omnia et singula in presentibus contenta litteris posse et debere per omnes et ab omnibus, iuxta et secundum tenorem et formam contentorum in ipsis litteris, in omnibus et quo ad omnia fieri, exequi, observari . . . Datum Rome, apud sanctum Petrum, kalendis Maii pontificatus nostri anno quarto.

Eredeti példánya a veszprémi káptalan levéltárában. Decimae Saladienses num. 7. — Az oklevél pecséttel nincs ellátva. Forma és írás tekintetében szembetünően különbözik a többi bulláktól.

Ez a bulla a XV. század második felében birói ítélettel hamisítványnak nyilvánittatott.

A veszprémi káptalan levéltárában: «Litterae Miscellaneae num. 46.» jelzettel ellátott iratban a bulla a következő észrevétellel van átirva: «Copia bullarum Bonifacii pape, que per condam Mathiam regem Hungarie et viros ecclesiasticos, assessores suos, iudicialiter invente sunt esse false et tales pronunciate, et ut dicitur non de camera apostolica emanate, prout in litteris adiudicatoriis et sententionalibus eiusdem Mathie regis, et per modernum regem Uladislaum confirmatis, clare continetur».

Azonban a veszprémegyházmegyei papság később is jogigényei támogatására azt a bullát felhasználta, és 1502-ben VI. Sándor pápához intézett előterjesztésében arra a bullára hivatkozott. (THEINER. II. 553.)

XXIV.

1298. Május 31.

VIII. Bonifácz pápa a veszprémi püspököt, a nyulak-szigeti apácza-kolostor és Buda város között fennforgó perben, bíróul rendeli.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri (Benedicto) episcopo Vesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis . . . — priorissa et conventus monasterii de insula sancte Marie prope castrum Bude . . . quod Wernerus prefectus, iurati et universitas castri Budensis . . . super quibusdam redditibus, qui tributum fori vulgariter nuncupantur, et rebus aliis iniuriantur eisdem . . . Mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam, et appellatione remota debito fine decidas. . . . Datum Rome, apud sanctum Petrum secundo kalendas Junii pontificatus nostri anno quarto.

(Eredetije pecséttel, a magyar országos levéltárban. Diplomatikai levéltár 1501. szám.)

XXV.

1298. Június 19.

A zirczi apát, mint pápai biztos, a János-lovagrend esztergomi házának tagjait, egy veszprémegyházmegyei templom lerombolásáért, egyházi átokkal sujtja.

Frater Jacobus miseracione divina abbas ordinis Cysterciensis de Cyrch in Bokonio, apostolice sedis delegatus, dilecto tibi in Christo (fratri Petro) plebano ecclesie beati Nicolai civitatis Strigoniensis salutem in domino. Cum nos iam dudum, facta diligenti inquisicione a testibus ydoneis, iuxta mandatum apostolicum, sciverimus et invenerimus ecclesiam beati Andree de Obu Wesprimiensis dyocesis per magistrum et fratres domus hospitalis sancti regis de prope Strigonio, Dei timore postposito, fuisse funditus destructam, in preiudicium episcopatus et ecclesie Wesprimiensis, propter quam ecclesie destruccionem et alias iniurias et occupationes iurium episcopalium et ecclesie Wesprimiensis, auctoritate apostolica nobis commissa, eosdem magistrum et fratres domus hospitalis sentencia excommunicacionis innodaverimus, devocioni vestre . . . mandamus, iniungentes, quatenus dictos magistrum et fratres domus hospitalis, in omnibus divinis et festivis diebus, denunciare debeatis excommunicatos, donec de destruccione dicte ecclesie beati Andree et aliorum iurium episcopalium indebita occupacione et detencione satisfaciant com-

petenter ut tenentur. Datum in Cyrch in festo sanctorum Gervasii et Protasii martyrum.

(Atirva Péter esztergomi plébános 1298 július 6-iki okiratában. Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában. Capsa XVI. — Hazai okmánytár. V. 86.)

XXVI.

1298. Deczember 11.

VIII. Bonifácz pápa a veszprém-völgyi apácza-kolostor kiváltságait és szabadalmait megerősíti.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiabus — abbatisse et conventui monasterii beate Marie de valle Vesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem. Vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates, a predecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive per privilegia, sive alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et per vos eidem monasterio vestro predicto indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tercio idus Decembris pontificatus nostri anno quarto.

(Fejér. VII. IV. 251.)

XXVII.

1299. Január 28.

VIII. Bonifácz pápa az esztergomi érsekké megválasztott Gergely fehérvári prépostot ezen prépostság ideiglenes kormányzójává nevezi ki.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Gregorio electo Strigoniensi salutem etc. . . . Presentium temporum qualitate et sepedicti regni diversis circumstantiis in lancem mature considerationis adductis, expediens fore videmus, quod Strigoniensis ecclesia, que sue nunc viduitatis dampna deplorat, gubernatorem habeat et rectorem. . . . Adeoque, ut habet fidedigna relatio, tu qui in Albensis ecclesie Vesprimiensis diocesis prepositum primo, et subsequenter in archiepiscopum Strigoniensem electus fuisti,[1] idoneus reputaris, utpote vir scientia preditus, generis nobilitate

[1] Megválasztatott 1298-ban februárban.

preclarus, potens in consangvineis [1] et amicis, et in agendis expertus, qui divina tibi gratia nostroque presidio assistentibus, prout creditur et speratur, ecclesiam ipsam Strigoniensem defendere poteris, et alias non solum eius Strigoniensis et aliarum ecclesiarum, sed totius regni utilia efficaciter promovere. Unde attendentes, quod si huiusmodi electionum fratrum de te, quibus aliqui se opposuisse noscuntur, prosecutio curreret suo marte, ac ordinario modo procederet, posset diutius perdurare, cum ipsarum ecclesiarum dampno ac etiam dicti regni; propter urgentem necessitatem et evidentem utilitatem ipsorum, prosecutionem eandem duximus suspendendam, absque preiudicio partium, usque ad beneplacitum dicte sedis; ita quod per suspensionem huiusmodi nichil accrescat partibus vel decrescat. Interim autem, ne super dictis electionibus prosecutione suspensa, tam Strigoniensis quam Albensis ecclesie supradicte gubernatore legitimo careant, te ex officio nostro et apostolice plenitudine potestatis, in spiritualibus et temporalibus procuratorem dicte Strigoniensis ecclesie usque ad dicte sedis beneplacitum ordinamus, tibi administrationem tam eius quam dicte Albensis ecclesiarum . . . in spiritualibus et temporalibus committentes . . . Datum Laterani quinto kalendas Februarii anno quinto.

(Regesta Vaticana. Vol. 49. Anni V. ep. 37. — THEINER. I. 382.)

XXVIII.

1299. Január 28.

VIII. Bonifácz pápa a fehérvári káptalant utasítja, hogy Gergely választott esztergomi érseket ezentúl is prépostjának ismerje el.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis capitulo ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Mandamus, quatenus eidem G(regorio), tanquam administratori eiusdem Albensis ecclesie a nobis . . . ordinato . . . exhibentes, tanquam eiusdem ecclesie preposito, obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote . . . Datum Laterani quinto kalendas Februarii anno quinto.

(Regesta anno V. ep. 37. — THEINER. I. 384.)

---

[1] A Katapán-családból származott.

XXIX.

1299. Márczius 10.

VIII. Bonifácz pápa János ispánt és embereit, az egyházi kiközösítéstől, melyet azért vontak magokra, mivel III. Endrét magyar királynak elismerni vonakodtak, feloldozza.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio (Gregorio) electo Strigoniensi salutem etc. Porrecta nobis pro parte nobilis viri Johannis comitis Ferrei castri Jauriensis diocesis, nati quondam Henrici bani de Ungaria, petitio continebat, quod cum ipse olim venerabili fratri nostro Johanni Auximano tunc exinde episcopo et in partibus illis apostolice sedis nuntio [1] fidem et devotionem sancte Romane ecclesie debitam observare cum reverentia promisisset, ita quod nulli tanquam regi Ungarie pareret . . . nisi destinato seu approbato a sede predicta; quia tamen obedientiam et reverentiam Andree, qui rex Ungarie nominatur, ignorans ipsius regimen per sedem approbatum eandem, noluit exhibere, tam idem nobilis vir quam sui complices et fautores per bone memorie L(odomerium) archiepiscopum Strigoniensem, et (Theodorum) Jauriensem et (Benedictum) Vesprimiensem [2] episcopos ac alios suffraganeos fuerunt auctoritate ordinaria excommunicationis sententia innodati. . . . Mandamus, quatenus, si est ita, . . . prefatos nobilem, complices ac fautores a dicta excommunicationis sententia, ad cautelam . . . absolvas . . . Datum Laterani quarto idus Martii, pontificatus nostri anno quinto.

(Regesta Vaticana. Vol. 49. Anni V. epist. 92. — THEINER. I. 385.)

XXX.

1299. Június 1.

VIII. Bonifácz pápa a győri prépostot, a veszprémi püspök és az esztergomi János-lovagok között fennforgó perben bíróul rendeli.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio (—) preposito ecclesie Jauriensis salutem etc. Significavit nobis venerabilis frater (Benedictus) episcopus Wesprimiensis, quod cum ipse Nicolaum magistrum et fratres hospitalis cruciferorum sancti Stephani

[1] «Boldog» Ugoccione János osimói (Auximum) püspök 1295—1320.

[2] Ebből kitünik, hogy Benedek veszprémi püspök, III. Endre jogait az egyházi büntetések fegyvereivel is oltalmazta, az Anjouk igényei ellen.

de Strigonio super quibusdam decimis, redditibus, proventibus, terris, possessionibus et rebus aliis coram abbate monasterii de Circh Wesprimiensis diocesis, auctoritate litterarum apostolicarum, antequam prima constitucio nostra de aliquo extra suam civitatem et diocesim per litteras apostolicas ad iudicium non trahendo manaret, traxisset in causam, iidem magister et fratres ex certo conficto gravamine ab eodem, ut dicebant, abbate sibi illato, ad sedem apostolicam appellantes, super huiusmodi appellacione eorum nostras ad venerabiles fratres nostros (Paulum) Quinqueecclesiensem et (Haab) Waciensem episcopos ac dilectum filium (Hermannum) abbatem monasterii sancti Martini de sacromonte Pannonie Jauriensis diocesis sub certa forma litteras impetrarunt, predicti vero sancti Martini, cui prefatus episcopus Quinqueecclesiensis ac (Stephanus) de Pilis eiusdem Wesprimiensis diocesis, cui dictus episcopus Wachiensis super hoc commiserant totaliter vices suas, monasteriorum abbates, ad quorum ipsi episcopus, prepositus et capitulum Wesprimienses fuerunt propter hoc citati presenciam, ad procedendum in causa huiusmodi coram eis certum partibus terminum statuerunt, et demum reputantes episcopum, prepositum et capitulum Wesprimiense predictum in eodem termino, cum non esset pro eorum voluntatis libitu contumax, (?) ingressum ecclesie episcopo, preposito et capitulo interdixerunt eisdem; propterea ex parte ipsorum episcopi, prepositi et capituli Vesprimiensis ad dictam sedem extitit appellatum. Quo circa discrecioni tue . . . mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota decernas. . . . Datum Anagnie, kalendis Junii, pontificatus nostri anno quinto.

(Átírva Hugo de Vercellis pápai káplánynak 1300 deczember 13-ikán kelt okiratában, mely így hangzik:

Omnibus presentes litteras inspecturis Hugucio de Vercellis, canonicus Brugensis, domini pape subdiaconus et capellanus ac ipsius litterarum contradictarum audiencie de eius speciali mandato officium gerens, salutem in domino. Noveritis, quod cum discretus vir Stephanus prepositus Wesprimiensis ecclesie, procurator venerabilis patris Benedicti episcopi et capituli ecclesie Wesprimiensis pro ipsis impetraret litteras apostolicas infrascriptas, magistri Johannes de Ancona, Bonaventura de Mantua et Nicolaus de civitate Antina (?) ipsis litteris in audiencia publica contradixerunt, et tamdiu detinuerunt et detinebant ipsas litteras tam pro salario, quam multis aliis variis de causis, quod idem prepositus dubitabat, ne tempus curreret ad prosequendum appellacionem et causam, seu appellaciones et causas, de quibus fit in ipsis litteris mencio. Unde ut non posset de negligencia reprehendi et ne tempus currat episcopo et capitulo prefatis, protestatus fuit, quod sibi et dictis episcopo et capitulo tempus non currat ad prosequendum appellacionem, seu appellaciones in ipsis litteris contentas, cum per ipsum procuratorio nomine, quo supra et ipsos episcopum et capitulum non stet, quin procedatur in appellacione et negocio, prout de iure esset procedendum, et eciam fuit protestatus, quod ipsis episcopo et capitulo nullum propter predicta preiudicium generetur. Tenor autem ipsarum litterarum est talis: . . . In cuius protestationis testimonium presentes litteras fecimus fieri. . . . Datum Laterani idus Decembris, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno sexto.)

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea num. 7.)

XXXI.

1299. Decz̃ember 5.

VIII. Bonifácz pápa a pilisi apátot, a pozsonyi prépostot és az esztergomi iskolás-kanonokot a veszprémi püspök és a nyulak-szigeti apáczák között fennforgó perben bírákul rendeli.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis (Stephano) abbati monasterii de Pylis et (Seraphino) preposito de Posonio Vesprimiensis et Strigoniensis diocesis ac scolastico Strigoniensis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Conqueste sunt nobis — priorissa et conventus monasterii sancte Marie de insula, quod licet universis priorissis, conventibus et sororibus monasteriorum dicti ordinis sancti Augustini, secundum instituta predicta viventibus, per speciale privilegium sedis apostolice esset indultum,[1] ut ad prestacionem decimarum de quibuscunque possessionibus et aliis omnibus earum bonis que tunc habebant, et iustis modis prestante domino acquirerent in futurum, minime teneantur, et ad id compelli non possint; nichilominus tamen . . . (Benedictus) Vesprimiensis episcopus ab eisdem priorissa et conventu sancte Marie, de proventibus terrarum et possessionum suarum, decimas exigere et extorquere presumit. Ideoque . . . mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam, et appellacione remota, debito fine decidatis . . . Datum Laterani nonis Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

(Eredetije az országos levéltárban. FEJÉR. VI. II. 222. KNAUZ. II. 467.)

XXXII.

1299. Decz̃ember 9.

VIII. Bonifácz pápa az esztergomi érseket a nyulak-szigeti apáczák és Buda város között fennforgó perben bíróúl rendeli.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio G(regorio) electo Strigoniensi salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis . . . priorissa et conventus monasterii sancte Marie de insula . . . quod . . . iudex et duodecim

[1] VIII. Bonifácz pápa 1296 junius 2-ikán kelt ezen kiváltságlevelének egy példánya a magyar országos levéltárban. FEJÉR. VII. II. 53. KNAUZ. II. 388.

iurati et universitas ville Budensis dicte diocesis, ipsos quominus vectigalia et tributa de rebus venalibus, que de dicta villa ad quascumque nundinas deferuntur, prout ipsis ex concessione clare memorie Bele regis Ungarie, facta eis de huiusmodi vectigalibus et tributis, tunc ad regem eundem spectantibus, competit, percipere et exigere libere valeant, contra iusticiam impedire presumunt. Quocirca . . . mandamus, quatinus partibus convocatis, audias causam, et appellacione remota, debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari; proviso, ne in predictam universitatem excommunicacionis vel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale . . . Datum Laterani quinto idus Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

(Eredetije a magyar országos levéltárban. Hibásan közölte Fejér. VI. II. 156. Helyesen Wenzel. X. 339. Knauz. II. 468.)

XXXIII.

1301. Deczember 10.

A veszprémi prépost óvása a pápától rendelt két bíró ellen, kik a veszprémi püspök es a veszprémi apáczák között fennforgó per eldöntésére kitűzött határnapon a törvényszék ülésében meg nem jelentek.[1]

(Nos) Cyprianus (lector) ecclesie Strigoniensis — iudex a sede apostolica delegatus, significamus — per presentes, quod cum venerabilis pater dominus Benedictus episcopus Vesprimiensis per priorissas et sorores ecclesie beate — Budensis et ecclesie beate Katerine de Vesprimio ad presenciam Seraphini prepositi Posoniensis, nostram, ac abbatis de Pylis iudicum delegatorum sedis apostolice, ad octavas sancti Michaelis archangeli de autumpno citatus fuisset, terminum partes de communi voluntate primo ad octavas omnium sanctorum, secundo ad octavas beati Andree apostoli prorogaverant, secundum continenciam litterarum capituli Budensis; in ipsis octavis beati Andree apostoli magister Stephanus prepositus ecclesie Vesprimiensis pro eodem domino episcopo coram nobis legi(time) comparuit, asserens et protestans, quod pro eodem domino episcopo paratus erat stare iuri, et procedere in causa, si iudices videlicet predicti Seraphinus prepositus et abbas de Pylis condelegati nostri presentes fuissent, vel subdelegassent aliquibus vices suas, iuxta canonicas sanctiones. Unde ne absencia, vel negligencia ipsorum iudicum posset eidem domino episcopo preiudicium afferre, idem prepositus Vesprimiensis sibi dari super

[1] Az elrongyollott okirat a vonallal jelölt helyeken olvashatatlan.

comparicione et protestacione sua nostras litteras postulavit, super quo, quia solus in causa de iure procedere non poteramus, litteras nostras eidem concessimus sigilli nostri appensione signatas. Datum Strigonii, in Dominica proxima post octavas beati Andree apostoli prenotatas, anno domini millesimo tercentesimo primo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, 8. sz.)

XXXIV.

1303. *Május 30.*

VIII. Bonifácz pápa a kalocsai érseket megbízza, hogy azon jogsérelmeket, amiket a veszprémi püspök, ki az ő meghívására a pápai udvarnál megjelent, az országból távolléte alatt szenvedett, orvosolja.

Bonifacius episcopus etc. Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Colocensi salutem etc. Tuis et venerabilium fratrum nostrorum Benedicti Vesprimiensis, Michaelis Zagrabiensis et Theodori Jauriensis episcoporum, tuorum et Strigoniensis suffraganeorum, ac dilectorum filiorum Thome Strigoniensis, Dominici Waciensis et Nicolai de Castro ferreo Jauriensis diocesis prepositorum ac Stephani archidiaconi Transilvaniensis ecclesiarum . . . apud sedem apostolicam constitutorum, precibus annuentes, fraternitati tue . . . mandamus, quatenus quicquid inveneris per nobiles, comites et barones ac alias seculares personas illarum partium, in tuum et eorundem episcoporum, prepositorum et archidiaconi preiudicium temere attemptatum, postquam tu et iidem episcopi ac prepositi et archidiaconus, ad vocationem nostram, pro quibusdam regni Ungarie negotiis apud sedem predictam promovendis et expediendis, iter arripuistis ad sedem veniendi prefatam, in statum pristinum revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo . . . Datum Anagnie tertio kalendas Junii anno nono.

(Regesta Vaticana. Volumen 50. Anni IX. ep. 162. THEINER. I. 395.)

XXXV.

1304. Január 7.

XI. Benedek pápa a zágrábi püspöknek a fehérvári prépostság betöltése tárgyában megbízást ád.

Benedictus episcopus etc. Venerabili fratri Augustino episcopo Zagrabiensi salutem etc. Ad statum ecclesie Albensis, ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinentis, Vesprimiensis diocesis, paterne considerationis intuitum extendentes... mandamus, quatenus super prepositura dicte ecclesie, ad quam prepositi per electionem capituli eiusdem ecclesie, de ipsius ecclesie consvetudine, prout accepimus, assumuntur, diligenter inquirens, si quemquam in ipsius ecclesie prepositum electum fore repereris,[1] electione huiusmodi, si de persona ydonea canonice celebrata fuerit, auctoritate nostra confirmes, alioquin ea rite cassata, vel si alias prepositurum eandem . . . vacare inveneris, et de iure alii non deberi, prepositurum ipsam . . . persone ydonee de *regno Ungarie oriunde* . . . conferre et assignare procures . . . Datum Laterani septimo idus Januarii anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 51. Anni I. de curia. ep. 45. THEINER. I. 412.)

XXXVI.

1304. Február 4.

XI. Benedek pápa Beda fehérvári kanonokot az egyházi büntetésektől, amiket az interdictum meg nem tartásával magára vont, feloldozza.

Benedictus episcopus etc. Dilecto filio Michaeli electo Strigoniensi salutem etc. Petitio dilecti filii Bede canonici ecclesie sancti Nicolai de Alba regali, Vesprimiensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod licet quondam G(regorius) electus Strigoniensis, tunc administrator ecclesie Albensis per sedem apostolicam deputatus,[2] ex certis causis, civitatem Albensem supposuit ecclesiastico interdicto, eodem interdicto durante, in ecclesia sancti Petri Albensi divina officia celebravit . . . Manda-

[1] Az 1303-ik év végén fehérvári prépost Tamás volt, ki a prépostságot ezentúl is megtartotta, és később esztergomi érsekké választatott meg.

[2] L. XXVII. szám alatt.

mus, quatenus, imposita . . . penitentia competenti, cum ipso super irregularitate prefata . . . dispenses. Datum Laterani secundo nonas Februarii anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 51. Anni I. ep. 356. — THEINER. I. 470.)

XXXVII.

1308—1311.

Gentilis bibornok magyarországi pápai legátus számadási könyvének, a veszprémi püspökre és a veszprémi egyházmegye nagyobb javadalmaira kivetett adókat illető részletei.

. . . . . 1308.

(E dé avere di . . . Diciembre per) marchi XX. e I fertone di fino ariento che avemo contanti per lo vescovo di) Vesperino dell arcivescovado (di Strighone) e per lo detto vescovo . . . che dé paghare per lo primo anno.

. . . . . 1309.

E dé avere di XXIII. di Gennaio per marchi X. et . . . che avemo contanti dal vescovo di Vesperino (dell' arcivescovado di Stri)ghone da Stefano proposto di Vesperino furono (per parte di magior) somma che dè paghare per lo primo anno.

. . . . . .

. . . di Febraio per marchi XIIII. et III fertoni di fino ariento che avemo contanti per lo vescovo di Vesperino dell' arcivescovado di Strighone, furono per parte di magior somma chel detto vescovo dè paghare per lo primo anno.

E dé avere di XII. di Febraio per marchi X. di fino ariento che avemo contanti dell' abate di Piligi[1] del vescovado di Vesperino, furono per parte di marche XX. che dé paghare e rimanse dé paghare a la pasqua di resuressi prossima.

. . . . . .

E dé avere di V. del detto Aprile per marchi V. di fino ariento che avemo contanti dall' abate di Pilisci dell' arcivescovado di Strighone e del vescovado di Vesperino, furono per parte di marchi X. chel detto abate dè paghare per rimanese di marchi XX. chelli furono imposti per lo primo anno, ellaltre marche V. dé paghare a la festa di san Giorgio prossimo.

. . . . . .

E dé avere questo di (III di Giungnio) per marchi XXX. di fino ariento che avemo contanti dal vescovo di Vesperino dell' arcivescovado di Strighone, furono per parte di magior somma che doveano paghare per lo primo anno.

---

[1] Pilis.

. . . . . .

E dé avere questo di per marchi XV. di fino ariento, che avemo contanti dal proposto di Alba Reale del vescovado di Vesperino, furono per sue pruchurazioni del primo anno, vero è che gli ne dovea paghare marchi XVI. ma l'detto chardinale li ne rimise l'una, di qual elli avea imposta a mastro Pietro della Torre.

. . . . . .

E dé avere di XVIII. di Novembre anno detto per marchi XL di fino ariento che avemmo contanti per lo vescovo di Vesperino dall' arcidiachono d'Alba per parte di marchi LXXXVIIII. e III. fortoni che resto per lo primo anno.

. . . . . 1310.

E dé avere di II di Giennaio . . . e uno fertone del detto ariento . . . di Vesperino da mastro Giovanni . . . chonpimento di marchi dugiento.

. . . . . .

E dé avere di XXV. del detto Gennaio per marchi XV. et I. fertone di fino ariento che avemo contanti dal frate Giovanni priore di frati romitani d'Alba [1] del vescovado di Vesperino, furono per le pruchurazioni chel proposto d'Alba dovea paghar per lo secondo anno.

. . . . . .

. . . di XXV. di Febraio . . . al peso di Be(doara) . . . vescovado di Vespe-(rino) . . . secondo anno.

. . . . . .

. . . del detto Aprile per marchi XXVII. di fino ariento il detto . . . avemo contanti da astro Giovanni arcidiacono d'Alba, furono per parte di magior somma che dé paghare per lo secondo anno.

. . . . . .

E dé avere di XVIII. del detto Magio per marchi X. del detto ariento che avemo contanti dall' abate di Pilisi del vescovado di Vesperino per compimento di marchi XX. che dovea paghare per lo secondo anno.

E dé avere di V. di Giugnio anno detto per marchi LII. del detto ariento, che avemo contanti per lo vescovo del Vesperino dall' arcidiachono d'Alba per parte di magior somma che dé paghare per lo secondo anno.

. . . . . .

E dé avere di XXIIII. del detto Novembre per marchi XI. et fortoni II e mezo del detto ariento che avemo contanti dal proposto d'Albi da mastro Pietro chalonacho d' Alba del vescovado di Vesperino, furono per parte di marchi XV. che dé paghare per lo terzo anno.

---

[1] A fehérvári dominikánusok értetnek.

. . . . . 1311.

E dé avere di XVII. del detto Aprile per marchi III e fertoni I e mezo del detto ariento che avemo contanti per lo proposto d' Alba del vescovado di Vesperino da mastro Benedetto d' Alba, furono per compimento di marchi XX. che dovea paghare per lo terzo anno.

. . . Luglio per marchi XX. del detto ariento che avemo contanti . . . abate di Pilisi del vescovado di Vesperino furo per sue pruchurazioni de terzo anno.

E dé avere di XI. del detto Luglio per marchi XXXI. et I. fertono del detto ariento ch' avemo contanti il detto di per lo vescovo di Vesperino da mastro Giani arcidiacono d' Alba fino per parte di magior somma che dé paghare per lo terzo anno.

(A számadási könyvnek nedvességtől tetemesen megrongált példánya a vatikáni levéltárban. — Monumenta Vaticana. Sectio I. Tomus II. 415—464.)

XXXVIII.

1309. Augusztus 31.

V. Kelemen pápa János fehérvári prépostot fölhatalmazza, hogy ezen javadalma mellett a küküllői főesperességet is megtarthassa.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio magistro Johanni archidiacono Kukulliensi in ecclesia Transilvana salutem etc. . . . Petitio siquidem tua nobis exhibita continebat, quod tu existens archidiaconus Kukulliensis in ecclesia Transilvana, preposituram ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ad quam fuisti electus canonice,[1] recepisti. Verum quia ex alternis dignitatum vel personatuum huiusmodi proventibus, qui propter malitiam temporum sunt non modicum diminuti, non vales, secundum tui status decentiam, commode sustentari, fuit nobis pro parte tua humiliter supplicatum, ut providere tibi super hoc . . . dignaremur. Nos itaque . . . consideratione . . . Caroli regis Sicilie illustris, qui pro te vicecancellario . . . Caroli regis Ungarie illustris . . . humiliter supplicavit . . . tecum, ut archidiaconatum et preposituram predictos insimul valeas licite retinere . . . dispensamus. Datum Avinione secundo kalendas Septembris pontificatus nostri anno quarto.

(Regesta Vaticana. 56. Vol. Anni IV. ep. 1002. — Theiner. I. 441.)

---

[1] János mester már 1307-ben előfordúl az oklevelekben mint fehérvári prépost. Rupp. Magyarország helyrajza. I. 227.

XXXIX.

1311. Május 28.

Gentilis bibornoknak, magyarországi pápai legátusnak, a veszprémi egyházmegye főesperesei ellen kibocsátott idéző levele.

Frater Gentilis miseracione divina tituli sancti Martini in montibus presbyter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo filiis (—) abbati monasterii Corciensis Vesprimiensis diocesis et (—) preposito ecclesie Vesprimiensis salutem in domino. Venerabilis in Christo patris B(enedicti) dei gracia episcopi relacio patefecit, ac dilectorum in Christo filiorum capituli Vesprimiensis directe nobis littere indicarunt, quod idem episcopus Stephanum Symigiensem, Nicolaum Zaladiensem, Nicolaum Segusdiensem, Michaelem Vesprimiensem, Johannem Albensem et Joseph de sancto Andrea archidiaconos in ecclesia Vesprimiensi predicta, racione procuracionum nostrarum non solutarum ad presenciam nostram, auctoritate nostra fretus, peremptorie citare curavit. Licet autem pro eo, quod in termino citacionis predicte iam elapso nullus comparuit predictorum, possemus procedere contra eos, volentes tamen adhuc misericorditer agere cum eisdem, discrecioni vestre, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatinus vos . . . archidiaconos antedictos ad eorum convincendam maliciam ex parte nostra iterato citare . . . sub excommunicacionis et privacionis omnium beneficiorum suorum penis, mandare curetis, ut infra quindecim dierum spacium, post citacionem huiusmodi computandum, personaliter et perhemptorie compareant coram nobis, excusaturi se et defensuri, si poterunt, super eo, quod dictas procuraciones exolvere neglexerunt. Alioquin ad execucionem et privacionem beneficiorum huiusmodi et alias contra ipsos procedemus, ut iusticia suadebit. Diem vero citacionis et formam et quicquid inde feceritis, nobis per vestras litteras, harum seriem continentes, fideliter intimare curetis. Datum Posonii, quinto kalendas Junii, pontificatus domini C(lementis) pape V. anno sexto.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Litteræ miscellaneæ 9. sz. 4.)

XL.

1312. Augusztus 1.

V. Kelemen pápa az esztergomi érseket utasítja, hogy Miklós dömösi prepostot, kit a váczi káptalan egy része váczi püspökké megválasztott, az egyházmegye kormányától mozdítsa el és a szent-szék elé idézze.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri (Thome) archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. Significavit nobis carissimus in Christo filius noster Carolus Ungarie rex illustris, quod dudum ecclesia Vaciensi, per obitum bone memorie Haab episcopi Vaciensis,[1] pastoris regimine destituta, quidam ipsius ecclesie canonici, nonnullis qui ad electionem de pastore in eadem ecclesia faciendam debuerant de iure vocari omnino contemptis et penitus non vocatis, et aliis iuris solemnitatibus, que servari debuerant in electione huiusmodi, pretermissis, Nicolaum prepositum ecclesie Dimisiensis Vesprimiensis diocesis, tunc excommunicationis vinculo innodatum, incompetentis scientie et alias minus ydoneum, ad ipsius ecclesie regimen, contra sanctiones canonicas, elegerunt; presentato itaque tibi, qui loci metropolitanus existis, decreto electionis huiusmodi, dictoque preposito illam confirmari petente, tu, de capituli tui consilio, ad examinationem negotii electionis huiusmodi ex certis rationabilibus causis tunc procedere distulisti, quamvis de facto eidem prepósito administrationem eiusdem ecclesie Vaciensis, formidans ipsius ecclesie grave dispendium, gerendam per certi temporis spatium commisisti; cumque postmodum memoratum prepositum, prosecuturum negotium electionis eiusdem, cum omnibus iuribus et munimentis suis, huiusmodi negotium contingentibus, certo termino fecisses ad tuam presentiam evocari, idem prepositus coram te comparere contempnens, quosdam simplices nuntios, quod super eiusdem electionis negotio ad sedem apostolicam vocem appellationis emiserat, licet tibi de huiusmodi appellatione non constaret, ad tuam presentiam destinavit; verum tu in einsdem electionis negotio volens, servata debita maturitate, procedere, dicto preposito iterato mandasti, quod certo termino, per se vel procuratores suos in huiusmodi electionis negotio sufficienter instructos, coram te, cum actis, iuribus et munimentis predictis, ad prosequendum negotium electionis eiusdem, comparere curaret.

Et quia memoratus prepositus coram te comparere in eodem termino contumaciter non curavit, dilecto filio magistro Johanne cantore ipsius ecclesie Vacien-

[1] Háb váczi püspök halálának időpontja a fennmaradott oklevelekből biztosan nem állapítható meg.

sis, qui omnino contemptus ad dictam electionem vocatus non fuerat sicut debebat de iure vocari, tam pro se ipso, quam procuratorio nomine dicti regis, asserentis se dicte ecclesie Vaciensis patronum, ad quem spectat in eadem ecclesia bonum habere prelatum, nec non et Bogomerio canonico Vaciensi, qui simili modo contemptus extiterat, in tui presentia constitutis, et quam plura contra personam eiusdem prepositi et formam electionis obiectionibus supradicte, ac petentibus cum instantia pronuntiari huiusmodi electionem esse nullam; tu eiusdem electionis, una cum predicto capitulo, examinato decreto, quia per decretum ipsum reperisti electionem eandem contra iuris formam attemptatem fuisse, causam electionis ipsius ad examen sedis apostolice remisisti; mandans eidem preposito, qui se administrationi predicte, quamvis tempus fuisset eiusdem administrationis elapsum, ingerebat et ingerit temeritate propria sicut prius, ac magistro Johanni cantori ac procuratori, et Bogomerio canonico prefatis, et omnibus aliis, quorum intererat vel sua crederent interesse, quod usque ad festum pentecosten proxime preteritum, processuri in negotio electionis eiusdem, cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis, negotium electionis contingentibus supradicte, apostolico se conspectui presentarent.

Cum igitur memoratus prepositus in prefato termino et post ipsum diutius expectatus, contempserit comparere, magistro Johanne cantore pro se ac procuratorio nomine dictorum regis et Bogomerii canonici ecclesie Vaciensis predicte, legitime apud sedem comparente predictam, procedere in negotio memorato parato; nos, nolentes quod electionis predicte causa, in ipsius ecclesie Vaciensis dispendium, diutius remaneat in suspenso, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eodem preposito ab administratione spiritualium et temporalium ipsius ecclesie Vaciensis suspenso, et ea alicui ydonee persone commissa, que bona ipsius ecclesie futuro successori illesa conservet, prepositum antedictum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra trium mensium spatium post citationem huiusmodi, se, cum omnibus actis, iuribus et munimentis supradictis, personaliter dicte sedis conspectui representet, in dicta causa, prout iustum fuerit, processurus; diem autem huiusmodi citationis et formam, et quicquid interim duxeris faciendum, nobis per tuas litteras, harum seriem continentes, fideliter intimare procures.[1] Datum in prioratu de Grauser kalendis Augusti anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 60. Anni VIII. ep. 581. THEINER. I. 443.)

XLI.

1315. Június 5.

V. Kelemen pápa a veszprémi püspököt a nyulak-szigeti apáczakolostor és a budavári plébános között fennforgó perben biróul rendeli.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri (Stephano) episcopo Vesprimiensi salutem . . . Conqueste sunt nobis . . . priorissa et conventus monasterii sancte Marie in insula Danubii . . . quod Hermanus plebanus ecclesie beate Marie virginis de Buda . . . super quibusdam domibus, redditibus, annuis proventibus, iuribus et rebus aliis, ad dictum monasterium spectantibus, iniuriatur eisdem. Ideoque fraternitati tue mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, et appellatione remota debito fine decidas . . . Datum Avinione nonas Junii pontificatus nostri anno decimo.

(Eredetije a budapesti m. k. egyetem könyvtárában. — FEJÉR. VIII. VIII. 116)

XLII.

1316—1334.

A veszprémi püspöktől és a veszprémi egyházmegye területén létező több monostor apátjától a pápai megerősítésért fizetendő díjak jegyzéke.

TAXE ECCLESIARUM TEMPORE JOHANNIS XXII. PONTIFICIS MAXIMI.

Wesprimiensis (episcopi) DCCCC floreni.[2]

Monasteriorum:

Sancti Adriani de Sala ordinis sancti Benedicti diocesis Vesprimiensis . . .[3]

Sancti Andree de Mantua (?)[4] ordinis sancti Benedicti diocesis Wesprimiensis CLI floreni.

---

[1] Miklós még 1313-ban is az oklevelekben mint «electus episcopus Vaciensis» fordúl elő.

[2] Az esztergomi érsek 4000, az egri és győri püspökök 800—800, a váczi püspök 500 frt megerősítési díjat fizetett.

[3] A codexben a díj összege kimaradt.

[4] Ezen hibásan leirt helynév helyreigazítására támpontúl az a körülmény szolgálhat, hogy a veszprémi egyházmegye területén Szent András védnöksége alatt álló apátság csak egy volt: *Visegrádon.*

Sancti Egidii[1] ordinis sancti Benedicti diocesis Wesprimiensis CL floreni.

Sancte Marie (de) Almadi ordinis sancti Benedicti Wesprimiensis diocesis XXXIII floreni.

Sancti Mauricii de Beel ordinis sancti Benedicti diocesis Wesprimiensis L floreni.

Sancti Nicolai in Orte[2] ordinis Cisterciensis diocesis Wesprimiensis . . . floreni.[3]

De Scalas[4] ordinis (sancti Benedicti) diocesis Wesprimiensis . . .[5]

(Liber taxarum omnium ecclesiarum. A vatikáni levéltárban. — THEINER. I. 608.)

XLIII.

1317. Május 1.

XXII. János pápa Róbert Károly magyar királynak, azon pénzösszeg behajtása iránt ír, a melylyel a veszprémi püspök Gentilis bibornoknak adósa maradt.

Johannes episcopus etc. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem etc. . . . Sane licet dudum venerabiles fratres nostri Strigoniensis archiepiscopus sexcentas tres et dimidiam, Transilvanensis nongentas et quinquaginta tres, Quinqueecclesiensis triginta cum dimidia et Vesprimiensis episcopi centum viginti quatuor marchas argenti ad pondus Budense, in quibus bone memorie Gentili . . . in partibus illis apostolice sedis legato . . . pro suarum procurationum residuo tenebantur . . . solvere, . . . promisissent, certis terminis iam transactis, in eorum quemlibet non solventem excommunicationis sententia, quam idem archiepiscopus et episcopi susceperunt voluntarie, promulgata; ipsi tamen archiepiscopus et episcopi . . . dictas marcharum summas . . . solvere non curarunt, propter quod prefatam noscuntur excommunicationis sententiam incurrisse. Cum igitur nos . . . receptionem summarum marcharum predictarum . . . (Friderico) archiepiscopo Salzeburgensi et . . . Rufino de Civino archidiacono Tolnensi in ecclesia Quinqueecclesiensi et cuilibet eorum duxerimus . . . committendam, celsitudinem regiam roga-

---

[1] A somogyvári apátság.

[2] Ezen hibásan leirt helynév helyreigazítására támpontúl az a körülmény szolgál, hogy a veszprémi egyházmegye területén Szent Miklós védnöksége alatt álló apátság csak egy volt: *Ercsiben.*

[3] A codexben a díj összege kimaradt.

[4] Talán Szilis.

[5] A codexben a díj összege kimaradt.

mus . . ., quatenus archiepiscopo et archidiacono supradictis . . . favorem oportunum impendas, . . . Datum Avinione kalendas Maii anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 109. Anni I. de curia ep. 300. — THEINER. I. 449.)

A veszprémi püspök 124 márkára menő tartozását 1318-ban több részletfizetéssel törlesztette. (Rufinus de Civinio számadási könyve a vatikáni levéltárban. Kiadva: Monumenta Vaticana. Sectio I. Tomus II. 470.)

XLIV.

1317. Július 7.

XXII. János pápa Róbert Károly királyt értesíti, hogy János fehérvári prépostnak ezen javadalom mellett a küküllői főesperesség megtartását megengedi.

Johannes episcopus etc. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem etc. Tue magnitudinis littere . . . quas dilectus filius frater Petrus prior conventus fratrum predicatorum Albensis, tuusque confessor nobis diebus proximis presentavit, in eo nimirum grate nostris occurrerunt aspectibus, quod per eas . . . te vere devotum nobis offerre curasti . . . Illud autem te volumus pro certo tenere, quod illam solide dilectionis sinceritatem, quam ad inclitam domum tuam habuimus in minoribus constituti . . . propagare disponimus in tui et regni tui negociis . . . Porro licet constitutionem super pluralitate dignitatum et beneficiorum, curam animarum habencium editam velimus inviolabiliter observari, . . . tuis tamen devicti precibus, pro dilecto filio magistro Johanne Albensi preposito vicecancellario tuo nobis devote porrectis, cum eodem preposito, ut archidiaconatum de Kikulleu in ecclesia Transilvana una cum prepositura . . . retinere possit, usque ad sedis apostolice beneplacitum, de speciali gratia duximus dispensandum.[1] Datum nonis Julii, anno primo.

(Regesta anni I. ep. 680. — THEINER. I. 456.)

---

[1] V. ö. a XXXVIII. szám alatt közlött pápai iratot.

XLV.

1318—1320.

A szent-föld és a szent-szék javára, Rufinus de Civinio pápai követ által, a veszprémi egyházmegye néhány javadalmasától behajtott pápai tizedek lajstroma.

CIVITATIS ET DIOCESIS VESPRIMIENSIS.

(Extimatio.)

In primis pro fructibus plebis de Buda Vesprimiensis diocesis, que vacavit semel, cuiusque fructus ascendebant in universo ad summam XLVIII marcharum fini argenti ad pondus Budense, elegi pro domino nostro medietatem, videlicet XXIIII marchas ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII florenos auri.

Quas quidem XXIIII marchas dominus Petrus plebanus dicte plebis anno Domini MCCCXVIII die XXVIIII. Maii promisit solvere, medietatem videlicet infra festum omnium sanctorum tunc proxime futurum et residuum infra festum resurrectionis Domini.[1] De quibus quidem XXIII. marchis idem plebanus anno Domini MCCCXVIIII die XVIII. Januarii solvit michi Rufino XIIII marchas, quarum quelibet valet IIII florenos.

Item postea anno Domini MCCCXX die XI. Februarii idem plebanus solvit michi residuas X marchas.

(Extimatio.)

Item postea de fructibus tertie partis quorundam reddituum dicte plebis spectantium ad moniales monasterii sancte Margarite de insula Budensi, qui ascendebant in universo ad summam XVIIII marcharum et unius fertonis eiusdem fini argenti, elegi medietatem, videlicet VIIII marchas et dimidiam et dimidium fertonem, quarum quelibet valet IIII florenos auri. Et demum anno, mense et die proxime scriptis idem dominus plebanus solvit michi dictas VIIII marchas et dimidiam et dimidium fertonem. Et sic sunt in universo XXXIII marche et dimidia et dimidius fertonus valentes CXXXIIII florenos et dimidium.

---

[1] 1318 novemher 1. — 1319. április 8.

(Non est facta compositio.)

Item vacavit semel archidiaconatus sancti Andree in dicta ecclesia Vesprimiensi, verumtamen valorem fructuum ipsius scire nequivi, quia vacaverat circa finem triennii et in recessu meo; tamen quia valet ultra VI marchas, cadit sub reservatione, propter quod commisi . . episcopo Vesprimiensi, quod exigat medietatem dictorum fructuum et mittat ad curiam.

Summa omnium marcharum receptarum per me predictum Rufinum in civitate et diocesi Vesprimiensi predictis XXXIII marche et dimidia et dimidius fertonus fini argenti ad pondus Budense, quarum quelibet valet IIII florenos auri, valentes in universo CXXXIIII florenos et dimidium auri.

(A számadási könyv a vatikáni levéltárban. — Monumenta Vaticana. Series. I. Tom. I. 21, 22.)

XLVI.

1321. November.

XXII. János pápa a veszprémi püspök és néhány plébánosa között fennforgó perben, a pécsi püspököt bíróul rendeli.

Johannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri (Ladislao) episcopo Quinqueecclesiensi salutem et apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri (Henrici) episcopi Vesprimiensis recepimus continentem, quod licet de Segusdino, de Luend, de Sasag, de Urs et de Cheyk ecclesie, infra limites sue diocesis existere, sibique lege diocesana subesse noscantur, et propterea earum visitacio spectet ad episcopum antedictum, ac ipsarum ecclesiarum rectores sibi velut ordinario obedienciam et reverenciam debitam exhibere, ipsumque ad visitandum illas admittere et ei procuracionem racione visitacionis huiusmodi exhibere, aliaque iura episcopalia solvere teneantur, et tam dictus episcopus, quam predecessores sui episcopi Vesprimienses, qui fuerunt pro tempore, in pacifica possessione, vel quas iuris recipiendi obedienciam et reverenciam huiusmodi ab eisdem rectoribus ac visitandi ecclesias antedictas ac procuraciones, dum visitarunt et alia iura huiusmodi recipiendi fuissent a tempore cuius in contrarium memoria non existit; tamen Paulus plebanus de Segusdino, Stephanus de Luend, Paulus de Urs, Franciscus de Sasag et Johannes de Cheyke ecclesiarum predictarum rectores, contra dictum episcopum spiritu rebellionis assumpto, se a subiectione ipsius episcopi temere subtrahentes, eidem episcopo huiusmodi obedienciam et reverenciam exhibere, eum ad visitandum ecclesias predictas admittere, ac procuraciones exhibere, aliaque iura prefata sibi solvere indebite contradicunt, quinimmo se iurisdictioni archiepiscopi

Strigoniensis, qui esset pro tempore, temeritate propria subiecerunt, in dicti episcopi preiudicium et gravamen. Quocirca fraternitati tue . . . mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit . . . (decernas), faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari . . . Datum —[1] kalendas Decembris, pontificatus nostri anno sexto.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, 159. sz.)

XLVII.

1321. Deczember 8.

XXII. János pápa a veszprémi püspököt, a dömösi és ó-budai prépostságoknak Róbert Károly királytól tervezett egyesítése tárgyában, jelentéstételre hívja föl.

Johannes episcopus etc. Venerabili fratri (Henrico) episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Sicut carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Ungarie illustris petitionis nobis exhibite series continebat, collegiata ecclesia sancte Margarete Dimisiensis, cui cura non imminet animarum, sita prope castrum Vissegradense, tue diocesis, propter ipsius castri rebellionem contra ipsum regem presumptam, adeo cum suis edificiis dinoscitur diminuta, quod de ipsius reparatione sive restauratione spes aliqua non existit, et quod tam propter situm loci eiusdem ecclesie quam paupertatem ipsius, cultus divinus in ea penitus est extinctus, propter quod preposito et canonicis eiusdem ecclesie in ea non valentibus aliquatenus residere, vix unus sacerdos residet in eadem; parochialis quoque ecclesia sancti Petri de Veteribuda dicte diocesis, loco videlicet cathedrali ipsius regis, predicto castro et ecclesie Dimisiensi vicino, olim per Tartaros fuit funditus diruta, et licet divinus cultus in ea non fuerit diminutus, tamen dicta ecclesia sancti Petri, propter ipsius paupertatem et dirucionem edificiorum huiusmodi, que ad ea reparanda sumptuosa plurimum existerent, ut convenit, reedificari non potuit. Quare prefatus rex nobis humiliter supplicavit, ut earundem ecclesiarum, quarum ipse patronus existit, statum miserabilem benignius intuentes, predictam ecclesiam sancte Margarite, cum omnibus possessionibus, pertinentis et iuribus suis, prefate ecclesie sancti Petri subicere et unire, ac collegium predicte ecclesie sancte Margarite ad eandem ecclesiam sancti Petri eo modo transferre, ut unum sit utriusque collegium, cui prepositus dicte ecclesie sancti Petri presideat et utrarumque ecclesiarum administrationem obtineat, ac instituat in predicta ecclesia sancte Margarite perpetuum capellanum

[1] Az elrongyollott oklevél e helyen hézagot tüntet föl.

qui eidem deserviat in divinis, et ei de ipsius ecclesie fructibus congruam portionem assignet, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque . . . fraternitati tue . . . mandamus, quatenus de predictis omnibus diligentius te informans . . . nobis per tuas litteras . . . an expediat premissa fieri . . . intimare procures, ut ex tua relacione instructi, quod super hoc expediens ac utile fore viderimus, ordinare securius valeamus. Datum Avinione sexto idus Decembris pontificatus nostri anno sexto.

(Regesta Vaticana. Vol. 73. Anni VI. ep. 678. — THEINER. I. 476.)

XLVIII.

1321. Deczember 8.

XXII. János pápa Chama ó-budai prépostnak, ezen javadalom megtartása mellett, erdélyi kanonokságot adományoz.

Dilecto filio Chame Thome canonico ecclesie Albensis Transilvanensis diocesis . . . . Consideracione Karoli regis Ungarie illustris, pro te consiliario suo nobis super hoc humiliter supplicantis . . . canonicatum in ecclesia Albensi Transilvanensis diocesis . . . tibi conferimus . . . prebendam vero et dignitatem, seu personatum vel officium . . . reservamus . . . Non obstantibus . . . . quod in sancti Petri de Veteri Buda Vesprimiensis diocesis prepositurам, et in Transilvanensi, Waradiensi, Quinqueecclesiensi, Jauriensi, Strigoniensi, Vesprimiensi et Zagrabiensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere. Volumus autem, quod postquam huiusmodi canonicatum et prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium fueris pacifice assecutus, prefatos canonicatus et prebendas quos ut premittitur obtines, . . . dimittere tenearis . . . . Datum Avinione sexto idus Decembris anno sexto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 73. Anni VI. ep. 346.)

[1] Ugyanekkor a végrehajtással a váradi és zágrábi püspököket és a titeli prépostot bízta meg

XLIX.

1321. Decz̨ember 8.

XXII. János pápa a zágrábi püspököt, a szent-mártoni apátot és a fehérvári prepostot az esztergomi érsek részére jogvédőkké rendeli.

Joannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Augustino) episcopo Zagrabiensi et dilectis filiis (Nicolao) abbati sancti Martini de sacro monte Pannonie ac (Johanni) preposito ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis salutem etc . . . Sane venerabilis fratris (Boleslai) archiepiscopi Strigoniensis conquestione percepimus, quod nonnulli . . . archiepescopi et episcopi, . . . et ecclesiastice persone seculares et regulares, nec non duces, comites, barones, marchiones, nobiles et milites ac singulares persone, communia civitatum . . . nonnulla castra, villas et alia loca, redditus et proventus eorundem . . . ad mensam archiepiscopalem Strigoniensem spectantia occuparunt et, ea detinent occupara indebite. . . . Quare prefatus archiepiscopus . . . supplicavit, ut cum eidem archiepiscopo valde reddatur difficile pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi curaremus. Nos igitur discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus vos . . . conservatores et iudices prefato archiepiscopo efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eundem ... a predictis, vel quibusvis aliis indebite molestari, vel ei damna, violencias et iniurias, aut molestias irrogari, . . . facturi cum ab eo fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet . . . de quibuscunque molestiis, violenciis et iniuriis, atque damnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iusticie complementum; molestatores, presumptores, et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque dignitatis . . . . extiterint . . . quandocunque et quocienscunque expedierit, auctoritate nostra appellacione postposita compescendo . . . . Datum Avinione sexto idus Decembris anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 73. Anni VI. ep. 680. — THEINER. I. 476.)

L.

1322. Szeptember 27.

XXII. János pápa az esztergomi érseket, a kalocsai érseket és a fehérvári prépostot a magyarországi pálosok szerzete részére jogvédőkké rendeli.

Joannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Boleslao) Strigoniensi et (Stephano) Colocensi archiepiscopis ac dilecto filio (Ladislao) preposito ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis salutem etc.

(Fratribus eremitis sancti Pauli per Hungariam et vicinas partes dantur conservatores.)[1]

Datum Avinione quinto kalendas Octobris anno septimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 74. Anni VII. ep. 83. — THEINER. I. 481.)

LI.

1322. Október 4.

XXII. János pápa László titeli prepostnak fehérvári prepositá történt megválasztatását megerősíti.

Joannes episcopus etc. Dilecto filio Ladislao preposito ecclesie Albensis, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Vesprimiensis diocesis salutem etc.... Olim siquidem prepositura ecclesie Albensis .... per obitum condam Johannis prepositi eiusdem ecclesie vacante, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie ... post diversos tractatus inter se habitos, qui sortiti effectum aliquem non fuerunt, deliberantes ad electionem futuri prepositi per viam procedere compromissi, dilectis filiis Chame preposito Budensi eiusdem diocesis, Johanni perpetuo custodi et Petro Alberti eiusdem Albensis ecclesiarum canonicis, quod ipsi vel maior pars eorum... per electionem canonicam vel postulationem concordem providerent de preposito ea vice dicte ecclesie, concesserunt unanimiter potestatem ... Dicti namque compromissarii, huiusmodi potestate recepta, secesserunt in partem, post aliquos tractatus inter se habitos, tandem in te prepositum ecclesie Titulensis Colocensis diocesis, in sacerdotio constitutum, direxerunt unanimiter vota sua, dictusque Chama ... de

[1] L. a XLIX. számot.

mandato ipsorum capituli, in prepositum eiusdem Albensis ecclesie, in presentia dictorum capituli te elegit; . . . iidemque capitulum electionem ipsam voluntarie acceptarunt, . . . tuque ad instantiam postmodum ipsorum capituli electioni huiusmodi, illius tibi presentato decreto, infra tempus debitum consensisti, et tam tu per te ipsum, quam iidem capitulum, per certos eorum idoneos procuratores et nuntios, propter hoc ad sedem apostolicam specialiter destinatos, a nobis confirmari huiusmodi electionem . . . humiliter postulastis . . . Nos autem electionem eandem, teque per venerabilem fratrem nostrum Berengarium episcopum Tusculanum et dilectos filios nostros Guilelmum sancti Cirriaci in thermis presbiterum ac Napoleonem sancti Adriani diaconum cardinales, examinari fecimus diligenter, . . . quia electionem ipsam invenimus de te persona idonea . . . canonice celebratam, ipsam . . . auctoritate apostolica confirmamus . . . Datum Avinione secundo nonas Octobris anno septimo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 74. Anni VII. ep. 58. — THEINER. I. 482.)

LII.

1324. Július 7.

XXII. János pápa Tamás esztergomi papnak fehérvári prépositá történt megválasztatását megsemmisíti, és András pécsi olvasó-kanonokot királyi al-cancellárt, Róbert Károly folyamodására, fehérvári prépositá kinevezi.

Johannes episcopus etc. Venerabili fratri (Boleslao) archiepiscopo Strigoniensi et dilectis filiis preposito maioris et sancti Thome ecclesiarum Strigoniensis salutem etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque probitatis merita dilecti filii Andree lectoris Quinqueecclesiensis . . . necnon . . . Caroli regis Ungarie illustris, pro dicto Andrea, vicecancellario et familiari suo humiliter supplicantis, consideratio nos inducunt, ut personam ipsius Andree speciali prosequamur gratia et favore. Dudum siquidem . . . prepositura ecclesie Albensis . . . Vesprimiensis diocesis, vacante per obitum quondam Ladyslay . . . qui in illis partibus diem clausit extremum, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie . . . convenientes insimul pro futuri substitucione prepositi, dilectum filium Thomam Thome clericum, tunc in diocesi Strigoniensi morantem, qui tanquam sue salutis immemor, duo beneficia ecclesiastica curam animarum habentia, videlicet prepositurum Budensis dicte diocesis et archidiaconatum de Kukulleu Transilvane ecclesiarum . . . absque dispensacione apostolica simul

[1] Ugyanakkor a fehérvári káptalant a prépost megerősítéséről értesíti.

indebite obtinebat . . . scienter eligere in prepositum ipsius Albensis ecclesie presumpserunt; qui licet electioni huiusmodi de facto consenserit, negotium tamen electionis huiusmodi infra tempus debitum prosequi non curavit; propter quod prepositura ipsius Albensis ecclesie adhuc vacare, ac eius collacio ex eo, quod elegerunt . . . scienter indignum, ad nos hac vice devoluta fore noscuntur. Nos itaque . . . discretioni vestre . . . mandamus, quatenus . . . si premissa omnia reperietis ita esse . . . preposituram eandem . . . eidem Andree . . . conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . quod idem Andreas lectoriam ecclesie Quinqueecclesiensis noscitur obtinere. Volumus autem, quod postquam idem Andreas prefate prepositure possessionem pacificam extitit assecutus, predictam lectoriam . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione nonis Julii anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 77. Anni VIII. ep. 1898. — THEINER I. 495.)

LIII.

1326. Február 1.

XXII. János pápa a passaui püspököt, az olmüczi püspököt és a fehérvári prepostot a győri püspök részére jogvédőkké rendeli.

Johannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Alberto) Pataviensi et (Conrado) Olomucensi episcopis et dilecto filio (Andree) preposito ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis salutem etc . . .

(Episcopi Jauriensis conservatores constituuntur.) [1]

Datum Avinione kalendas Februarii pontificatus nostri anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 80. Anni X. ep. 616. — THEINER. I. 504.)

---

[1] L. a XLIX. számot.

LIV.

1326. Október 20.

XXII. János pápa az esztergomi érseket, a veszprémi püspököt es a győri püspököt megbízza, hogy a debreczeni plébániai egyházat, melyet a Domonkos-rend szerzetesei elfoglaltak, a váradi püspök hatósága alá helyezzék vissza.

Joannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Boleslao) archiepiscopo Strigoniensi et (Henrico) Vesprimiensi ac (Nicolao) Jauriensi episcopis salutem etc.... Johanka episcopus Varadiensis sua nobis querula peticione monstravit, quod fratres ordinis predicatorum commorantes in villa Debroten[1] sue diocesis... parochialem ecclesiam dicte ville... fulti potentia seculari... occuparunt et detinent occupatam... Mandamus, quatenus... si... constiterit quod supradicta parochialis ecclesia ad episcopum Varadiensem... pertineat... fratres ipsos ad dimittendum eidem episcopo... compellatis.... Datum Avinione duodecimo kalendas Novembris anno undecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 82. Anni XI. ep. 102. — THEINER. I. 508.)

LV.

1326. Deczember 28.

XXII. János pápa a salzburgi érseket, a pécsi és veszpémi püspököket a zágrábi püspök részére jogvédőkké rendeli.

Johannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Friderico) archiepiscopo Salzeburgensi et (Ladislao) Quinqueecclesiensi ac (Henrico) Vesprimiensi episcopis salutem etc.

(Ladislao electo episcopo Zagrabiensi dantur conservatores.)[2]

Datum Avinione quinto kalendas Januarii anno undecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 83. Anni XI. ep. 513. THEINER, I. 510.)

---

[1] Debreczen.

[2] L. a XLIX. számot.

LVI.

1327. Január 28.

XXII. János pápa a nyulak-szigeti apácza-kolostor összes jogait, kiváltságait és szabadalmait megerősíti.[1]

Johannes episcopus . . . Dilectis in Christo filiabus priorisse et conventui monasterii sancte Marie de insula Danubii . . . salutem . . . Omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris . . . sive per privilegia sive per alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas, necnon et libertates et exempciones secularium exaccionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et eidem monasterio indultas . . . confirmamus . . . Datum Avinione quarto kalendas Februarii pontificatus nostri anno undecimo.

(Eredetije az országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár. III., 271.)

LVII.

1327. Január 30.

XXII. János pápa az esztergomi prépostot megbízza, hogy a nyulak-szigeti apácza-kolostor elidegenített javainak visszaszerzése ügyében rendelkezzék.

Johannes episcopus . . . Dilecto filio preposito ecclesie Strigoniensis . . . Significarunt nobis . . . priorissa et conventus monasterii sancte Marie de insula Danubii . . . quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, decimas, census, redditus, legata, terras, domos, possessiones, ortos, pascua, prata, nemora, instrumenta publica et quedam alia bona, ad idem monasterium spectancia, temere ac maliciose occultare et occulte detinere presumunt . . . Discrecioni tue . . . mandamus, quatenus omnes huiusmodi occultos detentores . . . publice in ecclesiis, coram populo, per te vel per alium moneas, ut infra competentem terminum . . . predictis priorisse et conventui a se debita restituant et revelent . . . et si id non impleverint, infra alium terminum . . . in eos generalem excommunicacionis sentenciam proferas . . . Datum Avinione tercio kalendas Februarii pontificatus nostri anno undecimo.

(Eredetije a magyar országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár. II. 371.)

---

[1] Ugyanez az oklevél 1327 márczius 6-ikán újból egészen változatlanúl kiállíttatott Eredetije szintén az országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár II. 276.

LVIII.

1327. *Junius 2.*

XXII. János pápa a veszprémi püspököt a győri püspök részére jogvédővé rendeli.

Johannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri (Henrico) episcopo Vesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem.

(Nicolao episcopo Jauriensi conservator deputatur.)

Datum Avinione, quarto nonas Junii, pontificatus nostri anno undecimo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában. — Miscellanea, 17. sz.)

LIX.

1328. *Márczius 1.*

XXII. János pápa a fehérvári prépostot megbízza, hogy a garam-melléki apátság elidegenített birtokainak visszaszerzése iránt intézkedjék.

Johannes episcopus . . . Dilecto filio (Andree) preposito ecclesie de Albaregali . . . Ad audienciam nostram pervenit, quod tam dilecti filii abbas et conventus monasterii de sancto Benedicto de Gron, ordinis eiusdem sancti, Strigoniensis diocesis, quam predecessores eorum, decimas, terras . . . ipsius monasterii . . . nonnullis clericis et laicis . . . . concesserunt . . . . Mandamus quatinus ea que de bonis ipsius monasterii . . . alienata inveneris illicite . . . ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo . . . . Datum Avinione kalendis Martii, pontificatus nostri anno duodecimo.

(Eredetije a magyar országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár. II. 352.)

LX.

1329. Január 27.

Az esztergomi János-lovagok, a veszprémi püspöktől ellenök indított per folyamán, a pápai törvényszék elé idéztetnek.

Oliverius de Cerzeto canonicus Pictaviensis, domini pape capellanus et ipsius sacri palacii causarum primi gradus et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino papa specialiter deputatus auditor, venerabilibus et religiosis viris dominis abbatibus monasteriorum sancti Martini de sacro monte Pannonie Jauriensis diocesis et sancti Aniani de Tykonio et beate virginis de Cyrch ordinis Cisterciensis Vesprimiensis diocesis, vel eorum locatenentibus et omnibus aliis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, eorum cuilibet in solidum salutem in domino et mandatis nostris, ymo pocius apostolicis humiliter et efficaciter obedire. Nuper sanctissimus pater et dominus noster dominus Johannes divina providencia papa vicesimus secundus causam appellacionis et negocii principalis interposite ad sedem apostolicam, pro parte magistri et fratrum hospitalis sancti regis Stephani de Ungaria iuxta Strigonium Vesprimiensis diocesis, qui ordinis cruciferorum communiter in illis partibus appellantur, a quadam interlocutoria lata in partibus per venerabiles viros dominos Theophilum Strigoniensis ecclesie prepositum et Johannem archidiaconum Gumuriensem, Strigoniensis diocesis, iudices a sede apostolica deputatos, una cum reverendo patre domino Boleslao Strigoniensi archiepiscopo, necnon Lodomerio preposito ecclesie sancti Thome martiris de promontorio Strigoniensi subdelegato, a domino (Boleslao) archiepiscopo supradicto, in causa coram eis vertente, inter ipsos magistrum et fratres ex parte una et venerabiles viros dominos (Henricum) episcopum et capitulum ecclesie Vesprimiensis ex altera, super quibusdam decimis, redditibus, terris, possessionibus, et rebus aliis, seu a certis gravaminibus, que pars dictorum magistri et fratrum pretendebat a supradictis iudicibus sibi esse illata, necnon causam, seu causas negocii, seu negociorum principalium, que quidem cause vertuntur, seu verti sperantur inter partes predictas simul divisim et successive nobis Oliverio auditori predicto audiendas commisit et fine debito terminandas. Postmodum vero ad instanciam domini Benedicti Nicolai prepositi Hantensis et canonici ecclesie Vesprimiensis procuratoris et procuratorio nomine dominorum episcopi et capituli Vesprimiensis predictorum coram nobis in iudicio constituti et procuratorio nomine predictorum dominorum episcopi et capituli de procuracione sua ante omnia facientis nobis fidem primo, secundo, tercio et peremptorie ac quarto ex superhabundanti ad maliciam convincendam et deinde ad videndum produci ea, per que idem procurator probare intendebat causam predictam fore ad Romanam

curiam legitime devolutam, tractandam quoque et finiendam ibidem in audiencia publica ipsius domini pape, dictos magistrum et fratres citari fecimus, ut est moris et deinde in nostra presencia personaliter constitutus Johannes de Bergamo prefati domini nostri pape cursor ex parte ipsius domini summi pontificis infrascriptam supplicacionis, seu commissionis cedulam nobis presentavit et tradidit, cuius tenor una cum subscripcione sua dinoscitur esse talis:

Significat sanctitati vestre procurator et procuratorio nomine dominorum episcopi et capituli ecclesie Vesprimiensis, quod inter ipsos ex una parte et magistrum et fratres cruciferos hospitalis sancti regis Stephani iuxta Strigonium de Ungaria ex altera, de et super capellis beate Margarete de Bylle, sancti Georgii de Thaath sancti Thome de Sydond et sancti Andree Vesprimiensis diocesis, quam magister et cruciferi hospitalis predicti fecerunt funditus demoliri in magnum preiudicium et gravamen dicte Vesprimiensis ecclesie, necnon super decimis de calidis aquis dicte diocesis et nonnullis aliis rebus diucius est et fuit in partibus litigatum per vigintiquinque annos et amplius, nec adhuc cause et lites huiusmodi sunt sopite, sed pendent adhuc. Cum autem pro parte dictorum episcopi et capituli non speretur, quod quasi imperpetuum possint per viam iuris huiusmodi cause recipere finem, nisi per vestram sanctitatem totum dictarum causarum, questionum et litium negocium ad nos ut premittitur revocantes sanctitas vestra dignetur dictas causas tam appellacionum, quam negociorum principalium, que vertuntur, seu verti sperantur inter dictas partes super capellis et decimis antedictis et ipsarum occasione alicui de auditoribus causarum vestri sacri palacii primi gradus committere audiendas . . . et per diffinitivam sentenciam decidendas, non obstante, . . . quod super dictis causis est, vel aliquibus ex eis est a sanctitate vestra quedam alia commissio obtenta ad venerabilem virum dominum Oliverium de Cerzeto auditorem sacri palacii in forma communi, cuius virtute ad actus aliquos est processum, et cum potestate citandi per se et alios ad partes, seu in partibus ad Romanam curiam quociens opus erit.

In fine vero dicte peticionis, seu commissionis cedule scripta erant de alia manu et littera littere superiori totaliter dissimili, videlicet de manu et littera predicti domini nostri pape scilicet hec verba:

Faciat super predictis dictus auditor non obstante, quod cause predicte de sui natura non sint in curia cum potestate citandi in curia et extra, quod iusticia suadebit. B.

Post presentacionem vero supplicacionis et commissionis huiusmodi comparuit coram nobis dictus dominus Benedictus procurator et procuratorio nomine predictorum dominorum episcopi et capituli petens a nobis instanter, nomine supradicto, ut dictos magistrum et fratres vigore dicte commissionis citari peremptorie per nostras litteras, seu nuncios mandaremus . . . Nos igitur Oliverius auditor prefatus, vos et vestrum quemlibet . . . peremptorie requirimus et monemus, quatinus vos

et quilibet vestrum, qui a prefatis dominis episcopo et capitulo per se, vel alios fueritis requisiti, vel fuerit requisitus . . . infra decem dierum spacium requisicionem huiusmodi immediate sequencium, . . . dictos magistrum et fratres domus hospitalis predicti et eorum quemlibet, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octuagesima die post citacionem eandem et presentacionem ac publicacionem presencium eis factam, . . . in Romana curia et in palacio apostolico, in quo auditores sacri palacii sedent pro tribunali et soliti sunt sedere ad iura reddendum, per se, vel procuratorem, seu procuratores eorum ydoneos . . . compareant legitime in iudicio coram nobis . . . ad singulos actus in dictis causis faciendos et usque ad diffinitivam sentenciam . . . processuri, facturi, dicturi audituri et recepturi, quod ordo dictaverit racionis . . . Datum et actum Avinione in palacio apostolico, . . . anno . . . millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione duodecima, die vicesima septima mensis Januarii, pontificatus prefati sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape vicesimisecundi anno terciodecimo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Decimae Budenses, 13. sz.)

LXI.

1330. Január 25.

XXII. János pápa a pécsi és veszprémi püspököket, az esztergomi érsekség üresedése alatt, az érseki javak és jövedelmek kezelésével megbízza.

Johannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus Ladizlao Quinqueecclesiensi et Henrico Vesprimiensi episcopis, ecclesie Strigoniensis suffraganeis salutem etc.... Cum . . . post obitum bone memorie Rodeslai [1] archiepiscopi Strigoniensis, nonnulli . . . ad bona archiepiscopalis mense et ecclesie Strigoniensis manus improbas extendentes, multas res etiam sacras et bona, que fuerunt eiusdem archiepiscopi defuncti et ipsius ecclesie, decimas quoque, possessiones et alios redditus omnes archiepiscopales abstulerint . . . et temere detineant occupata; nos intendentes . . . indemnitati eiusdem ecclesie . . . consulere, . . . gubernationem et administrationem eiusdem Strigoniensis ecclesie, ac bonorum et iurium ipsius in spiritualibus et temporalibus vobis, donec electionis novissime in eadem ecclesia celebrate [2] ac provisionis ecclesie memorate negocium fuerit per sedem apostolicam expeditum . . . duximus committendas; . . . repetendi, exigendi et recipiendi . . . omnes res sacras,

[1] Boleszló.
[2] Telegdi Csanád volt a megválasztott esztergomi érsek.

decimas, predia . . . dicte ecclesie . . . occupata; recipiendi quoque de proventibus mense predicte, pro expensis vestris sumptus moderatos . . . concedimus facultatem. Volumus autem, quod de hiis, que per vos gesta et administrata fuerint, post depositam administrationem huiusmodi, teneamini fidelem ponere et reddere rationem . . . Datum Avinione octavo kalendas Februarii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

(FEJÉR. VIII., III. 464.)

LXII.

1330. Július 1.

XXII. János pápa a zirczi apátot, a szent-mártoni apát és a segesdi plébános között fennforgó perben, bíróul rendeli.

Johannes episcopus servus servorum Dei (Odo) abbati monasterii beate Marie de Bokon Vesprimiensis diocesis . . . Conquesti sunt nobis (Nicolaus) abbas et conventus monasterii de sacro monte Pannonie . . . quod rector ecclesie de Segusd Vesprimiensis diocesis super quibusdam decimis et rebus aliis . . . iniuriatur eisdem; ideoque mandamus, quatenus . . . audias causam, et appellacione remota debito fine decidas[1] . . . Datum Avinione kalendas Julii pontificatus nostri anno quartodecimo.

(A győri káptalannak 1332 június 24-ikén, a szent-mártoni apát felhivására készített átirata a szent-mártoni főapátság levéltárában. — Anjoukori Okmánytár. II. 607.)

LXIII.

1331. Január 5.

XXII. János pápa a váradi és veszprémi püspököket megbízza, hogy Telegdi Csanád esztergomi érseknek az érseki palliumot adják át.

Johannes episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Andree) Waradiensi et (Henrico) Vesprimiensi episcopis salutem etc. Cum palleum ex parte . . . Chenadini . . in archiepiscopum Strigoniensem electi . . . fuerit a nobis . . . postulatum . . . palleum ipsum . . . vobis . . . duximus destinandum. Quocirca . . . mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum, palleum . . . ipsi assignare curetis, et ab ipso . . . recipere

[1] L. 1332 július 9-ikén kelt itéletet LXXIV. szám alatt.

fidelitatis debite solitum iuramentum . . . Datum Avinione nonis Januarii pontificatus nostri anno quinto decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 98. Anni XV. ep. 468. — THEINER. I. 532.)

LXIV.

1331. Január 10.

XXII. János pápa Zalai Brictius veszprémi olvasó-kanonoknak a győri prépostságot adományozza.

Johannes episcopus etc. Venerabili fratri (Bertrando) Ebredunensi,[1] ac dilectis filiis — sancti Laurentii de Hay Colocensis diocesis ac — Vesprimiensis ecclesiarum prepositis salutem etc. Merita . . . Brictii Johannis de Zala canonici Jauriensis . . . nos inducunt, ut . . . reddamur ad gratiam liberales. Cum itaqne prepositura ecclesie Jauriensis . . . ex eo vacare dicatur . . . quod . . . Seminus Jacobi de Perusio plebanus plebis de Cerceto Guidi Lucane diocesis, olim eiusdem ecclesie prepositus, plebanatum dicte plebis . . . per nos ei collatum extitit assecutus . . . Nos . . . consideratione . . . Caroli regis Ungarie . . . mandamus, quatenus prefatam prepositurarn predicto Brictio . . . auctoritate nostra conferre . . . curetis . . . Non obstantibus . . . quod idem Brictius in eadem Jauriensi et Vesprimiensi canonicatus et prebendas et in dicta Vesprimiensi ecclesiis lectoriam noscitur obtinere. Volumus autem, quod postquam . . . prepositure possessionem pacificam fuerit assecutus, dictam lectoriam . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione quarto idus Januarii anno quinto decimo.

(Regesta anni XV. Vaticana. Volumen 98. ep. 432.)

---

[1] Embrun, Francziaországban.

LXV.

1331. Márczius 1.

XXII. János pápa Jakab és Rajmund magyarországi pápai követeket fölhatalmazza, hogy Boleszló elhúnyt esztergomi érsek hagyatékát és az érsekségnek a széküresedés alatt befolyt jövedelmeit a pécsi és veszprémi püspököktől vegyék át.

Johannes episcopus etc. Dilectis filiis Jacobo Berengarii et Raymundo de Bonofato apostolice sedis nuntiis salutem etc. Volentes dudum de bonis mobilibus bone memorie Boleslai archiepiscopi Strigoniensis, necnon de fructibus . . . archiepiscopali mense Strigoniensi obvenientibus toto tempore vacationis ipsius ecclesie . . . prout nobis videbitur expediens ordinare . . . bonorum et fructuum . . . predictorum dispositionem nobis duximus specialiter reservandam . . . Quocirca . . . mandamus, quatenus . . . de bonis ac fructibus . . . predictis vos . . . informantes, bona predicta . . . ac fructus . . . predictos tam a . . . Quinqueecclesiensi ac Vesprimiensi episcopis, quos administratores dicti archiepiscopatus . . . deputavimus,[1] quam quibuscumque personis aliis . . . recipere nostro nomine studeatis . . . Datum (Avinione kalendis Martii, pontificatus nostri anno quintodecimo).[2]

(Regesta Vaticana. Volumen 98. Anni XV. ep. 387. — THEINER. I. 539.)

LXVI.

1331. Június 10.

XXII. János pápa Miklós győri püspököt, Jakab és Rajmund magyarországi pápai követeket megbízza, hogy Tatamér fehérvári plébánosnak fehérvári préposttá történt megválasztatását, ha törvényesen ment végbe, erősítsék meg.

Johannes episcopus etc. Venerabili fratri (Nicolao) episcopo Jauriensi et dilectis filiis Jacobo Berengarii monacho et operario monasterii Crassensis ordinis sancti Benedicti ac Raymundo de Bonofato rectori ecclesie oratorii beati Michælis, Carcassonensis et Catarcensis diocesium, in regno Ungarie apostolice sedis nuntiis salutem etc. . . . Dilecti filii capitulum ecclesie beate Marie de Albaregali . . . fecerunt

---

[1] Az ez ügyben kiállított pápai irat a LXI. szám alatt.

[2] A regesta-kötetben: «Datum ut supra».

proponi in consistorio coram nobis, quod prepositura eiusdem ecclesie per obitum quondam Andree prepositi . . . vacante, prefati capitulum . . . die ad eligendum prefixa, in dicta ecclesia convenientes in unum, ac deliberantes in huiusmodi electionis negotio procedere per viam compromissi, quinque canonicis eiusdem ecclesie . . . providendi ea vice dicte ecclesie de preposito concesserunt unanimiter potestatem, . . . et quod dicti compromissarii . . . secedentes in partem, post diligentem . . . tractatum, in dilectum filium Thatamerium rectorem ecclesie beati Nicolai Albensis . . . in sacerdocio constitutum, virum utique, sicut asseritur, multis virtutibus et litterarum scientia redimitum . . . direxerunt unanimiter vota sua; ac deinde . . . magister Emericus canonicus . . . unus de quinque compromissariis, . . . vice sua et dictorum collegarum totiusque capituli supradicti, eundem Thatamerium in prepositum elegit . . . ac electionem huiusmodi solemniter publicavit, dictusque Thatamerius prestitit huiusmodi electioni consensum. Quare capitulum et Thatamerius supradicti, per procuratores eorum ad hoc specialiter constitutos, quos . . . ad sedem apostolicam destinarunt, eiusdem Thatamerii, qui . . . Caroli regis Ungarie illustris obsequiis occupatus, et aliis causis rationabilibus impeditus, ad sedem predictam nequiverat personaliter se conferre . . . absenciam multipliciter excusantes, nobis humiliter supplicarunt, ut electionem confirmare predictam . . . dignaremus . . . Discretioni vestre . . . mandamus, quatenus vos . . . si electionem ipsam inveneritis de persona ydonea canonice celebratam, eam auctoritate apostolica confirmetis; quod si electionem eandem minus canonicam reperiretis ex aliquibus causis, propter quas sit irritanda . . . nichilominus non innitentes electioni predicte persone eiusdem Thatamerii, dummodo eius persona sit ydonea ad regimen ecclesie memorate, eidem ecclesie . . . providere curetis, preficientes eum in prepositum ecclesie memorate, recepturi postmodum ab eo . . . fidelitatis solite iuramentum, sub forma, quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam . . . Datum Avinione quarto idus Junii anno quintodecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 99. Anni XV. ep. 1359. — THEINER. I. 543.)

LXVII.

1331. Június 10.

XXII. János pápa a fehérvári prépostot megbízza, hogy a nyulak-szigeti apácza-kolostor elidegenített birtokainak visszaszerzése iránt intézkedjék.

Johannes episcopus . . . Dilecto filio (Thatamerio) preposito ecclesie Albensis salutem . . . Ad audienciam nostram pervenit, quod tam — priorissa et conventus monasterii de insula Danubii, . . . quam ille que in eodem monasterio precesserant easdem, decimas, terras, possessiones, redditus . . . ipsius monasterii . . . nonnullis

clericis et laicis . . . concesserunt . . . Discrecioni tue . . . mandamus, quatenus ea que de bonis ipsius monasterii . . . alienata inveneris illicite, . . . ad . . . proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures . . . Datum Avinione quarto idus Junii pontificatus nostri anno quinto decimo.

(Eredetije az országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár II. 540.)

LXVIII.

1331. Július 22.

XXII. János pápa Erzsébet magyar királynét szent-Ferencz-rendi kolostor felállítására felhatalmazza.

Joannes episcopus etc. Charissime in Christo filie (Elisabeth regine Ungarie illustri salutem). . . . Petitio, pro parte tua nobis exhibita, continebat, quod tu . . . in aliqua civitate . . . regni Hungarie, unum locum, cum oratorio ac coemeterio, et aliis necessariis officinis, in quo loco fratres ordinis minorum . . . valeant commorari, de bonis propriis construere de novo proponis. Nos itaque . . . construendi . . . in aliqua civitate, castro seu villa regni predicti, . . . insula Danubii, prope castrum Bude, ad . . . priorissam et conventum monasterii de dicta insula . . . ordinis sancti Augustini spectante, et etiam castro predicto Vesprimiensis diocesis, exceptis, unum locum . . . indulgemus . . . Datum Avinione undecimo kalendas Augusti anno quintodecimo.

(Fejér. VIII. III. 539.)

LXIX.

1332. Február 23.

XXII. János pápa megengedi, hogy Hetesi Gedech Veszprem-egyházmegyei világi urat gyóntatója egy ízben az általános föloldozás kegyelmében részesíthesse.

Joannes episcopus etc. Dilecto filio Gedech de Hetes Vesprimiensis diocesis salutem. Provenit ex tue devotionis affectu, quo nos et Romanam ecclesiam revereris, ut peticiones tuas, illas presertim que anime tue salutem respiciunt ad exaudicionis gratiam admittamus. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuus, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris semel tantum in mortis articulo plenam

remissionem tibi in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obediencia et devocione nostra et successorum nostrorum . . . persistenti, auctoritate apostolica concedere valeat, devocioni tue tenore presentium indulgemus. Sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam tibi per te, si supervixeris, vel per heredes tuos, si tunc forte transieris, faciendam iniungat, quam tu, vel illi facere teneamini, ut prefertur. Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddaris proclivior ad illicita imposterum committenda, volumus, quod si ex confidencia remissionis huiusmodi aliqua forte committeres, quod ad illa predicta remissio tibi nullatenus suffragetur. . . . Datum Avinione septimo kalendas Marcii anno sextodecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 101. Anni XVI. ep. 773.)

LXX.

1332. Február 24.

XXII. János pápa Lombos János esztergomi kanonoknak fehérvári kanonokságot adományoz.

Johannes episcopus etc. Dilecto filio Johanni Dominici dicto Lombus canonico ecclesie de Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem etc. Volentes tibi . . . gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie de Albaregali . . . tibi . . . conferimus . . . prebendam vero, si qua in eadem ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, quam . . . infra unius mensis spacium, postquam tibi . . . vacacio illius innotuerit, duxeris acceptandum, conferendam tibi, post acceptacionem huiusmodi, donacioni apostolice reservamus; districcuis inhibentes . . . episcopo Vesprimiensi et . . . capitulo eiusdem ecclesie, ac illi vel illis, ad quem vel quos in eadem ecclesia predictarum collacio, provisio vel alia quavis disposicio . . . pertinet, ne de huiusmodi prebenda interim et ante acccptacionem huiusmodi, nisi postquam eis innotuerit, quod tu vel procurator tuus nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant . . . Non obstantibus . . . quod dudum de canonicatu ecclesie Strigoniensis cum expectacione prebende . . . tibi duximus providendum . . . Datum Avinione sexto kalendas Marcii anno sexto decimo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 101. Annus XV. ep. 717.)

[1] Ugyanakkor az esztergomi érseket, az egri püspököt és a győri prépostot a végrehajtással megbízza.

LXXI.

1332. *April 10.*

XXII. János pápa a fehérvári prépostot, a nyulak-szigeti apácza-kolostor és a budavári királyi palota kápolnájának papsága között fennforgó perben, bíróul rendeli.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio (Thatamerio) preposito ecclesie Albensis salutem . . . Significarunt nobis . . . priorissa et conventus monasterii sanctimonialium regalis monasterii sancte Marie de insula Danubii alias leporum . . . quod percepcio duarum parcium oblacionum, que a Christi fidelibus proveniunt capelle regie vocate, site in castro Bude . . . ad dictas priorissam et conventum . . . de antiqua . . . consvetudine dinoscitur pertinere . . .; verum universi clerici eiusdem capelle . . . prefatas duas partes ipsarum oblacionum . . . temeritate propria receperunt et percipiunt minus iuste, ipsasque suis usibus applicarunt et applicant; . . . quare nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis . . . curaremus; cum autem priorissa et conventus predicte, sicut asserunt, dictorum universorum clericorum potentiam merito perhorrescentes, ipsos infra civitatem seu diocesim Vesprimiensem nequeant convenire secure, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . audias causam, et appellacione remota debito fine decidas . . . Datum Avinione quarto idus Aprilis pontificatus nostri anno sextodecimo.

(Eredetije a magyar országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár. II. 587.)

LXXII.

1332. *April 25.*

XXII. János pápa Péter zágrábi kanonoknak fehérvári kanonokságot adományoz.

Dilecto filio Petro Georgii canonico ecclesie beate Marie virginis de Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem . . . Canonicatum ecclesie beate Marie virginis de Albaregali tibi . . . conferimus . . . prebendam vero . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus quod in ecclesia Zagrabiensi canonicatum et prebendam nosceris obtinere . . . Datum Avinione septimo kalendas Maii anno sextodecimo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 102. Anni XVI. ep. 1002.)

[1] Ugyanakkor a végrehajtással a váradi, titeli és pozsonyi prépostokat bízza meg.

LXXIII.

1332. *Május 23.*

XXII. János pápa Tamás fehérvári kanonok részére ugyanazon káptalanban megüresedő méltóságot reservál.

Dilecto filio Thome Stephani canonico ecclesie Alberegalis Vesprimiensis diocesis salutem. . . . Volentes consideracione . . . Caroli regis Ungarie illustris, pro te capellano, nobis super hoc humiliter supplicantis, te in ecclesia Alberegalis . . . cuius existis canonicus, amplius honorare, dignitatem vel personatum seu officium . . . conferendam vel conferendum . . . apostolice donacioni reservamus . . . Datum Avinione decimo kalendas Junii anno sextodecimo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 102. Anni XVI. ep. 1010.)

LXXIV.

1332. *Julius 9.*

A zirczi apát, mint XXII. János pápától kirendelt biró, a szent-mártoni apát és a segesdi plébános között fennforgó perben itéletet hoz.

Nos frater Odo miseracione divina abbas de Cyrck ordinis Cisterciensis, per sanctissimum patrem dominum Johannem papam XXII. iudex ad infra scripta delegatus, tenore presencium universis cupimus fore notum, quod cum secundum continenciam litterarum . . . Stephani abbatis predecessoris nostri, sentenciam excommunicacionis, auctoritate . . . summi pontificis in se continentes, Pousa plebanus de Segust . . . citatus, super facto decimarum eiusdem ville Segust, coram nobis . . . in quindenis beati Johannis baptiste, contra . . . Nicolaum abbatem monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie, ut actorem, comparere debuisset; ipso termino adveniente pro dicto domino Nicolao abbate Johannes prior . . . comparuit coram nobis, suaque instrumenta . . . donacionem ville Segust continentes, nobis simul cum domino Jacobo abbate de Bel ac domino Johanne abbate de Jast, nec non . . . custode capituli Vesprimiensis, pro tribunali sedentibus, exhibuit . . . pre-

[1] Ugyanakkor a győri püspököt, a szent-mártoni apátot és a titeli prépostot a végrehajtással megbízza.

dictus vero Pousa . . . nec venit nec aliquem pro se misit; . . . ipsam decimam ville Segust . . . dicto domino abbati et per ipsum suo monasterio . . . adiudicando decrevimus . . . pertinere, sepedictum autem Pousam . . . propter contemptum sedis apostolice . . . sentenciam excommunicacionis in ipsum proferimus in his scriptis. Quare vobis plebanis . . . vicinis ecclesie de Segust . . . firmiter imponimus . . . quatinus dominum Nicolaum abbatem . . . in corporalem possessionem predicte decime . . . restituatis, . . . sepedictum vero Pousam . . . in toto comitatu Simigiensi publicum excommunicatum denuncietis . . . Datum et actum in monasterio de Cyrck septimo idus Julii anno dominice incarnacionis MCCC. XXX. secundo.

(Eredetije a szent-mártoni főapátság levéltárában. — Anjoukori Okmánytár. II. 612.)

LXXV.

1332. Február 24.

XXII. János pápa egy veszprémmegyei templomnak búcsút engedélyez.

Johannes episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur ut ecclesia beati Sixti pape [1] Vesprimiensis diocesis congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in quatuor beate virginis Marie domine nostre et eiusdem beati Sixti festivitatibus centum, illis vero qui per octavas festivitatum earundem immediate sequentes prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis . . . misericorditer relaxamus . . . Datum Avinione sexto kalendas Martii pontificatus nostri anno sextodecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 101. Anni XVI. ep. 706. — Theiner. I. 547.)

LXXVI.

1332. April 8.

XXII. János pápa a fehérvári prépostot, a nyulak-szigeti apácza-kolostor és a Buda város közönsége között fennforgó perben bíróul rendeli.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio (Thatamerio) preposito ecclesie Albensis salutem et apostolicam benediccionem. Significarunt nobis dilecte

[1] Annak meghatározására, hogy ez a templom hol létezett, támpont hiányzik.

in Christo filie priorissa et conventus monasterii regalis sancte Marie de insula Danubii alias leporum, ... quod percepcio emolumenti, quod de foro porte Castrabude ... quolibet die sabbati proveniebat, quodque tributum nuncupatur, ad dictas priorissam et conventum, quibus licet habere proprium in communi, ex indulto sedis apostolice speciali, de antiqua et approbata ... consvetudine dino scitur pertinere, et tam prefate priorissa et conventus, quam ille que in dicto monasterio precesserunt easdem, fuerant in pacifica possessione vel quasi iuris percipiendi prefatum emolumentum ...; verum universitas dicti loci Castrabude, contra premissam consvetudinem temere venientes, ... temeritate propria, constituerunt nundinas per quindenam ante et post festum decollacionis beati Johannis baptiste in eodem loco Castrabude annis singulis faciendas, et publice indixerunt quod nullus aliquod emolumentum vel tributum solveret dictis abbatisse et conventui, durantibus nundinis antedictis; quare nobis eadem priorissa et conventus humiliter supplicarunt, ut providere ipsis in hac parte de oportuno remedio curaremus. Quocirca discrecioni tue ... mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, et appellacione remota debito fine decidas ... Datum Avinione sexto idus Aprilis pontificatus nostri anno sexto decimo.

(Eredetije az országos levéltárban. — Anjoukori Okmánytár. II. 585.)

LXXVII.

1333. Június 26.

XXII. János pápa a zirczi apátot megbízza, hogy a szent-mártoni apátság elidegenített javainak visszaszerzése iránt rendelkezzék.

Johannes episcopus ... Dilecto filio (Odo) abbati monasterii de Buchan Vesprimiensis diocesis ... In nostra presencia sua nobis peticione remonstrarunt... (Vilhelmus) abbas et conventus monasterii sancti Martini de sacro monte Pannonie.. quod predecessores eorum decimas, terras, vineas ... et quedam alia bona ipsius monasterii ... abalienaverint ... nonnullis per cambium ... adscribendo, in ecclesie eorum ruinam... Discrecioni tue ... mandamus, quatenus ubicumque dicta iura monasterii ... alienata inveneris illicite ... ad ius et proprietatem eiusdem monasterii illico revocare procures ... Datum Avinione sexto kalendas Julii pontificatus nostri anno decimo septimo.

(Eredetije a szent-mártoni főapátság levéltárában. — Anjoukori Okmánytár. III. 29. A hol a pápai irat hibásan Rómából keltezve nyomatott le.)

LXXVIII.

1333. *Május 1.*

László pécsi püspök, mint a veszprémi püspökségnek a pápától rendelt jogvédője, a fehérvári szent Miklós-káptalan tagjait maga elé idézi.

Religiosis viris abbati et conventui ecclesie Tykoniensis Ladislaus divina miseracione episcopus Quinqueecclesiensis, conservator iurium episcopi et capituli ecclesie Vesprimiensis per sumpmum pontificem deputatus sinceram in domino caritatem. Devocionem vestram presentibus petimus diligenter, quatinus acceptis presentibus hominem vestrum ydoneum destinare velitis, qui magistrum Nicolaum dictum Feketew rectorem ecclesie sancti Nicolai de Alba regali et canonicos eiusdem ecclesie, scilicet Stephanum filium Chaba, Stephanum filium Deers, Stephanum filium Petri, Petrum filium Herwek, Thomam filium Pauli, Johannem Erew, Egidium filium Seba, Pethew fratrem — Rufi, Gregorium dictum Batisz, Nicolaum filium Petri et Petrum dictum Gumbus, ac universos cives de suburbio Albensi contra venerabilem in Christo (fratre)m, dominum Henricum episcopum Wesprimiensis ecclesie antedicte edicto citacionis ad nostram evocet presenciam, terminum competentem comparendi assignando et post hec seriem facti in vestris litteris nobis rescribatis. Datum in Szaasz dominica proxima post (festum sancti Geor)gii martyris, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio.

(Eredetije elrongyolt állapotban a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, 21. sz.)

LXXIX.

1333. *Július 5.*

XXII. János pápa a győri prépostot megbízza, hogy a veszprémi káptalannak idegen kezekre jutott birtokait szerezze vissza.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio — preposito ecclesie sancti Adalberti Jauriensis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum capituli ecclesie Vesprimiensis precibus inclinati, presencium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite, vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime revocare procures . . . Datum Avinione, tercio nonas Julii, pontificatus nostri anno decimoseptimo.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Litterae Miscellaneae 2. sz.)

LXXX.

1333. Október 29.

XXII. János pápa a fehérvári prépostot megbízza, hogy a magyarországi pálos-rend részére Róbert Károly királytól engedélyezett tized-mentességet erősítse meg.

Johannes episcopus etc. Dilecto filio (Thatamerio) preposito ecclesie beate Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Pro parte siquidem dilectorum filiorum generalis et provincialium priorum ac fratrum sancti Pauli primi heremite in Ungaria et aliis partibus constitutorum, . . . nobis extitit. . . supplicatum, ut ipsos a solucione decimarum facienda de terris et vineis eorum iam acquisitis, quas propriis manibus vel sumptibus colunt, . . . eximere dignaremur. Licet autem dictos priores et fratres, tam divine caritatis intuitu, quam eciam contemplacione . . . Caroli regis Ungarie illustris, nostram in hac parte pro eis graciam implorantis sincero affectu, zelemur in domino nostro Iesu Christo; quia tamen provisionis debite moderamen in cunctis est actibus apponendum . . . discrecioni tue . . . mandamus, quatenus, si conspexeris in alicuius seu aliquorum magnum preiudicum minime redundare, . . . eisdem prioribus et fratribus apostolica auctoritate concedas, ut de terris et vineis huiusmodi . . . decimas solvere cuiquam minime teneantur. Datum Avinione tertio kalendas Novembris pontificatus nostri anno decimo octavo.

(Regesta Vaticana. Vol. 106. Anni XVIII. ep. 769. — THEINER. I. 593.)

LXXXI.

1333—1335.

A szent-föld és a szent-szék javára, Jacobus Berengarii és Raymundus de Bonofato pápai követek által, a veszprémi egyházmegye egyházi javadalmasaitól beszedett pápai tized lajstroma.

INCIPIT SOLUTIO DECIME PAPALIS WESPRIMIENSIS ECCLESIE SCILICET ANNI SECUNDI ET TERTII ET QUARTI.[1]

ET PRIMO DE ARCHIDYACONATU BUDENSI.

Merboldus de Dechen solvit VII. grossos.
Dominus Johannes de Kezin s. XIIII. gr.
Nicolaus de Chic s. V. gr.
Petrus de Odon s. III. gr.
Petrus de Gerche s. III. gr.
Nicolaus de Boroky s. III. gr.
Blasius de Epel s. III. gr.
Michael de Merecy s. III. gr.
Petrus de Teliki s. V. gr
Clemens de Beyod s. III. gr.
Saulus de Nova Villa s. III. gr.
Benedictus de Halab s. V. gr.
Johannes de Nezmel s. V. gr.
Ladislaus de Pizke s. II. gr.
Petrus de Barchy s. IIII. gr.
Nicolaus de Chama Zumbata s. II. gr.
Thomas de Zambuch s. IIII. gr.
Stephanus de Prebor s. III. gr.
Nicolaus de Dag s. II. gr.
Martinus de Ivanch s. I. gr.
Nota, quod isti sacerdotes post quam totam provinciam importassem, (?) et erunt in sententia.
Stephanus de Cholnuch s. IX. gr.
Paulus de Sap II. gr.

SOLUTIO DE ARCHIDYACONATU ALBENSI ANNI SECUNDI.

Paulus de Gut s. XXXX. parvos.
Nicolaus de Sancto Nicolao s. XXX. parvos.
Petrus de Olup s. XXXII. parvos.
Petrus de Acha s. III. gr.
Martinus de Chacuara s. IIII. gr.
Cosmas de Thimar s. LX. parvos.
Andreas de Chocacu s. XXX. parvos.
Andreas de Beren s. III. gr. et IIII. parvos.
Johannes de Dod s. XXX. parvos.
Stephanus de Berenche s. XL. parvos.
Mathias de Mor s. LX. parvos.
Dominicus de Aroky s. XL. parvos.
Nicolaus de Ondo s. II. pensas parvorum.
Michael de Banchida s. XVI. gr.
Nicolaus de Dobus s. XL. parvos.
Petrus de Vereb s. XL. parvos.

[1] A helynevek magyarázata a bevezetésben található.

SOLUTIO DE ARCHIDYACONATU VESPRIMIENSI ANNI SECUNDI.

Dominus Gregorius de Sancto Johanne s. LX. parvos.,
Philippus de Sancta Margaretha s. L. parvos.
Gregorius de Sancto Nicolao s. LXX. denarios parvos.
Andreas de Poldrild s. XL. parvos.
Michael de Pula s. XL. denarios parvos.
Johannes de Vasen s. XL. parvos.
Michael de Veresto s. XXX. parvos.
Lucas de Chepel s. XXX. parvos.

Sumpma facit III. marcas, IX. grossos et I. parvum ad compotum Budensem.

Samson de Ziky s. XL. parvos.
Sebastianus de Ayka s. LX. parvos.
Maricius de Kezu s. XXXX. parvos.
Zeuke de Zarberen s. L. parvos.
Johannes de Zabady s. I. fertonem.
Paulus de Karar s. XL. parvos.
Johannes de Bokono s. XXX. parvos.
Antonius de Kenese s. LXV. parvos.
Johannes de Veyn s. XXXX. parvos.
Emericus de File s. LV. parvos.
Valentinus de Sancto Gallo s. XL. parvos.
Michael de Sing s. L. parvos.
Dominicus de Numpti s. III. pensas.
Joseph de Fayz s. XL. parvos.
Stephanus de Premortun s. II. pensas parvorum.
Matheus de Sancto Stephano s. II. pensas parvorum.
Paulus de Susy s. V. pensas parvorum.
Stephanus de Vylega Chatar s. XXVIII. parvos.
Petrus circa Kezu Sar s. XL. parvos.
Petrus de Vecher s. XXV. parvos.
Nicolaus de Laurente s. L. parvos.
Petrus de Zakady s. LXX.
Andreas de Moros s. LXX. parvos.
Leustachius de Ker s. XL. parvos.
Lucas de Chetian s. XXX. parvos.

SOLUTIO DE ARCHIDYACONATU ZALADYENSI ANNI SECUNDI.

Dominicus de Sancto Jacobo s. L. parvos.
Bartha de Vazul s. XL. parvos.
Petrus de Chegon XL. parvos.
Nicolaus de Zanka s. XXV. parvos.
Jacobus de Sancto Blasio V. pensas et VIII. parvos.
Stephanus de Petend s. X. parvos.
Nicolaus de Monuslo s. XXX. parvos.
Johannes de Kal Omnium Sanctorum s. XX. latos cum parvis.
Petrus de Abram s. XXX. pensas et X. latos.
Nicolaus de Zepezd s. VI. gr.
Benedictus de Bal Sancti Viti s. I. fertonem parvorum.
Stephanus de Pechel s. VI. gr.
Nicolaus de Almad s. XXXIII.
Stephanus de Bath s. XX. parvos et X. latos.
Barrabas de Galhod s. XXIX. latos et XII. parvos.
Paulus de Chopulcha s. L. latos et XLIII. parvos.
Martinus de Koci XLV. parvos.

Paulus de Lad s. XVI. latos et XVIII. parvos.
Stephanus de Sthir s. X. latos et XX. parvos.
Barra de Vrs s. VI. latos et XXVI. parvos.
Dominicus de Chik XXI. latos et VI. parvos.
Blazius de Hugmogas s. XXX. latos et XII. parvos.
Sacerdos de Kal Sancti Benedicti s. L. parvos.
Alexander de Menchel s. parvos *(sic)*.

Sumpma facit IIII. marcas et IIII. parvos minus IIII. grossis ad compotum Budensem.

Stephanus de Kezu s. L. parvos.
Martinus de Sancto Paulo.
Ecclesia de Vrs s. L. parvos.
Mathias ibidem L. parvos.
Fabianus de Poloznuk III. pensas.
Johannes de Fired XXIII. parvos.
Petrus de Nirred s. II. pensas parvorum et non X.
Valentinus de Dyaky s. XXVIII. latos.
Paulus de Durud s. XX. latos.
Blasius de Geret s. XXX. latos.
Paulus de Vita s. XXXV. latos.
Nicolaus de Thomay s. VI. gr.
de Zugligeth s. XXII. latos.
Petrus de Halap s. XX. latos.
Nicolaus de Scesand s. XXXII. latos.
Nicolaus de Chob s. XX. parvos.
Paulus de Chob s. XXX. parvos.
Demetrius de Zanto s. X. gr.
Moyses de Vsa s. V. gr.
Jacobus de Keztel s. C. latos.
Thomas de Harkaly s. XL. latos.
Gregorius s. XL. latos.
Stephanus s. X. gr.
Marcus de Bogud s. VII. gr.
Nicolaus de Kutus s. II. pensas latorum.
Jacobus de Patha s. II. pensas latorum.
Nicolaus de Bogud s. XXII. latos.
Johannes de Besenen s. VII. gr.
Benedictus de Noca s. II. pensas latorum.
Paulus de Beer s. LXX. latos.
Stephanus de Sancta Cruce s. IIII. gr.
Paulus de Vegeg s. XIIII. latos.
Bartholomeus de Boch s. XL. latos.
Stephanus de Fantha s. XXV. latos.
Stephanus de Hene s. XXXV. latos.
Stephanus de Higrichi s. XX. latos.
Joseph de Allar XXVIII. latos.
Jacobus de Bunchudfelde s. XXV. latos.
Johannes de Chalar s. XXVIII. latos.
Andreas de Chan s. LX. latos.
Heguinus de Kopurnuch s. XXX. latos.
Nicolaus de Nand s. XII. latos.
Paulus de Chob s. XL. parvos.
Fabianus de Sancta Elyzabeth s. XXV. latos.
Paulus de Mach s. XV. latos.
Paulus de Bobes s. XIII. latos.
Petrus de Sancto Petro s. XI. latos.
Martinus de Sancto Georgio s. X. gr.
Thomas de Kedhida s. XX. latos.

Sumpma facit IIII. marcas, IIII. fertonem (sic) et IIII. grossos et medium ad compotum Budensem.

Nicolaus de Bedus s. IX. gr.
Mathias de Kukenes s. VIII. gr.
Albertus de Ola s. IX. gr.
Petrus de Agursig in recunda solutione s. C. latos.
Thomas de Huzsiuotot s. XXX. latos

Johannes de Dudk s. XXXII. latos.
Paulus de Jerse s. XXII. latos.
Paulus de Chatar s. XV. latos.
Nicolaus de Sancto Andrea s. VIII. latos.
Johannes de Lizko s. XX. latos.
Stephanus de Repech s. XXXII. latos.
Dominicus de Sancto Cozma s. X. latos.
Salomon de Sancto Georgio s. XXIIII. latos.
Michael de Tofen s. XX. latos.
Petrus de Kedhel XXXII. parvos.
Johannes de Sancto Blasio s. XL. latos.
Stephanus de Gelse s. LXX. latos.
Nicolaus de Botulnuc s. XX. parvos.
Cozmas de Kumar s. VIII. latos.
Georgius de Vng s. XL. parvos.
Nicolaus de Bezered s. XV. latos.
Dominicus de Karoch s. II. grossos.
Paulus de Pach s XLI. latos.
Petrus de Karmach s. XX. latos.
Laurentius de Rayk s. XXXVII. latos.
Benedictus de Kustan s. XX. latos.
Thomas de Sancto Michaele s. X. Grecienses et XXX. parvos.
Mike de Och s. XII. Grecienses et XXII. parvos.
Johannes de Pomlyn s. XXIII. Grecienses.
Johannes de Garabanch s. XXVI. parvos.
Benedictus de Merene s. XL. latos et XL. parvos.
Georgius de Kanisa s. XX. Grecienses et XXII. exiles.
Paulus de Reche s. XXXVI.
Demetrius de Rezi s. XX. latos.
Nicolaus de Achiu Agi s. XII. latos.
Paulus de Felud s. XIIII. latos.
Petrus de Sancto Johanne s. XX. latos.
Raphael de Renuek XVII. latos, XX. parvos.
Nicolaus de Thekene s. XX. latos.
Leunardus de Stesand s. L. latos.
Petrus de Kyrus s. XXX. latos.
Martinus de Gurle s. II. gr.
Gallus de Sancto Ladislao s. XXIIII.
Item anno Domini MCCCXLI. die XXX. mensis Augusti recepi a domino Eymerico, canonico et notario ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime sexannalis olim imposite in concilio Viennensi, restantis ad solvendum pro capellis suis Sancti Johannis Baptiste et Sancte Agathe, I. florenum auri.

Habuit litteras.

Item eodem die recepi a magistro Johanne Bithirmensi, canonico ecclesie Albensis predicte ratione decime non solute pro ecclesia sua de Ynam Vesprimiensis diocesis LX. denarios parvulos de Alba Regali.

Habuit litteras.

Item anno et die, quibus supra, recepi a magistro Paulo, rectore ecclesie Sancti Emerici ducis de Alba Regali ratione decime non solute pro dicta ecclesia XX. grossos Ungaricos.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVI. mensis Septembris recepi a domino Nicolao, archidiacono Symigiensi, olim lectore ecclesie Vesprimiensis, ratione decime non solute pro dicto lectoratu ecclesie Vesprimiensis anno Domini MCCCXXXVI., quo fructus recepit lectoratus eiusdem, XXVIII. grossos Ungaricos.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die penultima mensis Septembris recepi a domino Johanne, custode ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis, ratione decime non solute pro dicta custodia sua VII. marchas cum dimidia in grossis antiquis ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XVII. mensis Octobris recepi a domino Jacobo, canonico Albensis ecclesie ratione decime non solute pro altari suo Sancti Ladislai regis, quod obtinet in dicta ecclesia, IIII. pensas parvulorum denariorum de Alba Regali, I. pensam latorum Viennensium.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, (MCCCXLII.) die IIII. mensis Martii recepi a preposito ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, ratione decime non solute de fructibus, redditibus et proventibus ipsius prepositure sue V. marchas cum dimidia argenti.

Item anno, quo supra, die X. mensis Martii recepi a capitulo ecclesie Vesprimiensis per manus Ladislai, canonici Albensis ecclesie ratione decime non solute de fructibus, redditibus et proventibus ipsius capituli ecclesie Vesprimiensis V. marchas grossorum cum una pensa ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

Item anno videlicet MCCCXLII., quo supra, die X. mensis Martii recepi a domino Meskone, episcopo Vesprimiensi per manus domini Ladislai, canonici Albensis ecclesie ratione decime sexennalis, olim imposite in concilio Viennensi, non solute pro mensa sua episcopali, XV. marchas grossorum et tres pensas ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

. . . . . .

SEQUITUR DE HIIS, QUE RECEPI DE FRUCTIBUS, REDDITIBUS ET PROVENTIBUS BENEFICIORUM IN REGNO HUNGARIE VACANTIUM APUD SEDEM APOSTOLICAM.

Anno Domini MCCCXLI. die XX. mensis Februarii recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus domini Ladislai, canonici dicte ecclesie ratione fructuum, reddituum et proventuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius videlicet per mortem Chame, et alterius per promotionem et consecrationem domini Colomanni, episcopi Jauriensis,[1] V. florenos auri.

Item recepi ab eodem pro eadem causa I. marcham et XII. grossos ad numerum Budensem.

Item XXXVI. pensas parvorum denariorum de Alba Regali, que vendite fuerunt pro IIII. florenis auri et VI. grossis Ungaricis.

Habuit litteras.

. . . . . .

Item anno, quo supra, die XXIX. mensis Augusti recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus domini Ladislai, canonici eiusdem ecclesie, ratione fructuum duarum prebendarum in dicta ecclesia, apud sedem apostolicam vacantium, unius per mortem magistri Chame, et alterius per promotionem domini Colomanni, episcopi Jauriensis, in diversis monetis valorem XX. florenorum auri.

Habuit litteras.

Item anno, quo supra, die XXVIII. mensis Octobris recepi a capitulo ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, per manus magistri Pauli, rectoris ecclesie Sancti Eymerici et magistri Petri, canonici dicte ecclesie, ratione fructuum predictarum duarum prebendarum apud sedem apostolicam vacantium et ratione decime non solute, nulla distinctione facta, XIX. florenos auri, VIII. marchas grossorum ad numerum Budensem in uno frusto auri.

Item anno, quo supra, die XII. mensis Martii recepi a domino Paulo, capellano iudicis curie ratione fructuum unius prebende in ecclesia Vesprimiensi apud sedem apostolicam vacantis per mortem Chame II. marchas grossorum ad numerum Budensem.

Habuit litteras.

. . . . . .

(A vatikáni levéltár ily czímű egykorú számadási könyvében: «Rationes collectoriae. Num. 180.» fol. 58—82. — Monumenta Vaticana. Series I. Tom. I. 410—430.)

[1] 1337—1374.

XCII.

1342. Augusztus 8.

VI. Kelemen pápa Györgynek, a szent Miklósról czímzett fehérvári káptalan kanonokjának a szűz Máriáról czímzett fehérvári káptalanban kanonoki javadalmat adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Georgio Nicolai, canonico ecclesie sancti Nicolai de Albaregali Vesprimiensis salutem etc. . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie de Albaregali . . . quos . . . Michael, electus Vaciensis . . . obtinet, . . . vacare speretur in brevi, . . . predictos canonicatum et prebendam . . . conferendos tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod in ecclesia sancti Nicolai dicti loci Albaregalis canonicatum et prebendam nosceris obtinere . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, sexto idus Augusti, anno primo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 147. fol. 233 t.)

XCIII.

1343. Május 7.

VI. Kelemen pápa Péter fehérvári kanonoknak erdélyi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Petro Georgii, canonico Transilvanensi salutem etc. . . . Consideracione . . . Ludovici regis Ungarie illustris, pro te capellano suo in hac parte humiliter supplicantis, . . . canonicatum ecclesie Transilvanensis tibi . . . conferimus, . . . prebendam vero, nec non dignitatem, vel personatum, seu officium . . . reservamus. . . . Non obstantibus, . . . quod in Zagrabiensi et beate Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis canonicatus et prebendas nosceris obtinere . . . Datum Avinione, nonis Maii, anno primo.[2]

(Regesta Vaticana. Volumen 148. fol. 101.)

---

[1] Ugyanazon napon a veszprémi és szerémi püspököket és Robertus de Adria nápolyi kanonokot a végrehajtással megbízza.

[2] Ugyanazon napon Orso yorki őrkanonokot, pápai jegyzőt és a szent-mártoni apátot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

XCIV.

1343. Május 10.

VI. Kelemen pápa az egri és pécsi püspököket, úgyszintén a bécsi benedek-rendiek apátját a veszprémi püspök részére jogvédőkké rendeli.

Clemens episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Nicolao), Agriensi et (Ladislao), Quinqueecclesiensi episcopis et dilecto filio — abbati monasterii Scotorum in Wienna Pataviensis diocesis salutem.

(Mescho, episcopo Vesprimiensi constituuntur conservatores.)[1]

Datum Avinione, sexto idus Maii, anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 151. f. 179. — THEINER. I. 653.)

XCV.

1343. Június 9.

Usai János veszprémi kanonoknak VI. Kelemen pápához intézett folyamodása, a veszprémi egyházmegyében jövőben megüresedő valamely javadalomért.

Supplicat sanctitati vestre humilis et devotus vester Johannes Dominici de Usa Vesprimiensis diocesis, lector Agriensis de Ungaria, capellanus reverendi in Christo patris domini G(uilelmi) tituli sancte Marie in Cosmedin diaconi Cardinalis ac procurator ejusdem per Ungariam et Poloniam constitutus, bacalaris in iure canonico, qui etiam fuit rector studii Bononiensis per annum, quatenus sibi specialem gratiam facientes, beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, etiam si dignitas, administratio, personatus aut officium existat, spectans ad collationem, provisionem, presentationem, seu quamvis aliam dispositionem episcopi Vesprimiensis, si quod in ecclesia Vesprimiensi vacat ad presens, vel quam primum vacaverit, conferendum eidem donationi apostolice dignemini reservare; cum acceptatione, inhibitione, decreto et clausula anteferri, et aliis non obstantibus et clausulis oportunis, et executione, seu quod idem Johannes lectoratum predictum ac canonicatus et prebendas in eadem Agriensi, Strigoniensi et Vesprimiensi ecclesiis, nec non capellanias Varat, Sorlo, Gerund et Garmat sine cura cum earum filiabus, que quarte appellantur, Strigoniensis

[1] L. a 49. számot.

diocesis, noscitur obtinere; cum dispensatione, quod valeat lectoratum predictum cum dignitate, seu beneficio, quod ipsum contigerit obtinere, vigore gratie supradicte etiam si eidem beneficio, seu dignitati cura immineat animarum, retinere; cum idem Johannes, postquam fuerit predictam gratiam pacifice assecutus, paratus erit dimittere capellanias cum filiabus, seu quartas supradictas. Fiat. R. Et dispensamus de lectoratu retinendo. R. Item supplicat, quod transeat sine alia lectione. Fiat R.[1] Datum Avinione, quinto idus Junii, anno secundo.

(Clementis VI. Regesta Supplicationum. Anni III. pars. III. fol. 32 t.)

XCVI.

1343. Szeptember 18.

VI. Kelemen pápa Szatmári Gergely erdélyi pap részére a fehérvári prépost adományozásához tartozó, jövőben megüresedő javadalmak egyikét reserválja.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Gregorio Nycholai de Zothmar, presbitero Transilvanensis diocesis salutem etc. . . . Volentes tibi, nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto, . . . gratiam facere specialem, beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus . . . quindecim marcharum argenti . . . valorem annuum non excedant, ad dilecti filii prepositi ecclesie Alberegalis Wesprimiensis diocesis collationem . . . pertinens, quod tu . . . duxeris acceptandum, . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, quartodecimo kalendas Octobris, anno secundo.[2]

(Regesta Vaticana. Volumen 160. fol. 190. t.)

---

[1] A lapszélen áll ez a jegyzet: «Correcta in supplicatione per dominum nostrum».

[2] Ugyanazon napon a visegrádi apátot, a budai prépostot és Miklós erdélyi kanonokot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

XCVII.

1343. Szeptember 18.

VI. Kelemen pápa Miklós veszprémi pap részére az aradi prépost adományozásához tartozó, jövőben megüresedő javadalmak egyikét reserválja.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Jacobi, clerico Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Tibi beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus . . . quindecim marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, ad dilecti filii prepositi ecclesie Orodiensis Cenadiensis diocesis collacionem . . . pertinens . . . . . . reservamus . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, quartodecimo kalendas Octobris, anno secundo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen. 158. fol. 292.)

XCVIII.

1343. Szeptember 20.

VI. Kelemen pápa Wigelheimi Konrád, budai főesperes részere a veszprémi püspök adományozásához tartozó, jövőben megüresedő egyházi méltóságok közől egyet reservál.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Conrado Wigelheim, archidiacono Budensi in ecclesia Vesprimiensi salutem etc. . . . Tibi, pro quo etiam venerabilis frater noster Mesko, episcopus Vesprimiensis, cuius capellanus dilectus existis, nobis super hoc humiliter supplicavit, . . . dignitatem, vel personatum, seu officium, ad collacionem . . . episcopi Vesprimiensis . . . pertinentem seu pertinentes, . . . quam, vel quem, seu quod . . . duxeris acceptandam vel acceptandum, conferendam, seu conferendum tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod in predicta Vesprimiensi et Vaciensi ecclesiis canonicatus et prebendas et in eadem Vesprimiensi archidiaconatum Budensem nosceris obtinere. Volumus autem, quod postquam . . . dignitatem, vel personatum, seu officium fueris pacifice asse-

[1] Ugyanazon napon a csanádi püspököt, a csanádi prépostot és az aradi főesperest megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

cutus, prefatum archidiaconatum . . . dimittere tenearis. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, duodecimo kalendas Octobris, anno secundo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 158. fol. 15.)

XCIX.

1344. Február 12.

VI. Kelemen pápa megengedi, hogy Ugoli Pál, veszprémmegyei világi urat gyóntatója egy ízben az általános feláldozás kegyelmében részesíthesse.

Clemens episcopus etc Dilecto filio Paulo de Ugol, laico Vesprimiensis diocesis salutem etc. Provenit . . .[2] Datum Avinione, secundo idus Februarii, anno secundo.

(Regesta Vaticana. Volumen 162. fol. 326.)

C.

1344. Február 13.

A nyitrai püspök folyamodása VI. Kelemen pápához, hogy Péter fehérvári főesperes részére a veszprémi káptalanban jövőben megüresedő kanonoki javadalmat reserváljon.

Supplicat sanctitati vestre devotus orator vester frater Vitus, episcopus ecclesie Nitriensis, . . . quatenus sibi in persona Petri, archidiaconi Albensis in ecclesia Vesprimiensi gratiam facere dignemini de canonicatu et prebenda vacantibus vel vacaturis in predicta ecclesia Vesprimiensi, cum acceptatione etc. et cum aliis non obtantibus et clausulis opportunis et executoriis; non obstante, quod predictum archidiaconatum noscitur obtinere.

Fiat R. . . .

Datum Avinione, idibus Februarii, anno secundo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni II. pars. II. fol. 206.)

---

[1] Ugyanazon napon a garan-melléki apátot, a visegrádi prépostot és az avignoni prépostot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

[2] L. a 69. számot.

CI.

1344. Február 14.

Tamás, liptai főispán folyamodása VI. Kelemen pápához a csóri templom reszére búcsú engedelyezése végett.

Supplicat sanctitati vestre humilis servitor vester Thomas, comes Liptoviensis, ambaxiator devotorum filiorum vestrorum regis et regine Hungarie, . . . quatenus omnibus Christi fidelibus ad ecclesiam beati Petri apostoli de Chour[1] Vesprimiensis diocesis, decima octava die Augusti et in die dedicationis eiusdem ecclesie, devote singulis annis convenientibus, nec non pro conducentibus ad infirmos et reducentibus corpus Christi, aliquas indulgentias, de quibus vestre sanctitati placuerit, dignemini auctoritate apostolica impertiri.

Fiat in dictis festis de uno anno et una quadragena. R.

Et de conducentibus etc. de decem diebus. R. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, sexto decimo kalendas Martii, anno secundo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni II. pars. II. f. 207.)

CII.

1344. Február 14.

Tamás, liptai főispán folyamodása VI. Kelemen pápához, hogy Péter fehérvári kanonok és Péter veszprémi pap részére a veszprémi káptalanban kanonoki javadalmakat reserváljon.

Supplicat sanctitati vestre humilis servitor vester Thomas, comes Liptoviensis, ambaxiator devotorum filiorum vestrorum regis et regine Hungarie, quatenus . . . sibi de persona Petri Johannis, Vesprimiensis diocesis, specialem gratiam facientes, de canonicatu ecclesie Vesprimiensis . . . dignemini providere, prebendam vero . . . reservare . . .; non obstante, quod idem Petrus canonicatum et prebendam in ecclesia beate Marie de Albaregali dicte diocesis noscitur obtinere.

Fiat R.

Item supplicat idem comes, quatenus sibi in personam dilecti sui Petri Ste-

[1] Csór, Fehérmegyében.

phani, clerici Vesprimiensis diocesis, specialem gratiam facientes, de canonicatu ecclesie Vesprimiensis . . . dignemini providere, prebendam vero . . . reservare . . .

Fiat R.

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, sextodecimo kalendas Marcii, anno secundo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni II. pars. II. fol. 11.)

CIII.

1344. Február 14.

VI. Kelemen pápa Péter, veszprémi papnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio preposito ecclesie sancti Thome de promontorio Strigoniensi salutem etc. . . . Volentes dilectum filium Petrum Stephani, clericum Vesprimiensis diocesis, prosequi favoribus graciosis . . . mandamus, quatenus si simpliciter et de plano ad hoc dictum Petrum ydoneum esse repereris, eidem Petro de canonicatu ecclesie Vesprimiensis . . . providere procures, . . . prebendam vero . . . donacioni tue . . . reserves. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, sextodecimo kalendas Marcii, anno secundo.

(Regesta Vaticana. Volumen 158. fol. 153.)

CIV.

1344. Február 14.

VI. Kelemen pápa Miklós, esztergomi papnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio preposito sancti Thome de promontorio Strigoniensi salutem etc. . . . Volentes dilectum filium Nicolaum Demetrii, clericum Strigoniensis diocesis, prosequi favoribus graciosis . . . mandamus, quatenus, si simpliciter et de plano ad hoc dictum Nicolaum ydoneum esse repereris, eidem Nicolao de canonicatu ecclesie beate Marie de Albaregali Vesprimiensis . . . providere procures, . . . prebendam vero . . . donacioni tue . . . reserves. . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, sextodecimo kalendas Marcii, anno secundo.

(Regesta Vaticana. Volumen 158. fol. 145.)

MAGYAR TUDOMÁNY- AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

CV.

1344. Február 15.

VI. Kelemen pápa Szécsi Miklósnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Symonis de Zech, canonico ecclesie beate Marie semper virginis in Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum . . . Benedictus papa duodecimus . . . omnes canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica, que promovendi per eum ad quarumcumque regimina ecclesiarum . . . obtinerent, . . . disposicioni sue, donec miseracionis divine clemencia ipsum universalis ecclesie regimini presidere concederet, reservavit . . . Cum igitur canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie semper virginis in Albaregali Vesprimiensis diocesis, quos venerabilis frater noster Colomanus, episcopus Jauriensis, tempore promocionis de ipso per eundem predecessorem ad Jauriensem ecclesiam . . . obtinebat, . . . adhuc vacare noscantur, nos . . . canonicatum et prebendam predictos . . . tibi . . . conferimus . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quintodecimo kalendas Marcii, anno secundo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 157. fol. 153.)

CVI.

1344. Márczius 9.

VI. Kelemen pápa a csóri templom részére búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Sanctorum meritis etc. Cupientes igitur, ut ecclesia beati Petri apostoli de Chour Wesprimiensis diocesis, quam dilectus filius nobilis vir Thomas, comes Liptoviensis, sicut ex tenore petitionis, pro parte predicti comitis nobis nuper oblate, percepimus, fundavit de bonis propriis et construxit, ab eisdem fidelibus congruis frequentetur honoribus, . . . nos . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in festivitatibus ipsorum apostolorum, (Petri et Pauli), nec non in dedicationis ecclesie predicte festivitatibus devote visitaverint annuatim, unum

[1] Ugyanezen napon a nyitrai püspököt és az esztergomi szent-Tamás-hegyi prépostot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

annum et unam quadragenam de iniunctis eis penitentiis . . . misericorditer relaxamus. Datum, ut supra (apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, septimo idus Martii, anno secundo.)

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Licet etc. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli pio zelo devotionis accensi, sacerdotem corpus pretiosum dominicum de ecclesia beati Petri apostoli de Chour Wesprimiensis diocesis, . . . deferentem egrotis associent reverenter; nos . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui eundem sacerdotem prefatum corpus dominicum . . . egrotantibus deferentem et reducentem devote sociaverint, decem dies, singulis videlicet vicibus, . . . de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum, ut supra.

(Regesta anni II. Liber VI. communium. fol. 194. THEINER. I. 667.)

CVII.

1344. April 20.

Meskó, veszprémi püspöknek VI. Kelemen pápához intézett folyamodása.

Supplicat sanctitati vestre cum humilibus osculis pedum beatorum devota sedis apostolice creatura Mesko, episcopus Vesprimiensis auleque regine Ungarie cancellarius, quatenus, cum ecclesia sua predicta nullis specialibus indulgenciis a sede apostolica indultis gaudeat fulcita, omnibus vere penitentibus et confessis et contritis, qui predictam ecclesiam in festivitatibus beati Michælis archangeli patroni et sancti Georgii martiris, cuius caput habetur ibidem, dein in dedicatione, certorum annorum et quadragenarum indulgentiam misericorditer dignemini elargiri. Fiat de uno anno et una quadragena. R.

Item supplicat, quatenus confessor suus, quem sibi duxerit eligendum, semel tantum ante articulum mortis a pena et a culpa ipsum absolvendi habeat auctoritatem. Fiat R.

Item supplicat, quatenus cum ecclesia sua Vesprimiensis a nonnullis tam laicis, quam clericis multas iniurias et molestias ac gravamina paciatur, et cum pro singulis difficile sit sedem apostolicam inpulsare, sibi et ecclesie sue, nec non capitulo suo concedere dignemini conservatores, qui ipsum et ecclesiam ac capitulum suum usque ad quinquennium a talibus iniuriis, molestiis ac gravaminibus protegant et conservent, iuxta formam concilii Viennensis. Fiat R.

Item supplicat, quatenus sibi in persona dilecti sui Chunradi Wiglelmi, archidiaconi Budensis, in ecclesia Vesprimiensi, nec non canonici Vesprimiensis et Vacien-

sis, pro quo vestre prius supplicavit[1] sanctitati, qui sexies ecclesie Romane et mee, etc. periculis exponendo, eisdem servivit usque Avenionem laborando, cum eidem iuxta exigenciam serviciorum suorum nequiverit providere, specialem gratiam faciendo de maiori beneficio, seu dignitate, vel personatu in ecclesia predicta, si quod aut que vel quis ad presens vacat vel vacabit in futurum, dignemini providere . . . Fiat R.

Item supplicat, quatenus eidem uberiorem gratiam faciendo, de canonicatu et prebenda in ecclesia Agriensi, si ad presens vacant vel vacabunt in futurum, dignemini providere . . . Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R. Datum Avinione, duodecimo kalendas Maii, anno secundo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni II. pars. II. fol. 321.)

CVIII.

1344. Augusztus 9.

VI. Kelemen pápa István, csanádi püspököt a veszprémi püspökségre áthelyezi.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Stephano, episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Olim siquidem bone memorie Meskone, episcopo Vesprimiensi regimine presidente, nos cupientes ipsi ecclesie, cum eam vacare contingeret, per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneam preesse personam, provisionem ipsius ecclesie ea vice ordinationi et dispositioni nostre duximus specialiter reservandam . . . Postmodum vero prefata ecclesia per obitum dicti Meskonis, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, . . . ad te, tunc Cenadiensem episcopum, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam altissimus insignivit, . . . convertimus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam dicte Vesprimiensi ecclesie, quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter providere, te a vinculo quo ipsi Cenadiensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, . . . absolventes, te ad prefatam Vesprimiensem ecclesiam transferimus . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quinto idus Augusti, anno tertio.[2]

(Regesta Vaticana. Volumen 163. Anni III. Lib. I. f. 39. THEINER. I. 672.)

---

[1] V. ö. az 1343 szeptember 20-ikán kelt pápai iratot XCVIII. szám alatt.

[2] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz, hívekhez, az esztergomi érsekhez és Lajos királyhoz a szokásos értesítő iratok intéztetnek.

CIX.

1344. Szeptember 2.

VI. Kelemen pápa István, veszprémi püspököt felhatalmazza, hogy egyházmegyéje papságára egy ízben adót vethessen ki.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Stephano, episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Cum itaque, sicut exhibita nobis tua petitio continebat, pro necessariis ecclesie tue Vesprimiensis et aliis incumbentibus tibi negotiis, multa subire te oporteat onera expensarum, nos . . . equum reputantes et congruum, ut persone ecclesiastice tuarum civitatis et diocesis Vesprimiensis tecum huiusmodi onera partiantur, tuis supplicationibus inclinati, ut ab omnibus personis ecclesiasticis secularibus et regularibus earundem civitatis et diocesis non exemptis, beneficia ecclesiastica, pro quibus decima persolvitur, in eisdem civitate et diocesi obtinentibus, iuxta ipsorum beneficiorum exigentiam facultatum, petere ac recipere, auctoritate nostra, semel duntaxat, libere valeas caritativum subsidium moderatum . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quarto nonas Septembris, anno tertio.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 165. f. 98. THEINER. I. 673.)

CX.

1344. Szeptember 2.

VI. Kelemen pápa a veszprémi székesegyháznak búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis . . . cupientes igitur, ut ecclesia Vesprimiensis, que in honore beati Michaelis archangeli dinoscitur esse fundata, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in diebus dedicationis ipsius ecclesie et in festo sancti Michælis predicti dictam ecclesiam devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis . . . misericorditer relaxamus. Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quarto nonas Septembris, anno tertio.

(Regesta Vaticana. Volumen 165. f. 124. — THEINER. I. 673.)

---

[1] Ugyanazon napon a pécsi és egri püspököket és a győri prépostot rendelekzése végrehajtásával megbízza.

CXI.

1344. Szeptember 2.

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspököt fölhatalmazza, hogy a veszprémi és pécsi egyházmegyékhez tartozó negyven személyt az egyházi kiközösítes alól felmenthesse.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Stephano, episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Tuis supplicationibus inclinati, absolvendi auctoritate apostolica quadraginta personas Vesprimiensis et Quinqueecclesiensis civitatum et diocesium, que propter violationem interdicti ecclesiastici, vel propter violentam manuum iniectionem in clericos et personas ecclesiasticas, excommunicationis sententias incurrerunt, dummodo mors, vel mutilatio exinde non fuerit subsecuta, si hoc persone ipse humiliter petierint et passis iniuriam satisfecerint competenter, necnon eadem auctoritate dispensandi cum eisdem personis super irregularitate, si quam alique ex eisdem personis sic ligate se divinis officiis immiscendo forsitan contraxerunt, iniunctis eis propter hoc penitentia salutari et aliis, que de iure fuerint iniungenda, plenam et liberam tibi tenore presentium concedimus facultatem. Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quarto nonas Septembris, anno tertio.

(Regesta Vaticana. Volumen 165. fol. 101. t.)

CXII.

1344. Október 4.

A visegrádi apátnak, Miklós, budai polgár érdekében, VI. Kelemen pápához intézett folyamodása.

Significat sanctitati vestre devotus orator vester Daniel, abbas monasterii sancti Andree apostoli iuxta Wissegrad, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, quod bone memorie Wulfingus, quondam civis Budensis dicte diocesis, benefactor ordinis et monasterii predictorum, capellam quamdam, dum vixit, iuxta cimiterum parrochialis ecclesie beate Marie virginis in dicto loco Buda de bonis suis propriis construi fecit et fundavit, et de certis perpetuis annuis redditibus ad sustentationem trium presbyterorum dotavit, archiepiscopi Strigoniensis, cui dicta ecclesia et non diocesano loci est subiecta, et rectoris eiusdem parrochialis ecclesie, qui tunc erat, accedente voluntate pariter et assensu, et dicte parrochialis ecclesie, ut idem rector, qui tunc erat, suum in premissis preberet assensum, certas possessiones in perpe-

tuum tradidit et donavit. Cum autem, pater sanctissime, Nicolaus, gener dicti Wulfingi, civis dicte civitatis Budensis, heres fundatoris prefati, pro eiusdem fundatoris et sue ac progenitorum suorum et parentum animarum salute et precipue pro divini cultus augmento velit redditus capelle eiusdem pro plurium sustentatione sacerdotum augmentare, dignemini auctoritate apostolica concedere et etiam indulgere, quod idem Nicolaus, qui revera magnus promotor predicti monasterii sancti Andree existit, redditus eosdem pro pluribus presbyteris sustentandis, rectoris prefate ecclesie, qui nunc est, assensu minime requisito, eiusque contradictione non obstante, valeat augmentare. . . . Cum ipsi capelle nulla cura immineat animarum, nec propter eam redditus eiusdem parrochialis ecclesie minuantur. Fiat salvo jure parrochiali R.

Item supplicat sanctitati vestre idem abbas, quatenus sibi in personam prefati Nicolai Wulfingi et uxoris eius gratiam specialem facientes, eisdem concedere dignemini et indulgere, quod confessor eorum, quem elegerint, possit eis et cuilibet eorum semel in mortis articulo peccatorum suorum omnium remissionem, auctoritate apostolica, plenariam impertiri, ut in forma. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, quarto nonas Octobris, anno tertio.

(Regesta Supplicationum Clemensis VI. Anni IV. pars II. fol. 20.)

CXIII.

1344. Október 4.

VI. Kelemen pápa Miklós, budai polgárt felhatalmazza, hogy az ipjától Budán létesített kápolna jövedelmeit adományaival gyarapíthassa.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Nicolao de Buda, laico Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Oblata nobis pro parte tua petitio continebat, quod quondam Wulfingus de Buda, socer tuus, . . . quandam capellam, iuxta cimiterium beate Marie virginis de Buda, Vesprimiensis diocesis, de bonis suis propriis construi fecit, ac certis annuis et perpetuis redditibus ad sustentationem trium presbiterorum dotavit eandem, venerabilis fratris nostri archiepiscopi Strigoniensis, cui et non diocesano loci dicta ecclesia, ut asseritur, est subiecta, ac rectoris eiusdem ecclesie, qui tunc erat, accedente consensu; et quod tu, qui eiusdem Wulfingi, ut asseris, heres existis, . . . eiusdem capelle redditus, pro plurium presbiterorum sustentatione, desideras augmentare; quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut . . . tuum in hac parte desiderium valeas adimplere, concedere . . . dignaremur. Nos itaque, . . . ut redditus eiusdem capelle, pro pluribus presbiteris sustentandis, de bonis tuis valeas augmentare, rectoris eiusdem ecclesie assensu minime requisito,

eiusque contradictione minime obstante, salvo tamen iure parochiali, . . . tibi concedimus . . . Datum Avinione, quarto nonas Octobris, anno tertio.

(Regesta Vaticana. Volumen 166. Anni III. Lib. III. f. 149. — THEINER. I. 675.)

CXIV.

1344. Október 9.

András, erdélyi papnak VI. Kelemen pápához intézett folyamodása, fehérvári kanonokság adományozásáért.

Supplicat sanctitati vestre Andreas Petri, presbyter Transilvaniensis diocesis, quatenus sibi gratiam specialem facientes, de canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, apud sedem apostolicam vacante per mortem quondam Chame prepositi ecclesie Bachiensis, olim dicte ecclesie beate Marie canonici prebendati, qui apud sedem eandem diem clausit extremum, eidem Andree . . . dignemini providere . . . Non obstantibus, quod idem Andreas parrochialem ecclesiam de Gipsa, Transilvaniensis diocesis, noscitur obtinere, seu quod sanctitas vestra nuper de parrochiali ecclesia de Varesio dicte Transilvaniensis diocesis vacante, quam tamen quidam Thomas Martini, clericus eiusdem Transilvaniensis diocesis ad presens de facto detinet occupatam, eidem Andree . . . duxerit providendum. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, septimo idus Octobris, anno tertio.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni III. pars II. fol. 22. t.)

CXV.

1344. Október 9.

VI. Kelemen pápa András, erdélyi papnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Andree Petri, canonico ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Dudum . . . Benedictus papa XII. . . . omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica . . . apud sedem apostolicam vacantia et in antea vacatura, collacioni et disposicioni sue reservavit, . . . ac deinde . . . nos ad apicem summi apostolatus assumpti, . . . cum similis interpositione decreti duximus reservanda. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie de Albaregali, . . . quos quondam Chama . . . obtinuit, et per

ipsius Chame obitum, qui eodem predecessore vivente apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacavisse apud sedem eandem et adhuc vacare noscantur, nos ... canonicatum et prebendam predictos ... tibi ... conferimus. ... Non obstantibus, quod parochialem ecclesiam de Gipsa Transilvanensis diocesis nosceris obtinere, et quod de parochiali ecclesia de Varesio dicte diocesis, quam Thomas Martini, clericus diocesis prefate ad presens de facto detinet occupatam, tibi nuper sub certis conditionibus et forma duximus providendum. Volumus autem, quod quamprimum dicte parochialis ecclesie de Varesio possessionem pacificam fueris adeptus, predictam parochialem ecclesiam de Gipsa ... dimittere tenearis. Datum Avinione, septimo idus Octobris, anno tercio.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 163. fol. 172. t.)

CXVI.

1345. Márczius 2.

VI. Kelemen pápa István, veszprémi püspököt a kalocsai érsekségre helyezi át.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Stephano, olim Vesprimiensi, in archiepiscopum Colocensem electo salutem etc. ... Dudum siquidem bone memorie Ladislao, archiepiscopo Colocensi, regimini Colocensis ecclesie presidente, ... provisionem ipsius Colocensis ecclesie, cum eam vacare contingeret, dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam ... Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Ladislai ... pastoris solatio destituta ... ad te, tunc episcopum Vesprimiensem ... direximus oculos nostre mentis ... a vinculo, quo tenebaris Vesprimiensi ecclesie ... absolventes, te ad prefatam Colocensem ecclesiam transferimus.[2] ... Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, sexto nonas Martii, anno tercio.

(Regesta Vaticana. Volum. 167. Anni III. Liber IV. f. 57. — THEINER. I. 680.)

---

[1] Ugyanazon napon a kalocsai érseket, az erdélyi püspököt, egy rennesi kanonokkal megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

[2] A pápának egy későbbi (1346 márczius 30-ikán kelt s alább közlendő) leveléből tudjuk, hogy már Róbert Károly király és az ő halála után Erzsébet özvegy királyné, majd Lajos király is a pápához azzal a kéréssel fordúltak, hogy István veszprémi püspököt a kalocsai érsekségre ne mozdítsa elő.

CXVII.

1345. Márczius 2.

VI. Kelemen pápa Galhardus de Carceribus, csanádi püspököt a veszprémi püspökségre helyezi át.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Galhardo, episcopo Vesprimiensi salutem etc.... Nuper siquidem vacante Vesprimiensi ecclesia pro eo, quod nos venerabilem fratrem nostrum Stephanum, archiepiscopum Colocensem, tunc Vesprimiensem episcopum . . . a vinculo, quo tenebatur eidem ecclesie Vesprimiensi . . . absolventes, ipsum ad Colocensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum;[1] . . . cum nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie Vesprimiensis ordinatione se intromittere possit, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi . . . omnes ecclesias cathedrales tunc vacantes et vacaturas inantea per translationes per nos factas et imposterum faciendas de prelatis earum . . . ad alias ecclesias . . . dispositioni nostre duximus specialiter reservandas; . . . ad provisionem ipsius ecclesie Vesprimiensis celerem et felicem solicitis studiis intendentes, . . . ad te . . . direximus oculos nostre mentis; . . . te ad predictam Vesprimiensem ecclesiam transferimus, teque illi preficimus in episcopum . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, sexto nonas Martii, anno tertio.

(Regesta Vaticana. Volumen 163. Anni III. Liber I. fol. 78. — THEINER. I. 679.)

CXVIII.

1345. Augusztus 24.

Pál főispán folyamodása VI. Kelemen pápához, az óbudai prépostságnak István, győri pap részére adományozása végett.

Supplicat sanctitati vestre devotus et fidelis vester Paulus, comes ambaxiator regis Ungarie, quatinus, cum prepositura de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, etiam si curam habeat animarum, ac Waradiensis et Zagrabiensis canonicatus et prebende ecclesiarum, quos Demetrius, electus Waradiensis obtinet, per consecratio-

[1] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz s hívekhez, az esztergomi érsekhez és Lajos királyhoz a szokásos értesítő iratokat intézi.

nem ipsius electi, in proximo vacare sperentur, eidem comiti in persona Stephani Laurencii, clerici Jauriensis diocesis, nepotis sui, specialem gratiam facientes, preposituram, canonicatus et prebendas predictos, cum eos premisso vel alio quocumque modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, conferendos dicto Stephano, donationi apostolice dignemini reservare. Non obstante, quod dictus Stephanus canonicatum et prebendam ac lectoratum sine cura in ecclesia Bachiensi noscitur obtinere. Cum eodem Stephano, ut eandem preposituram, etiam si eidem cura immineat animarum, libere recipere et una cum dicto lectoratu sine cura licite valeat retinere, . . . dignemini . . . dispensare. . . . Fiat de prepositura, et dispensamus etiam de canonicatu et prebenda Waradiensi. R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R. Datum Avinione, nono kalendas Septembris, anno quarto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni Pars II. fol. 157. t.)

CXIX.

1345. Szeptember 14.

Aladárfi Tamás, ujvári főispán folyamodása VI. Kelemen pápához, Péter, fehérvári kanonok részére, a veszpremi püspökség adományozásához tartozó egyházi méltóság reserválása végett.

Supplicat sanctitati vestre devotus vester Thomas Aladari, comes Novicastri, ambaxiator devoti filii vestri domini Lodovici, regis Ungarie, quatenus . . . sibi in personam dilecti familiaris sui Petri Johannis, clerici Vesprimiensis diocesis, specialem gratiam facientes, de dignitate seu personatu aut officio cum cura vel sine cura, pertinente ad collationem, provisionem seu quamvis aliam dispositionem episcopi Vesprimiensis, si vacat ad presens vel quamprimum in dicta ecclesia vacare contigerit, sibi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis conferendam vel conferendum donationi apostolice dignemini providere; cum acceptatione, inhibitione, decreto et clausula anteferri. Non obstante, quod idem Petrus canonicatum cum prebenda in ecclesia Albensi et in dicta ecclesia Vesprimiensi canonicatum sub expectatione prebende per litteras sanctitatis vestre dinoscitur obtinere; et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoriis.

Vel sibi similem gratiam facientes, ad collationem vel provisionem etc. prepositi Albensis, Vesprimiensis diocesis, cum omnibus non obstantibus et clausulis supradictis.

Fiat usque ad summam quadraginta marcarum cum cura, triginta sine cura. R.

Item, quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, decimo octavo kalendas Octobris, anno quarto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VI. Pars I. fol. 11.)

CXX.

1345. Szeptember 14.

VI. Kelemen pápa Péter, fehérvári kanonok részére a veszprémi püspök adományozásához tartozó egyházi méltóságot reservál.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Petro Johannis, canonico ecclesie Albensis, Wesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes itaque tibi . . . graciam facere specialem, dignitatem, vel personatum seu officium, cum cura vel sine cura, cuius fructus, . . . si cum cura, quadraginta, si vero sine cura sint, triginta marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, spectans . . . ad collacionem . . . prepositi Albensis, . . . tibi conferendam vel conferendum . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus, quod in Albensi . . . canonicatum et prebendam et in Wesprimiensi ecclesiis canonicatum sub expectacione prebende nosceris obtinere . . . Datum Avinione, octavodecimo kalendas Octobris, anno quarto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 171. fol. 10.)

CXXI.

1345. Szeptember 30.

István, ó-budai prépostnak VI. Kelemen pápához intézett folyamodása, melyben a maga reszére a prépostságnak ujból adományozását és káplánja, Benedek részére erdélyi javadalom reserválását kéri.

Pater sanctissime, nuper ad supplicationem devoti vestri Pauli, comitis ambaxiatoris domini regis Ungarie prepositurarn de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, etiam si curam animarum haberet ac canonicatum et prebendam ecclesie Waradiensis, qui per consecrationem Demetrii, electi Waradiensis, tunc et adhuc in proximo vacare sperabantur et sperentur, conferendos Stephano Laurentii, clerico Jauriensis diocesis, nepoti ipsius comitis, donationi apostolice per vestras litteras reservastis, non obstante, quod idem Stephanus canonicatum et prebendam ac lectoratum in ecclesia Bachiensi obtineret cum cura, ut dictam prepositurarn libere recipere et una cum dicto

[1] Ugyanazon napon a veszprémi püspököt, a veszprémi főesperest és Gálfi Péter esztergomi kanonokot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

lectoratu sine cura licite retinere posset, auctoritate apostolica dispensantes... Cum autem de permutatione, quam dictus Stephanus ante datam dictarum litterarum de dictis lectoratu, canonicatu et prebenda ad archidiaconatum Albensem in partibus Transsilvanis, cum reverendo patre domino Guillelmo sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali fecerat, nulla per inadvertenciam in eisdem litteris mentio facta fuerit; ac postmodum dominus cardinalis lectoratum, canonicatum et prebendam et Stephanus predicti archidiaconatum eosdem in vestris manibus duxerint resignandos; humiliter supplicant Guillelmus cardinalis et Stephanus predicti, quatenus ad omne dubietatis scrupulum auferendum, preposituram de Veteribuda et canonicatum et prebendam Waradiensem predictos, conferendos dicto Stephano de novo iuxta premissum modum, reservare, dictosque lectoratum, canonicatum et prebendam Bachiensem sibi conferre dignemini de gratia speciali... Fiat et dispensamus R.

Item supplicat predictus Stephanus nepos, ut supra, quatenus sibi in personam dilecti domestici capellani sui Benedicti Helye, presbyteri Vesprimiensis diocesis, specialem gratiam facientes, dignitatem, personatum, officium seu beneficium cum cura vel sine cura, spectantem seu spectans ad... dispositionem... episcopi et capituli ecclesie Albensis in partibus Transsilvanis, si qua si quis vel si quod in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, eidem in personam eiusdem conferendam seu conferendum donationi apostolice dignemini reservare,... non obstante, quod eidem Benedicto de canonicatu Waradiensis ecclesie sub expectatione prebende olim auctoritate apostolica duxeritis providendum... Fiat usque ad summam triginta marcarum cum cura, viginti, sine cura. R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, secundo kalendas Octobris, anno quarto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VI. Pars I. fol. 44. t.)

CXXII.

1345. Október 11.

VI. Kelemen pápa Mihály, pozsonyi kanonoknak veszprémi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Michaeli Gyinke, canonico ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, salutem etc.... Canonicatum ecclesie Vesprimiensis... tibi... conferimus,... prebendam vero et dignitatem, vel personatum, vel officium... reservamus... Non obstantibus,... quod canonicatum in ecclesia Posoniensi nosceris obtinere... Datum Avinione, quinto idus Octobris, anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 169. Anni IV. pars II. f. 185. — THEINER. I. 700.)

CXXIII.

1345. Október 11.

VI. Kelemen pápa Tamásfi Lászlónak ó-budai kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Ladislao Thome, canonico ecclesie sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie beati Petri de Veteribuda . . . tibi conferimus, . . . prebendam vero . . . reservamus . . . Datum Avinione, quinto idus Octobris, anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 169. Anni IV. p. II. f. 118. — THEINER. I. 700.)

CXXIV.

1345. Október 12.

VI. Kelemen pápa Péter, fehérvári főesperesnek a trencséni főesperességet adományozza.

Clemens episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Galhardo), Vesprimiensi et (Jacobo), Zagrabiensi ac (Michaeli), Vaciensi episcopis salutem etc. Laudabile testimonium, quod dilecto filio Petro Stephani, archidiacono Albensi in ecclesia Vesprimiensi apud nos . . . perhibetur, digne nos excitat et inducit, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Sane petitio dicti Petri nobis nuper exhibita continebat, quod dudum dilectus filius Sebastianus, nunc archidiaconus Zaladiensis in eadem Vesprimiensi ecclesia, tunc obtinens archidiaconatum Trinchiniensem in ecclesia Nitriensi, fuit lectoratum ecclesie Vesprimiensis . . . alias canonice sibi oblatum pacifice assecutus . . . Cum itaque . . . prefatus archidiaconatus . . . tanto tempore vacaverit et vacet ad presens, quod eius collatio est . . . ad sedem apostolicam devoluta, . . . mandamus, quatenus . . . archidiaconatum Trinchiniensem predictum . . . eidem Petro Stephani . . . conferre et assignare curetis . . . Volumus autem, quod quamprimum . . . dictus Petrus Stephani . . . archidiaconatus Ttrinchiniensis possessionem pacificam fuerit assecutus, archidiaconatum Albensem . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione, quarto idus Octobris, anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 168. Anni IV. L. II. f. 86. — THEINER. I. 890.)

CXXV.

1346. Márczius 30.

VI. Kelemen pápa Lajos királynak. Köszöni, hogy István, veszprémi püspöknek a kalocsai érsekségre történt előmozdíttatásában megnyugszik. Értésére adja, hogy Galhardus, veszprémi püspöknek más püspöki székre áthelyezése tárgyában előadott kérését nem teljesítheti.

Clemens episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri. Pridem tuis, fili carissime, nuntiis apud sedem apostolicam presentibus, per dilectum filium Boniohannem de Campello, archidiaconum Orodiensem, capellanum tuum, nobis fuerunt presentate tue regie celsitudinis littere, continentes, quod licet inclite memorie Carolus rex, genitor tuus, dum ageret in humanis, et eo, sicut domino placuit, sublato postmodum de medio, carissima in Christo filia nostra Helisabeth, regina Ungarie, genitrix tua, tuque deinde nobis per diversas litteras supplicavissetis instanter, ut venerabilem fratrem nostrum Stephanum, archiepiscopum Colocensem, nequaquam vellemus preficere Colocensi ecclesie tunc vacanti, tamen ipsum per nos ad ecclesiam ipsam promotum;[1] visis promotionis sue huiusmodi et recomendatoriis litteris nostris, eundem ad ecclesiam ipsam, ne posses inobedientie filius vocari vel argui, favorabiliter admisisti. Nos igitur contentis in huiusmodi tuis litteris, quas benigne recepimus, intellectis, tuam magnificentiam regiam exinde cum gratiarum actionibus commendantes, eam volumus pro certo tenere, quod dum te in reverentia et devotione sancte Romane ecclesie, matris tue, clare memorie progenitorum tuorum laudabilia sequendo vestigia, tanquam benedictionis et gratie tenueris, ampliari spiritualibus et temporalibus commodis et honoribus semper uberius mereberis apud Deum. *(Sic.)*

Ceterum quia in eisdem adiicit litteris regia celsitudo, ut ex eo, quod venerabilem fratrem nostrum Galhardum, episcopum Vesprimiensem, quem nos dudum ab ecclesia Cenadiensi, cuius presulatus presidebat regimini, ad ecclesiam Vesprimiensem tunc vacantem, auctoritate apostolica transtulimus,[2] recusasti admittere, non miremur; nichilominus subiiungendo, quod, sicut alias dicta regina nobis scripserit, eadem Vesprimiensis ecclesia per reginam Ungarie fuerat fundata, et quicunque illi presidens episcopus regine Ungarie cancellarius et primus in consilio esse debet, et ad eum ex antiquis privilegiis pertinet reginam Ungarie coronare; et cum eedem littere describebant, per prefatum Galhardum episcopum,

[1] István veszprémi püspököt a pápa 1345 márczius 2-ikán mozdította elő a kalocsai érsekségre. (L. CXVI. szám alatt.)

[2] Lásd a CXVII. számot.

lingvam ignorantem ungaricam, premissa exequi commode non valerent, nobis humiliter supplicabas, ut eundem episcopum transferre ad aliam ydiomatis sui ecclesiam, et dilectum filium Nicolaum, dudum electum in ecclesia Colocensi, secretarium tuum, dicte Vesprimiensi ecclesie preficere dignaremur.

Nos itaque ad hec tibi, fili dilectissime, breviter respondemus, quod intellecto, dictum Galhardum episcopum ad prefatam Vesprimiensem ecclesiam per te non fuisse admissum, non indigne fuimus, premissis non obstantibus, admirati; habemus siquidem per relacionem fide dignorum, quod in eadem ecclesia fuerunt hactenus episcopi lingvam ungaricam ignorantes, qui per prepositum ecclesie sue, vel aliam personam idoneam faciebant, quando eis videbatur expediens, cancellarie predicte officium exerceri; et cum tibi, fili amantissime, per litteras apostolicas de translatione predicta constiterit, et ipsum episcopum tibi utique devotum, et hactenus obsequiosum domui tue regie, non admiseris, satis, attenta devotione tua, quam ad memoratam ecclesiam Romanam gerere dinosceris, admirari debuimus et debemus. Profecto, fili percarissime, ut huiusmodi tua clarius fulgeret devocio, prius permisisse debueras supradictum Vesprimiensem episcopum ecclesie sue ac bonorum illius pacifica possessione gaudere, quam translationem postulares ipsius, quam sedes apostolica sine Dei offensa et sue honestatis indecencia nequit facere, ipso episcopo eadem possessione vituperabiliter sic frustrato. Nec tuam serenitatem latere credimus, quod tuis sepe repetitis precibus inclinati, prefatum Nicolaum ecclesei Quinqueecclesiensi, pridem vacanti, prefecimus in episcopum et pastorem. Rogamus itaque magnitudinem regiam, et attencius in domino exhortamur, quatenus prenominatum Galhardum episcopum ad sepefatam ecclesiam admittas favorabiliter et benigne, vicarios et procuratores ipsius, tui honoris et comodi fervidi zelatoris plena et pacifica permittendo possessione predicta gaudere; de nobis, fili amantissime, plenam fiduciam habiturus, quod tam super translatione predicta, cum se nobis facultas obtulerit, quam aliis tuis oportunitatibus nos propicios, quantum cum Deo poterimus, reperies et benignos. Datum Avinione, tercio kalendas Aprilis, anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 139. Anni IV. ep. 1011. — THEINER. I. 711.)

CXXVI.

1346. Márczius 30.

VI. Kelemen pápa Erzsébet, magyar királyne közbenjárását kéri ki Galhard veszprémi püspök érdekében.

Clemens episcopus etc. Carissime in Christo filie (Elisabethe), regine Ungarie. Non sine admiracione magna percepto, quod carissimus in Christo filius noster Ludovicus, rex Ungarie illustris, vir tuus venerabilem fratrem nostrum Galhardum, episcopum Vesprimiensem, quem iam est annus elapsus ab ecclesia Cenadiensi, cuius presulatus possidebat regimen, ad Vesprimiensem ecclesiam tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum, ad huc ad possessionem ipsius ecclesie ac bonorum eiusdem admittere recusavit, eidem regi super admissione ipsius litteras nostras dirigimus oportunas. Quocirca serenitatem tuam rogamus attente, quatenus vicarios et procuratores eiusdem episcopi, pro divina et apostolice sedis reverencia, favore benigno pertractans, ut idem rex eos nomine dicti episcopi ad eandem possessionem admittat, partes tue solicitudinis interponas. Datum Avinione, tercio kalendas Aprilis, anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 139. Anni IV. ep. 1013.)

CXXVII.

1346. Június 15.

VI. Kelemen pápa Ó-budai Sebestyénnek in defectu natalium dispensatiót ád.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri (Galhardo), *(sic)* episcopo Wesprimiensi salutem etc. . . . Constitutus in presencia nostra dilectus filius Sebastianus de Veteribuda, subdiaconus tue diocesis, nobis humiliter supplicavit, ut cum ipso super defectu natalium, quem patitur a presbitero genitus et soluta, quod eo non obstante defectu, possit ad superiores ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, . . . dispensare misericorditer dignaremur. Cum autem idem subdiaconus, quem per certos examinatores examinari fecimus diligenter, inventus sit . . . convenienter ydoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, nos de vita et conversacione ipsius subdiaconi noticiam non habentes, fraternitati tue . . . mandamus, quatenus, . . . si dictus subdiaconus alias sit ydoneus, nec sit paterne incontinencie imitator, sed bone conversacionis, . . . secum . . . super premissis . . .

dispenses . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, decimo septimo kalendas Julii, anno quinto.

(Regesta Vaticana. Volumen 176. fol. 69. t. — THEINER. I. 728.)

CXXVIII.

1346. Június 23.

VI. Kelemen pápa Bálint, váradi papnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Valentino Johannis Rence (?), canonico ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, salutem, . . . Canonicatum ecclesie Albensis . . . tibi . . . conferimus, . . . prebendam vero . . . reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod magistratum altaris beati Petri apostoli in ecclesia Waradiensi et capellam ville Bezermen, Waradiensis diocesis, nosceris obtinere . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, nono kalendas Julii, anno quinto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 177. fol. 307. t.)

CXXIX.

1346. Július 19.

VI. Kelemen pápa a brindisi érsekségre előmozdított Galhardus de Carceribus püspök helyére János, pécsi prépostot veszprémi püspökké nevezi ki.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni, electo Vesprimiensi, salutem etc. . . . Nuper siquidem vacante ecclesia Vesprimiensi pro eo, quod nos venerabilem fratrem nostrum Galhardum, archiepiscopum Brundusinum, tunc episcopum Vesprimiensem, apud sedem apostolicam constitutum . . . ad ecclesiam Brundusinam . . . duximus transferendum . . . Nos diu ante vacationem huiusmodi dicte Vesprimiensis ecclesie, omnes cathedrales ecclesias tunc apud eandem sedem quocunque modo vacantes et vacaturas inposterum apud eam, dispositioni nostre duximus reservandas . . . Post deliberationem, quam de preficiendo eidem Vesprimiensi ecclesie personam ydoneam . . . habuimus diligentem . . . demum ad te, prepositum

[1] Ugyanazon napon a váradi és egri püspököket és a pozsonyi prépostot megbízza, hogy rendelkezését foganatosítsák.

ecclesie sancti Johannis de castro Quinqueecclesiensi, in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum, . . . direximus oculos nostre mentis, . . . teque illi preficimus in episcopum et pastorem . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quartodecimo kalendas Augusti, anno quinto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 173. Anni V. L. I. P. I. f. 33. — THEINER. I. 721.)

CXXX.

1346. Szeptember 10.

István, kalocsai érseknek Egri János, budai lakos és János, ó-budai kanonok érdekében VI. Kelemen pápához intézett kérvénye.

Supplicat sanctitati vestre devota creatura vestra Stephanus, archiepiscopus Colocensis, quatenus . . . plenariam remissionem peccatorum suorum concedere dignemini, ut in forma . . . Johanni Jacobi de Agria, habitatori Bude, Vesprimiensis diocesis, compatri suo. Fiat. R.

. . . . . .

Item supplicat, quatenus gratiam dignemini facere Johanni Martini, clerico suo de canonicatu et prebenda ecclesie Vaciensis, non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie de Veteri Buda, Vespriminnsis diocesis, noscitur obtinere, et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoriis. Fiat. R.

Item, quod transeat sine alia lectione. Fiat. R.

Datum Avinione, quarto idus Septembris, anno quinto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus V. p. III. f. 14)

CXXXI.

1346. Szeptember 12.

Magyarországi Denes VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy Andrásfi János, nyitrai papnak a veszprémi olvasó-kanonokságot adományozza.

Supplicat sanctitati vestre humiliter et devote frater Dionisius de Ungaria, capellanus sanctitatis eius, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis Andree,

---

[1] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz és hívekhez, az esztergomi érsekhez és a magyar királyhoz a szokásos értesítő levelek küldetnek.

clerici Nitriensis, specialem gratiam faciendo, eidem Johanni de lectoratu ecclesie Wesprimiensis, vacante apud sedem apostolicam, per assecutionem prepositure ecclesie Jauriensis auctoritate apostolica habitam per Brictium Johannis, eiusdem ecclesie prepositi, qui quidem lectoratus XX. marcharum argenti valorem annuum in redditibus non excedit, cum iuribus et pertinentiis suis et fructibus ex ipso lectoratu medio tempore perceptis, gratiose dignemini providere. Non obstante, quod quidam Johannes Andree lectoratum eundem de facto detinet occupatum, seu quod idem Johannes, auctoritate litterarum sanctitatis vestre in comuni forma obtentarum, ecclesiam sancti Adalberti de Verebel vacantem noscitur acceptasse, de qua sibi per executionem gratie sibi facte provideri non potuit, obtinere, quas litteras et processum habitum per eosdem et quecunque inde sequuta decernere dignemini in suo robore duratura, Bonifacii et quacunque alia constitutione in contrarium edita non obstante et cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis et executoriis. Fiat R. Et sibi gratia remaneat R.

Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, secundo idus Septembris, anno quinto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni V. p. III. f. 15.)

CXXXII.

1346. Szeptember 12.

VI. Kelemen pápa Andrásfi Jánosnak a veszprémi olvasó-kanonokságot adományozza.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni Andree, lectori ecclesie Wesprimiensis, salutem etc. . . . Johannes papa XXII. . . . volens . . . Briccio Johannis de Zala, canonico Jauriensi graciam facere specialem, de prepositura ecclesie Jauriensis . . . eidem Briccio provideri volens, inter cetera ordinavit, quod postquam idem Briccius . . . prepositure foret possessionem pacificam assecutus, lectoriam ecclesie Wesprimiensis . . . dimittere teneretur . . . Cum itaque postmodum dictus Briccius eandem preposituram, . . . prefato predecessore adhuc in humanis agente, fuerit pacifice assecutus, et propterea dicta lectoria vacavisse et adhuc vacare noscatur ad presens, licet dilectus filius Johannes Andree illam detineat occupatam, nullusque de lectoria ipsa, de qua sic vacante dictus Johannes et pie memorie Benedictus papa XII. . . . minime ordinarunt, preter nos hac vice disponere potuerit, neque possit, . . . tibi . . . predictam lectoriam . . . conferimus . . . Non obstantibus, . . . quod tu dudum, vigore litterarum nostrarum . . . parochialem ecclesiam de Verebel, Strigoniensis diocesis, . . . acceptaveris, de qua tamen . . . tibi . . . nondum est provisum . . . Volumus autem, quod quamprimum predictam

lectoriam . . . fueris assecutus, predictam ecclesiam, si illam interim assequaris forsitan, . . . cedere tenearis . . . Datum Avinione, secundo idus Septembris, anno quinto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 171. fol. 220.)

CXXXIII.

1346. Deczember 2.

Miklós, pécsi püspök VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy káplánjának, Cseszki Miklósnak veszprémi kanonokságot adományozzon.

Supplicat sanctitati vestre humilis et devota creatura vestra Nicolaus, episcopus Quinqueecclesiensis, . . . quatenus sibi in personam capellani sui Nicolai de Chesk, Wesprimiensis diocesis, specialem gratiam faciendo, de canonicatu ecclesie Wesprimiensis, cum plenitudine iuris canonici, eidem dignemini providere, prebendam vero dicte ecclesie vacantem vel vacaturam dicto Stephano conferendam donationi apostolice specialiter reservare. . . .

Fiat. R.

Et quod transeat sine alia lectione.

Fiat. R.

Datum Avinione, quarto nonas Decembris, anno quinto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus V. p. III. f. 153.)

CXXXIV.

1346. Deczember 2.

VI. Kelemen pápa Cseszki Miklósnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Stephano Nicolai de Chesk, canonico Wesprimiensi salutem etc. . . . Canonicatum et prebendam ecclesie Wesprimiensis . . . tibi . . . conferimus, . . . prebendam vero . . . reservamus. . . . Datum Avinione, quarto nonas Decembris, anno quinto.[2]

(Regesta Vaticana. Volumen 177. f. 351. — THEINER. I. 728.)

[1] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosításával a brindisi érseket, a nyitrai püspököt és a váczi prépostot megbízza.

[2] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosításával a pécsi püspököt, a pécsváradi apátot és az aradi főesperest megbízza.

CXXXV.

1346. Január 15.

János, veszprémi püspök VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy eddig birt javadalmait ezentúl is megtarthassa.

Supplicat sanctitati vestre humilis factura vestra Johannes, electus ecclesie Wesprimiensis, ut cum fructus ad mensam episcopalem suam pertinentes sint satis tenues, quatinus prepositurам ecclesie sancti Johannis baptiste in castro Quinque-ecclesie existentem et canonicatus et prebendas, quos in Strigoniensi et Quinque-ecclesiensi ecclesiis tempore promotionis per eamdem sanctitatem de ipso factam, obtinebat, sicut adhuc obtinet, commendandos sibi post consecrationem predictam dignemini reservare, ut ipse dicta beneficia etiam post consecrationem libere recipere et licite retinere valeat, . . . dispensantes.

Teneat usque ad tempus, quo sibi consecrationem duxerimus promovendam R. Datum Avinione, XVIII. kalendas Februarii, anno quinto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus V. p. I. f. 46.)

CXXXVI.

1347. Márczius 18.

VI. Kelemen pápa Jakabnak, Reidger fiának, veszprémi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Jacobo Reydgerii, canonico ecclesie Vesprimiensis salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie Vesprimiensis . . . tibi conferimus, . . . prebendam vero et dignitatem . . . reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod canonicatum in ecclesia Agriensi nosceris obtinere. . . . Datum Avinione quintodecimo kalendas Aprilis, anno quinto.

(Regesta Vaticana. Vol. 173. Annus V. p. I. f. 3. — THEINER. I. 700., 728.)

CXXXVII.

1347. Márczius 25.

János, veszprémi püspök a püspöki megerősítésért járó díjak lefizetése iránt rendelkezik.

Nos Chanadinus, Dei et apostolice gracia Strigoniensis . . . et Stephanus, Colocensis . . . ecclesiarum archiepiscopi, notum facimus, . . . quod . . . Johannes, eadem gracia electus et confirmatus ecclesie Vesprimiensis, aule domine regine cancellarius, in iure canonico licentiatus, comes capelle et secretarius cancellarius . . . Ludovici, Dei gracia regis Ungarie, nostri in presencia personaliter constitutus, fecit, constituit et ordinavit suos veros et legitimos procuratores et nuncios speciales . . . Gyllermum de Pusterla, patriarcham Constantinopolitanum, ac . . . fratrem Blasium, ordinis heremitarum sancti Augustini, domini nostri pape penitentiarium, Johannem Dominici dictum Lombus et magistrum Gyllermum Gichberti, canonicum Quinque-ecclesiensem, . . . ad offerendum et promittendum . . . sacri collegii dominorum cardinalium ac . . . domini nostri pape camerariis, commune servitium offerri consvetum dictis domino nostro pape et sue camere ac collegio dominorum cardinalium, necnon et quecumque servicia consveta pro familiaribus et officialibus eorundem, seu illas pro dictis serviciis pecunie quantitates, de quibus cum ipsis . . . poterunt concordare, . . . et ad obligandum ipsum dominum electum ac ecclesiam suam . . . et ad promittendum de veniendo personaliter ad curiam Romanam, . . . et ad subiiciendum et admittendum ipsum dominum electum et suam ecclesiam et successores suos et bona predicta iurisdictioni ipsorum dominorum camerariorum, . . . et ad recipiendum in se ac acceptandum omne preceptum, mandatum, monicionem, omnesque sentencias excommunicacionis, suspensionis et interdicti promulgandas per ipsos dominos camerarios, . . . si non adinpleverit predicta, . . . promittens se ratum, firmum ac gratum perpetuo habiturum, quidquid per eosdem procuratores . . . factum, actum, ordinatum et procuratum fuerit . . . Datum Bude, vigesimo quinto die mensis Martii, anno dominice incarnationis millesimo tercentesimo quadragesimo septimo. . . .

(Eredetije a vatikáni levéltárban. Instrumenta miscellanea. Capsa 215. num. 17. — THEINER. I. 736.)

CXXXVIII.

1347. Június 8.

VI. Kelemen pápa Miklós, fehérvári kanonok részére esztergomi kanonokságot reservál.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Demetri, canonico Albensi, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Cum itaque canonicatus, et prebenda ecclesie Strigoniensis, quos Nicolaus, electus Nitriensis . . . obtinet, . . . vacare sperentur, . . . eosdem . . . conferendos tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Avinione, sexto idus Junii, anno sexto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 179. fol. 37.)

CXXXIX.

1347. Október 28.

Az egri püspök VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy Mesko, elhúnyt veszprémi püspöknek a dörögdi plébánia iránt tett rendelkezéseit erősítse meg.

Significat sanctitati vestre Nicolaus, episcopus Agriensis, quod olim bone memorie Mesko, episcopus Vesprimiensis ecclesiam beati Andree de Durud,[2] Vesprimiensis diocesis, que de patronatu paterne domus et consanguineorum ipsius episcopi Agriensis existit, et ipsius sacerdotem parochialem, eiusque successores ab omni iurisdictione, potestate et prestacione archidiaconali et magistrali, de ipsorum consensu, exemit, decimas quoque maiores et minores, valoris annui trium marcharum argenti secundum taxationem decime, quas idem episcopus et predecessores sui a certis nobilibus et villis parochialis ipsius ecclesie sancti Andree tunc expressis, in quarum una erat, prout est, quedam capella seu oratorium in honore beate Marie virginis subiectum dicte ecclesie sancti Andree, habere consueverant et debebant, eidem ecclesie sancti Andree annexuit et donavit, et voluit, quod rector ipsius ecclesie sancti Andree plebanus vocaretur ac in omnibus plena exemptione gauderet; hoc tamen adiecto, quod plebanus sive rector ecclesie sancti Andree predictus in dicta capella beate Marie virginis unam missam in singulis septimanis, impedimento

[1] Ugyanezen napon rendelkezésének foganatosításával a brindisi érseket, a váczi püspököt és az ó-budai prépostot megbízta.

[2] Ma Talián-Dörögd, plébánia a zalai főesperességben.

cessante, teneatur celebrare; in hiis omnibus sui capituli accedente consensu, que omnia fuerunt per venerabilem patrem dominum Chanadinum, archiepiscopum Strigoniensem auctoritate metropolitana confirmata, prout in litteris inde confectis dictorum archiepiscopi, episcopi et capituli sigillis munitis plenius continetur. Quare humiliter supplicat dictus episcopus, quatenus donationem, concessionem, exemptionem et unionem huiusmodi dignemini auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare, tenores dictarum litterarum vestris litteris inseri faciendo. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, quinto kalendas Novembris, anno sexto.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus V. p. II. f. 167. t.)

CXL.

1347. Decz̃ember 23.

VI. Kelemen pápa Mesko, veszprémi püspöknek a dörögdi plébánia iránt tett rendelkezéseit megerősíti.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. . . . Sane petitio venerabilis fratris nostri Nicolai, episcopi Agriensis nuper nobis exhibita continebat, quod dudum bone memorie Mesko, episcopus Wesprimiensis, considerata exiguitate et parvitate reddituum et obventionum ecclesie beati Andree de Durud,[1] Wesprimiensis diocesis, cuius quidem ecclesie idem Nicolaus, episcopus Agriensis et fratres et consangvinei eius patroni existunt, ipsam ecclesiam beati Andree et sacerdotem parochialem ipsius, de consensu dilectorum filiorum prepositi et archidiaconi Zaladiensis ac capituli ecclesie sue Wesprimiensis, ab omni iurisdictione, potestate et prestatione archidiaconali et magistrali in perpetuum exemit; quodque decimas maiores et minores, valoris annui trium marcharum argenti, . . . quas idem episcopus Wesprimiensis et predecessores sui . . . a certis nobilibus et villis parochialibus ipsius ecclesie sancti Andree, tunc expressis, in quarum una erat, prout est, quedam capella seu oratorium in honore beate Marie virginis, subiectum dicte ecclesie sancti Andree, consveverunt et habere debuerunt, eidem ecclesie sancti Andree perpetuo annexuit et donavit; et voluit, quod ipsius ecclesie rector plebanus vocaretur, et in omnibus plena exemptione gauderet; hoc tamen adiecto, quod plebanus sive rector ipsius ecclesie sancti Andree predictus in dicta capella beate Marie virginis unam missam in singulis septimanis . . .

[1] A «Durugd» áll Mesko, veszprémi püspök oklevelében.

teneretur celebrare; in hiis omnibus dicti sui capituli accedente consensu, que omnia per venerabilem fratrem nostrum Chanadinum, archiepiscopum Strigoniensem fuerunt auctoritate metropolitica confirmata, prout in litteris dictorum episcopi et capituli et archiepiscopi . . . plenius continetur. Quare pro parte ipsius Nicolai episcopi nobis extitit humiliter supplicatum, ut exemptionem, annexionem et donationem . . . confirmare . . . dignaremur, tenores dictarum litterarum in nostris litteris inseri faciendo. Nos igitur . . . exemptionem, annexionem, donationem et voluntatem predictas . . . confirmamus. . . . Tenores autem dictarum litterarum tales sunt.[1] . . . Datum Avinione, decimo kalendas Januarii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 184. Anni VI. L IV. Pars. II. f. 148. — THEINER. I. 749.)

CXLI.

1348. Január 13.

VI. Kelemen pápa János, veszprémi püspököt értesíti, hogy az elődje részére fizetendő evdíj terhétől közelebb fölmenti.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni, electo Vesprimiensi. Desiderantes, propter affectionem, quam ad te gerimus, Vesprimiensem ecclesiam, cui prees, ab onere pensionis, in quo ecclesia ipsa venerabili fratri nostro Galhardo, archiepiscopo Brundusino obligatur, ut nosti, reddere liberam et immunem, eundem ad aliam ecclesiam transferre procuramus, duce Deo. Datum Avinione, idibus Januarii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 141. Anni VI. ep. 983.)

CXLII.

1348. Január 20.

VI. Kelemen pápa Tamásfi Mihálynak fehérvári kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Michaeli Thome de Inka, canonico ecclesie beate virginis Alberegalis, Wesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes

[1] Következnek: Mesko, veszprémi püspöknek 1338 julius 15 és Csanád, esztergomi érseknek 1338 julius 22-én kelt oklevelei.

itaque tibi, nullum adhuc, ut asseritur, beneficium ecclesiasticum assecuto ... gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie beate virginis Alberegalis ... tibi conferimus, ... prebendam vero ... reservamus. Datum Avinione, terciodecimo kalendas Februarii, anno sexto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 179. fol. 282.)

CXLIII.

1348. Január 26.

VI. Kelemen pápa Lajos, magyar királyt értesíti, hogy a veszprémi püspökséget a Galhard, brindisi érsek javára rendelt évdíj terhétől felszabadítandó, Galhardot mielőbb más érseki székre fogja áthelyezni.

Clemens episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri. Desiderantes Vesprimiensem ecclesiam ab onere pensionis, in qua venerabili fratri nostro Galhardo, archiepiscopo Brundusino obligata est, consideratione tui precipue, qui nobis supplicasti super hoc, liberari, proponimus, quam cicius poterimus comode, ad ecclesiam aliam transferre archiepiscopum memoratum. Datum Avinione, septimo kalendas Februarii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 141. Anni VI. ep. 1022. — THEINER. I. 732.)

CXLIV.

1348. Május 1.

VI. Kelemen pápa a Lajos király kíséretében Nápolyban tartózkodó veszprémi püspöknek figyelmébe ajánlja az apostoli kamara érdekeit.

Dilecto filio Johanni, electo Vesprimiensi, salutem etc. Sperantes negocia camere apostolice in regno Sicilie citra farum, interposicionis tue studio mediante, favorabilius expediri, discrecionem tuam attente rogamus, quatenus negocia ipsa et quoscumque familiares et officiales venerabilis fratris nostri Guillermi, episcopi Casinensis, prosequentes eadem, sic pro nostra et apostolice sedis reverencia

[1] Ugyanazon napon a toulousei érseket, a váczi és pécsi püspököket ezen rendelkezés foganatosításával megbízza.

suscipias commendatos, quod devocionem tuam dignis graciarum actionibus prosequamur. Datum Avinione, kalendis Maii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 141. Anni VI. ep. 1400. — THEINER. I. 756.)

CXLV.

1348. Május 25.

VI. Kelemen pápához intézett folyamodások, Szegvári András, veszprémi pap és Olaszi János, ó-budai kanonok érdekében.

Item dignemini providere Andree Nicolai de Seguar, clerico Wesprimiensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Wesprimiensis et quibusdam capellis in archidiaconatu Simigiensi, que ipse Guillelmus [1] cum eadem canonia in prefata ecclesia Wesprimiensi possidebat, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis etc. ut supra.

Fiat. R.

Item dignemini providere Johanni Martini de Olezy, canonico Budensi, expectanti prebendam canonicalem in ecclesia Vaciensi, de canonicatu Strigoniensis ecclesie et prebenda, vacantibus per eundem Guillelmum, cum omnibus iuribus etc. ut supra.

Fiat. R.

Datum Avinione, octavo kalendas Junii, anno septimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VII. p. I. fol. 31. t. függelék.)

---

[1] A megelőző supplicatio így hangzik:

Motu proprio dignetur sanctitas vestra familiaribus archiepiscopi Colocensis Ungaris, videlicet pro Blasio Stephani de Oziag, presbitero Quinqueecclesiensis diocesis, specialem gratiam facientes, de canonicatu et prebenda Quinqueecclesiensibus, vacantibus per mortem Guillelmi Giberti Biterrensis, qui in curia Romana decima nona die mensis Maii diem clausit extremum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, et clausulis oportunis et executoriis, ut in forma.

CXLVI.

1348. Június 19.

Erzsébet királyné VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy a tőle építtetett ó-budai prépostsági templomnak búcsút engedélyezzen, őt magát felhatalmazza, hogy a nap bármely órájában misét szolgáltathasson, és a magyarországi Pálos-rend javára, a fehérvári prépost-tól, mint pápai biztostól tett rendelkezését erősítse meg.

Supplicat sanctitati vestre devota vestra filia Elizabeth, regina Ungarie, quatinus sibi et preposito ac capitulo ecclesie beate Marie virginis in Veteri Buda, Wesprimiensis diocesis, quam ipsa iuxta ecclesiam beati Petri apostoli ibidem, de novo ad honorem et sub titulo ac nomine predicte beate Marie construi fecit, specialem gratiam facientes, eidem ecclesie in die, qua consecrabitur, tot annorum indulgentias concedere dignemini et largiri, quot in consecratione ipsius interfuerunt archiepiscopi et episcopi, et totidem imposterum in die anniversarii consecrationis eiusdem, predictasque indulgentias, nec non centum dierum in festivitatibus infrascriptis videlicet nativitatis, epiphanie, resurrectionis et ascensionis domini, penthecostes, sancte trinitatis et corporis Christi, ac in omnibus festivitatibus beate Marie virginis memorate et duodecim apostolorum ac quatuor evangelistarum, sancti Johannis baptiste, sanctorumque Laurentii et Stephani martirum, Michaelis archangeli, Martini et Nicholai pontificum et confessorum, nec non sanctorum confessorum Stephani et Ladislai, regum Ungarie, et sancti Emerici, ducis Ungarie, confessoris, omnibus Christi fidelibus, qui predictam ecclesiam in predictis festivitatibus, et per octabas earumdem, causa devotionis, visitaverint, concedere dignemini . . . Fiat in die consecrationis de septem annis et septem quadragenis et postmodum in festis dedicationis perpetuo de uno anno et una quadragena R.

Item supplicat, quatinus ei concedere dignemini et indulgere, quatinus possit sibi, quociens voluerit, tam de die, quam etiam ante auroram vel post, peculiares missas, ubicumque ipsa fuerit personaliter constituta per ydoneos sacerdotes facere celebrari auctoritate apostolica, ut in forma. Fiat R.

Item sanctissime pater, cum venerabilis vir dominus Thatamerius, prepositus ecclesie Alberegalis, Wesprimiensis diocesis, religiosos viros priores et fratres sancti Pauli, primi heremite ordinis sancti Augustini, intra terminos regni Ungarie a solutione decimarum de terris et vineis per ipsos tunc habitis, quas propriis manibus aut sumptibus excoli faciebant iuxta formam commissionis sibi dudum facte per dominum Johannem, papam XXII predecessorem vestrum, super absolutione seu exemptione solutionis decimarum predictarum absolvit auctoritate apostolica et exemit, ita ut nulli decimas de terris et vineis supradictis, quas excolunt seu excoli

faciunt, ut prefertur, solvere teneantur: supplicat eadem regina, quatinus absolutionem et exemptionem predictas ratas et gratas habentes, easdem dignemini auctoritate apostolica et ex certa scientia confirmare . . . Fiat R.

Item, quod transeant sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, terciodecimo kalendas Julii, anno septimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VII. p. I. f. 105.)

CXLVII.

1348. Június 19.

VI. Kelemen pápa az ó-budai prépostság újon épült templomának búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie virginis de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, quam . . . Elizabet, regina Ungarie illustris, iuxta ecclesiam sancti Petri apostoli ibidem de novo . . . construere fecit canonice, congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die, qua consecrabitur ipsa ecclesia, septem annos et septem quadragenas, illis vero, qui in festo dedicationis eiusdem ecclesie visitaverint annuatim, unum annum et unam quadragenam de iniunctis eis penitentiis . . . relaxamus. Datum Avinione, terciodecimo kalendas Julii, anno septimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 191. Anni VII. Liber V. Pars II. f. 55. — THEINER. I. 765.)

CXLVIII.

1348. Július 13.

A budai prépost VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy László, pécsi papnak budai kanonokságot adományozzon.

Sanctissime pater, cum sanctitas vestra Ladislao Thome, clerico Quinqueecclesiensis diocesis gratiam fecerit specialem de canonicatu sub expectatione prebende Budensis, Vesprimiensis diocesis, et nunc una prebenda vacet apud sedem apostolicam in eadem ecclesia, per mortem Petri, condam canonici eiusdem ecclesie, qui apud sedem eandem diem suum clausit extremum: supplicat scilicet prepositus dicte Budensis ecclesie, quatinus predicto Ladislao de predicta prebenda sic vacante

dignemini providere; non obstante, quod eidem Ladislao de canonicatu sub expectacione prebende in Vesprimiensi ecclesia providistis . . . Fiat R.

Datum Avinione, tertio idus Julii, anno septimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VII. p. I. f. 27.)

CXLIX.

1349. Márczius 22.

Erzsébet királyne VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy a budai prépostságnak temploma és a budai királyi palota kápolnája részére búcsút engedélyezzen.

Supplicat sanctitati vestre devota filia vestra Elizabet, regina Ungarie, quatenus ecclesiam prepositure Budensis, Vesprimiensis diocesis, quam ipsa ad honorem virginis gloriose opere multum sumptuoso construi fecit et complevit, multisque pretiosis jocalibus dotavit et amplius dotare intendit, ob reverentiam matris virginis precumque suarum interventum, gratiis spiritualibus infrascriptis, de benignitate sedis apostolice et de gratia speciali dignemini insignire. In primis supplicat, quatenus in die dedicationis ecclesie predicte et per octavas eiusdem omnibus ibi concurrentibus aliquas indulgentias pietate apostolica dignemini elargiri, prout eidem sanctitati placuerit. Fiat de septem annis et septem quadragenis in die, qua dedicabitur et de uno anno et una quadragena alias R. Et quod transeat sine alia lectione.

Item supplicat, quatenus ut quilibet prelatorum ad eiusdem ecclesie dedicationem convenientium indulgentias hactenus dare consuetas possit, de gratia speciali concedere dignemini, constitutione contraria non obstante. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione.

Item supplicat, quatenus capellam regalem et reginalem, quam in honore beati Martini, episcopi confessoris in castro regali Budensi, Vesprimiensis diocesis, iam fundari fecit, et construi faciet ad plenum, ob reverentiam ipsius beati Martini, ceterarumque reliquiarum, sanctarumque multe sunt et pretiose eandem capellam decorantes, de clementi largitate pietatis apostolice indulgentiis copiosis insignire dignemini. Fiat in festo sancti Martini de uno anno et una quadragena R. Et quod transeat sine alia lectione.

Datum Avinione, undecimo kalendas Aprilis, anno septimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus VII. pars III. fol. 207. t.)

CL.

1349. Márczius 22.

VI. Kelemen pápa a budai királyi palota kápolnájának búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut capella regalis sancti Martini, episcopi et confessoris, quam . . . Elizabeth, regina Ungarie illustris, in castro regali Budensi, Vesprimiensis diocesis, . . . iam fundavit et . . . constitui et compleri fecit, multorum sanctorum pretiosis reliquiis decorata, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in prefati beati Martini festivitatum diebus eandem capellam devote visitaverint annuatim, . . . unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Avinione, undecimo kalendas aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

(Regesta Vaticana Volumen 187. Anni VII. Liber III. f. 114. — THEINER. I. 770.)

CLI.

1349. Márczius 22.

VI. Kelemen pápa a budai prépostság templomának búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia collegiata Budensis, Vesprimiensis diocesis, quam . . . Elizabeth, regina Ungarie illustris, . . . opere multum sumptuoso fecit canonice construi et compleri, eamque multis pretiosis sanctorum reliquiis decoravit, et amplius dotare ac facere dedicari intendit, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die, qua ecclesia ipsa dedicabitur, septem annos et septem quadragenas, eis vero, qui per octavas dedicationis huiusmodi dictam ecclesiam devote visitaverint, . . . unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Avinione, undecimo kalendas Aprilis, anno septimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 187. Anni VII. Liber III. f. 414. — THEINER. I. 772.)

CLII.

1350. *April 8.*

Erzsébet királynénak az ó-budai Klarissza-apáczák és több veszprémmegyei egyházi s világi férfiak érdekében VI. Kelemen pápához intézett folyamodása.

Supplicat sanctitati vestre devota filia et oratrix vestra Elizabeth, regina Ungarie, quatenus omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui monasterium sancte Clare in Veteribuda, ordinis eiusdem sancte, Vesprimiensis diocesis, per ipsam de novo fundatum, in nativitatis, circumcisionis, epyfanie, parasceves, resurrectionis et ascensionis domini, penthecostes, corporis Christi, quatuor precipuis sancte Marie virginis et conceptionis eiusdem virginis, sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis baptiste, singulorum duodecim apostolorum, quatuor evangelistarum, quatuor doctorum, sancti Stephani, sancti Ladislai, regum Ungarie et sancti Emerici, filii sancti Stephani regis predicti, sancti Stephani prothomartiris, sancti Laurentii, sancti Stanislai, sancti Wenceslai, sancti Martini, sancti Nicolai, sancti Francisci, sancti Antonii, sancti Lodowici, sancti Adalberti, sancti Gerhardi et sancte Katerine, sancte Clare, sancte Anne, sancte Margarete et sancte Elizabeth festivitatibus et per octavas festivitatum eorum, octavas habentium, necnon in die, qua ecclesia ipsius monasterii dedicabitur et per octavas dedicationis illius, et ea dedicata in festo dedicationis eiusdem que octavis annis perpetuis causa devotionis visitaverint annuatim, illas concedere dignemini indulgentias, que dicte placuerint sanctitati. Fiat in festo sancte Clare, sancti Francisci et dedicationis ecclesie de uno anno et una quadragena, in aliis de centum diebus. R.

Item supplicat, quatenus dicti monasterii monialibus usque ad decennium indulgere dignemini, ut certas servientes sive famulas seculares, que ipsis servire in ipso monasterio et eis commorari possint, habere valeant, quibuscunque dicti ordinis et aliis constitutionibus contrariis nequaquam obstantibus, de gratia speciali concedere. Fiat iuxta arbitrium provincialis Ungarie R.

Item supplicat, quatenus personis infrascriptis, videlicet Nicolao de Panevoicz, custodi Wratislaviensi, fratri Egidio, confessori ipsius regine, ordinis minorum, Demetrio de Mariad, clerico Vesprimiensis diocesis, Henrico dicto Honberth et Offce eius uxori, Wratislaviensis diocesis, Lorando, Stephlino et Hermanno, filiis Nicolai de Buda, dicte Vesprimiensis diocesis, ut confessor, quem ipsi et eorum quilibet duxerit eligendum, possit eorum cuilibet plenam remissionem omnium peccatorum suorum semel in mortis articulo auctoritate apostolica impertiri, dignemini indulgere, ut in forma. Fiat R.

Item supplicat, quatenus Demetrio de Mariad, custodi thesauri ipsius regine

de canonicatu ecclesie Waradiensis cum reservatione prebende ac dignitatis officii vel personatus cum cura vel sine cura, vacantium ad presens vel cum simul aut successive vacaverint in dicta ecclesia, . . . dignemini providere . . . Fiat R.

Item supplicat, quatenus Botoni quondam Petri de Jegerdorf, fratri uterino Pauli, eius cappellani et nuncii nunc presentis, de canonicatu ecclesie Pragensis cum reservatione prebende ac dignitatis officii vel personatus cum cura vel sine cura, vacantium ad presens vel cum simul aut successive vacaverint in ipsa ecclesia, cum acceptatione etc. dignemini providere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoriis. Fiat R.

Item supplicat, quatenus XII personis, quas Volfangus de Buda, eius tricesimator et officialis duxerit eligendos, concedere dignemini, ut ipsi sepulcrum Dominicum et alia oratoria terre sancte, quibuscunque constitutionibus contrariis non obstantibus, valeant visitare. Fiat R.

Item supplicat dicta regina, quatenus Ulrico dicto Schof de canonicatu ecclesie Wratislaviensis sub expectatione prebende, vacantis vel vacature in dicta Wratislaviensi ecclesia, cum acceptationis, inhibitionis, decreti et anteferri clausulis, dignemini providere. Non obstante, quod alias per vestras certi tenoris litteras eidem Ulrico de canonicatu ecclesie Olomucensis sub expectatione prebende, vacantis vel vacature in dicta Olomucensi ecclesia provideri mandastis, cum ceteris non obstantibus et clausulis oportunis ac executoriis. Fiat R. Et quod transeant sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, sexto idus Aprilis, anno octavo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni VIII. p. I. f. 39. t.)

CLIII.

1350. April 8.

VI. Kelemen pápa az ó-budai Klarissza-apáczák templomának búcsút engedélyez.

Clemens episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii sancte Clare in Veteribuda, . . . per . . . Elizabeth, reginam Ungarie, . . . de novo fundati, congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in singulis dicte sancte ac sancti Francisci et dedicationis prefate ecclesie festivitatibus, unum annum et quadraginta dies; illis vero, qui in nativitatis, circumcisionis, resurrectionis, ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi, ac epiphanie, parasceves, penthecostes et quatuor principalibus sancte Marie virginis et conceptionis eiusdem, ac sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis baptiste, singulorum duodecim apostolorum, quatuor evangelistarum, quatuor

doctorum, sancti Stephani protomartiris, sancti Laurentii martiris, sancti Stephani, sancti Ladislai, sancti Emerici, sancti Stanislai, sancti Wenceslai, sancti Antonii, sancti Gerhardi et sancti Adalberti confessorum, sancti Martini, sancti Nicolai et sancti Ludovici, pontificum et confessorum, ac sancte Katharine virginis et martiris, et sancte Margarite, sancte Anne ac sancte Elizabeth festivitatibus, ecclesiam prefatam devote visitaverint, centum dies de iniunctis eis penitentiis misricorditer relaxamus. Datum Avinione, sexto idus Aprilis, anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 198. Anni VIII. Liber IV. P. II. f. 192. t. THEINER. II. 780.)

CLIV.

1350. April 8.

VI. Kelemen pápa az ó-budai Klarissza-apáczákat felhatalmazza, hogy világi szolgálónőket tarthassanak.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio ministro fratrum minorum provincie Ungarie salutem etc. Nuper pro parte . . . abbatisse et conventus monasterii sancte Clare in Veteribuda . . . per . . . Elisabeth, reginam Ungarie . . . de novo fundati, fuit nobis supplicatum humiliter, ut cum ipse abbatissa et conventus aliquibus servitricibus secularibus, que ipsis serviant intra monasterium prefatum, indigeant, eisdem abbatisse et conventui habendi inibi servitrices huiusmodi ad certum tempus licentiam concedere dignaremur. . . . Discretioni tue . . . mandamus, quatenus supradicte abbatisse et conventui huiusmodi servitrices habendi intra monasterium, si et prout tibi expedire videbitur, liberam licentiam auctoritate nostra concedas . . . Datum Avinione, sexto idus Aprilis, anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 198. Anni VIII. Lib. IV. Pars I. f. 194. — THEINER. I. 780.)

CLV.

1350. April 14.

VI. Kelemen pápa Gergely, fehérvári kanonoknak veszprémi kanonokságot adományoz.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Gregorio Marci iudicis, canonico Wesprimiensi salutem etc . . . Consideratione . . . Elisabeth, regine illustris, pro te, capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, . . . canonicatum ecclesie Wesprimiensis . . . tibi . . . conferimus, . . . prebendam vero . . . reservamus. . . .

Non obstantibus, quod . . . archidiaconatum de Woska in Zagrabiensi et canonicatum in Albensi, Vesprimiensis diocesis ecclesiis . . . nosceris obtinere. . . . Datum Avinione, decimo octavo kalendas Maii, anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 196. fol. 70. Anni VIII. p. Liber III. p. II. f. 76. — THEINER I. 785.)

CLVI.

1350—1354.

A szent-föld és a szent-szék javára, Arnoldus de la Caucina, pápai követ által a veszprémi egyházmegyéhez tartozó egyházi javadalmasoktól beszedett pápai tized lajstroma.

ITEM RECOLLECTIO EORUNDEM FRUCTUUM, REDDITUUM ET PROVENTUUM BENEFICIORUM IN REGNO HUNGARIE CONSISTENTIUM.

IN DIOCESI WESPRIMIENSI.

Pro fructibus, redditibus et proventibus unius anni canonicatus et prebende ecclesie beate Marie Alberegalensis, Wesprimiensis diocesis recepi a Nicolao Symonis de Ozch XXII. florenos cum dimidio.

Item ab Andrea Petri pro fructibus canonicatus et prebende eiusdem ecclesie XXII. florenos cum dimidio.

Item pro fructibus, redditibus et proventibus prepositure Veteris Bude, Wesprimiensis diocesis recepi CXX. florenos minus dimidio floreno.

Item a Georgio Nicolai pro fructibus canonicatus et prebende ecclesie sancte Marie Alberegalensis recepi XX. florenos.

Item pro fructibus archidiaconatus Albensis in ecclesia Wesprimiensi X. florenos.

SOLUTIO DE BENEFICIIS ECCLESIASCTICIS INFRASCRIPTIS PRO FRUCTIBUS UNIUS ANNI IN CURIA ROMANA VEL ALIBI VACANTIBUS IN HUNGARIE REGNO.

IN DIOCESI STRIGONIENSI SOLUTIO DE BENEFICIIS PRO FRUCTIBUS UNIUS ANNI.

Presentatio et institutio facta de Nicolao, olim rectore ecclesie Budensis, Wesprimiensis ad prepositurum Scepusiensem Sancti Martini, Strigoniensis diocesis, per regem Hungarie et archiepiscopum Strigoniensem, fuit eidem confirmata IIII. idus Januarii. Solvit CCCLVI. florenos.

---

[1] 1351 május 7 — 1352 május 6.

De prepositura sancti Georgii de Viridi Campo prope Strigonium, vacante, quia Ladislaus Thome prepositurам ecclesie Agriensis est adeptus, fuit provisum Johanni Andree, et secum dispensatum, ut lectoratum Wesprimiensem insimul valeat obtinere, XIII. kalendas Februarii. Solvit LX. florenos cum prebenda ecclesie Strigoniensis.

IN DYOCESI WESPRIMIENSI.

De magistratu sive lectoria sancti Nicolai Albaregalensi, Wesprimiensis dyocesis, cum vacaverit per assecutionem prepositure ecclesie Mislensis, Agriensis dyocesis, fuit provisum Petro Johannis de Ozothwar VII. kalendas Januarii. Solvit XI. florenos.

De canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie de Alba Regali, Waciensis dyocesis, vacante per consecrationem domini Colomanni, episcopi Jauriensis [1] fuit provisum Nicolao Symonis de Orch XV. kalendas Martii. Solvit XXII. florenos cum dimidio.

De prepositura Hantensi, Wesprimiensis dyocesis, vacante per mortem quondam Bench, fuit provisum Martino Michaelis VIII. idus Februarii. Blasius solvit XXXV. florenos.

De canonicatu et prebenda beate Marie de Alba Regali, Wesprimiensis dyocesis, vacante per mortem Chame, fuit provisum Andree Petri VII. idus Martii. Solvit XXII. florenos cum dimidio.

De prepositura de Veteri Buda, Wesprimiensis dyocesis, cum vacaverit per consecrationem domini Demetrii, electi Waradiensis,[2] fuit provisum Stephano Laurentii, II. kalendas Octobris. Solvit CXIX. florenos cum dimidio.

De lectoratu ecclesie Wesprimiensis, vacante per assecutionem prepositure ecclesie Jauriensis, Briccio Johannis collate, fuit provisum Johanni Andree II. idus Septembris. Solvit marcham cum dimidia et fertone et XX. Wiennenses; marche faciunt X. pensas et pensa valet XL. Wiennenses; faciunt VIII. florenos, computando florenum per LXXXX. denarios.

De canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie Alberegalensis, vacante per consecrationem Michaelis, episcopi Waciensis, fuit provisum Georgio Nicolai. Solvit XX. florenos.

De archidiaconatu Albensi in ecclesia Wesprimiensi, quem Blasius Cosme de Eng obtinet, fuit sibi petenti de novo provisum XVIII. kalendas Februarii. Solvit X. florenos.

---

[1] 1337. lett győri püspök.
[2] 1345. lett váradi püspök.

De lectoratu et prebenda Budensi Veteri, Wesprimiensis dyocesis, quos Petrus Dominici diu tenuit minus canonice, fuit eidem de novo provisum et dispensatum cum eodem X. kalendas Februarii. Solvit LXX. florenos Dyonisius.

Anno primo domini Innocentii pape.[1]

Collatio facta auctoritate ordinarii Petro Ladislai de canonicatu, prebenda et prepositura ecclesie Wesprimiensis, fuit eidem confirmata XI. kalendas Septembris. Solvit LXXXI. florenos.

Anno IX. domini Clementis[2] in dyocesi Wesprimiensi.

Collatio facta Paulo Petri de canonicatu et prebenda Wesprimiensi, vacante per obitum quondam Thome, fuit provisum eidem, confirmata III. idus Maii. Solvit XV. florenos cum dimidio.

Item Sebastiano Johannis de canonicatu et prebenda, vacante per obitum Stephani de Cuphen, fuit eidem confirmata III. idus Maii. Solvit XXII. florenos et XX. denarios.

Anno X. domini Clementis.[3]

Collatio facta Blasio Johannis de archidiaconatu Budensi in ecclesia Wesprimiensi, vacante per obitum Cunradi, fuit eidem confirmata II. kalendas Augusti. Solvit XXV. florenos.

Item Petro de Zew de prepositura Omnium Sanctorum in castro Wesprimiensi, fuit eidem confirmata II. kalendas Augusti. Solvit CVI. florenos.

De prepositura Hantensi, diocesis Wesprimiensis, etiam curata, vacante, quia Blasius Cosme preposituram Posoniensem, Strigoniensis dyocesis, auctoritate apostolica est adeptus, fuit provisum Jacobo dicto Crius II. kalendas Februarii. Solvit XXXV. florenos.

De canonicatu et prebenda Vesprimiensi, vacante per obitum Guillelmi Giuchoni, fuit provisum Paulo de Faber II. idus Februarii. Solvit X. florenos Johannes, nepos episcopi.

De archidiaconatu Symigiensi in ecclesia Wesprimiensi, vacante, quia Nicolaus Johannis ipsum detinet occupatum, fuit provisum Johanni dicto Tousus II. kalendas Februarii. Solvit LXXII. florenos.

Collatio facta Michaeli Girke de canonicatu et prebenda Wesprimiensi, vacante per mortem Laurentii, fuit eidem confirmata X. kalendas Aprilis. Solvit XXI. florenos.

---

[1] 1352 decz. 18. — 1353 decz. 17.
[2] 1350 május 7. — 1351 május 6.
[3] 1351 május 7. — 1352 május 6.

De prepositura ecclesie Hantensis, Wesprimiensis diocesis, de qua mandatur provideri per aliquot discretos viros Nicolao Nicolai VIII. idus Aprilis. Solvit XII. florenos.

IN DYOCESI AGRIENSI.

De prepositura ecclesie Sancti Nicolai de Misle, Agriensis diocesis, vacante tam diu per mortem ultimi prepositi, quod eius collatio ad sedem apostolicam est devoluta, fuit provisum Nicolao de Alba Regali, qui post habitam prepositurarn dimittet lectoratum ecclesie Sancti Nicolai de Alba Regali, Wesprimiensis diocesis. Solvit CCXIX. florenos.

(A vatikáni levéltár egykorú ily czímű számadási könyvében «Rationes collectoriæ». Num. 181. fol. 84—126. — Monumenta Vaticana. Series I. Tomus I. 438—448.)

CLVII.

1351. Május 30.

VI. Kelemen pápa János, veszprémi püspököt fölhatalmazza, hogy a püspöki fölszentelést, miután negy éven át fölvenni elmulasztotta, most fölvehesse.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni, electo Wesprimiensi salutem etc. . . . Dudum siquidem ecclesia Wesprimiensi solatio destituta pastoris, nos . . . te . . . eidem ecclesie in episcopum prefecimus,[1]. . . tuque, sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, bonorum et iurium ad mensam episcopalem spectantium et etiam episcopatus tui possessionem pacificam assecutus, administrationem spiritualium et temporalium exercuisti; . . . cum autem . . . munus consecrationis recipere neglexeris, quadriennio et amplius a tempore prefectionis tue huiusmodi iam elapso, nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo . . . dignaremur. Nos itaque, tuarum multiplicium virtutum merita, . . . et quod eidem ecclesie alias laudabiliter et utiliter prefuisti, sicut ex testimonio fidedignorum accepimus, . . . ut huiusmodi lapsu temporis, ac . . . Innocentii pape tertii . . . et quibuscumque aliis constitutionibus . . . nequaquam obstantibus . . . ad dictam Wesprimiensem ecclesiam consecrari valeas, tibi concedimus . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, tertio kalendas Junii, pontificatus nostri anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 201. Liber W. P. II. f. 103. — THEINER. I. 796.)

[1] L. CXXXVII. sz.

CLVIII.

1351. Május 30.

VI. Kelemen pápa János, veszprémi püspököt felhatalmazza, hogy a püspököt, a ki őt fölszentelje, tetszése szerint választhassa meg.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni, electo Vesprimiensi salutem etc. Cum nos dudum ecclesie Vesprimiensi pastoris regimine destitute de persona tua . . . duxerimus providendum, . . . tuis supplicationibus inclinati tibi, ut a quocunque malueris catholico antistite, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus, vel tribus catholicis episcopis, . . . munus consecrationis recipere valeas, et eidem antistiti, ut munus huiusmodi auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus . . . facultatem. Volumus autem, quod idem antistes, qui tibi prefatum munus impendet, a te . . . fidelitatis debite solitum recipiat iuramentum, . . . quodque per hoc . . . archiepiscopo Strigoniensi, cui . . . metropolitico iure subesse dinosceris, nullum imposterum preiudicium generetur. Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, tertio kalendas Junii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 201. fol. 254.)

CLIX.

1351. Július 11.

Erzsébet királyné VI. Kelemen pápához fölhatalmazásért folyamodik, hogy az ó-budai Klarissza zárdában a tőle megjelölendő hölgyek látogatásokat tehessenek.

Supplicat sanctitati vestre devota filia vestra Elizabeth, regina Hungarie, . . . quatenus sibi concedere dignemini, ut honeste matrone et puelle, quas et quotiens ipsa duxerit nominandas, monasterium beate virginis in Veteri Buda, ordinis sancte Clare, Vesprimiensis diocesis, per ipsam reginam de novo fundatum, intrare et moniales in ipso monasterio existentes visitare valeant, quibuscumque constitutionibus apostolicis et dicti ordinis contrariis non obstantibus, de gratia speciali, cum clausulis oportunis.

Fiat. R.

Datum Avinione, quinto idus Julii, anno decimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni X. fol. 65.)

CLX.

1351. Július 11.

Lajos király VI. Kelemen pápához a pomázi templom és egy budai kápolna részére búcsú engedélyezéseért folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ludovicus, rex Ungarie, . . . quatenus omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sancti Nicolai in Pomas,[1] Vesprimiensis diocesis, in eiusdem sancti et quatuor precipuis beate Marie virginis et dedicationis ipsius ecclesie festivitatibus et per festivitatum earundem octavas visitaverint annuatim, illas dare dignemini indulgentias, que vestre placuerint sanctitati.

Fiat in singulis de uno anno et una quadragena. R.

Item simili modo ad capellam corporis Christi sitam in suburbio Budensi, Vesprimiensis diocesis, in dicti corporis Christi et quatuor precipuis beate Marie virginis et dedicationis ipsius ecclesie festivitatibus, et per festivitatum dictarum octavas dare dignemini indulgentias, que dicte placuerint sanctitati.

Fiat, ut supra. R.

Item simili modo ad altare eiusdem corporis Christi situm in ecclesia beate virginis in castro Budensi, Vesprimiensis diocesis, in quo singulis quintis feriis officium misse de ipso corpore Christi solempniter celebratur, omnibus, qui huiusmodi misse officio interfuerint, in singulis quintis feriis, nec non qui dictum altare in eiusdem corporis Christi festo et per festi eiusdem octavas visitaverint, illas dare dignemini indulgentias, que dicte placuerint sanctitati.

Fiat, ut supra. R.

Datum Avinione, quinto idus Julii, anno decimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni X. fol. 67.)

---

[1] Pomáz Pilismegyében.

CLXI.

1351. Július 11.

VI. Kelemen pápa Erzsébet királynét fölhatalmazza, hogy az ó-budai Klarissza apáczák zárdájában a tőle megjelölendő hölgyek látogatásokat tehessenek.

Clemens episcopus etc. Carissime in Christo filie Elizabeth, regine Ungarie illustri salutem etc . . . Tuis supplicationibus inclinati, ut honeste matrone et puelle, quas et quociens ad hoc duxeris eligendas, monasterium beate virginis de Veteribuda . . . libere ingredi valeant, dummodo earum, que dicto monasterio prefuerint, ad id accedat assensus, dicteque matrone et puelle ibi non comedant, nec pernoctent, . . . indulgemus . . . Datum Avinione, quinto idus Julii, pontificatus nostri anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 211. Anni X. Liber IV. P. II. f. 108. — THEINER. I. 797.)

CLXII.

1351. Augusztus 1.

VI. Kelemen pápa egy veszprémegyházmegyei házaspárnak házassági akadálytól fölmentést engedélyez.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri (Johanni), episcopo Vesprimiensi, salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Nicolai nati dilecti filii Dominici bani et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Catharine Blasii, tue diocesis, petitio continebat, quod olim ipsi ignorantes aliquod fore obstaculum inter eos, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de presenti alias legitime contraxerunt, et quod postmodum, antequam huiusmodi matrimonium carnali fuisset copula consummatum, ad eorum pervenit notitiam, quod dictus Dominicus eandem Catharinam de sacro fonte levarat; verum quia ob spiritualem cognationem . . . in huiusmodi matrimonio, absque dispensatione apostolica, nequeant remanere, . . . nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum ex eorum separacione, si fieret, inter consangvineos et amicos ipsorum gravia scandala possent verisimiliter exoriri, providere super hoc eis de opportune dispensationis beneficio misericorditer dignaremur . . . . Fraternitati tue . . . mandamus, quatenus si est ita, cum eisdem Nicolao et Catharina, ut . . . in huiusmodi matrimonio licite remanere valeant . . . dispenses, prolem forsan susceptam et suscipien-

dam ex dicto matrimonio legitimam declarando. Datum Avinione, kalendis Augusti, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 210. Anni X. Liber III. Pars. II. f. 34. — THEINER. I. 798.)

CLXIII.

1351. Augusztus 1.

VI. Kelemen pápa a kelenföldi plébános és a pétervárади apát között, tizedek tárgyában, létrejött egyességet megerősíti.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Petro rectori, plebano alias nuncupato, ecclesie beati Gerardi martiris in Creymveld,[1] Wesprimiensis diocesis, salutem etc .... Litterarum series pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod orta dudum inter te ex parte una et dilectos filios Jodocum, abbatem et conventum monasterii de Varadinopetri, Cisterciensis ordinis, Colocensis diocesis, ex altera, super quibusdam decimis materia questionis, tandem ... compositio intervenit, quod rector ... ecclesie beati Gerardi martiris de Creymveld ... archiepiscopo Strigoniensi ... de antiqua et approbata consvetudine immediate subesse noscatur, tu ... bone memorie Chanadino, archiepiscopo Strigoniensi postmodum declarando ad ipsius noticiam deduxisti, idemque archiepiscopus, ad tuam instantiam, patentes litteras ... compositionem huiusmodi continentes ad cautelam tibi dicitur concessisse .... Nos itaque, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, compositionem huiusmodi ... confirmamus ... Datum Avinione, kalendis Augusti, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen. Anni X. Communia. Liber IV. P. II. f. 147. — THEINER. I. 798.)

CLXIV.

1351. Augusztus 1.

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspök közbenjárását kéri Lajos királynál, a san-severinói gróf szabadon bocsátása érdekében.

Clemens episcopus etc. Dilecto filio Johanni, electo Vesprimiensi: Noveritis, quod carissimo in Christo filio nostro Ludovico, regi Ungarie illustri scribimus

[1] A Kelenföldön vagy Kis-Pesten levő plébánia fölött (ecclesia b. Gerardi m. de parvo Pest seu Creynfeld) birt kegyúri jogát IV. Béla 1237-ben ruházta a pétervárади apátságra. (FEJÉR. IV., I. 60.)

per alias nostras litteras, iuxta formam, quam continet cedula presentibus interclusa. Ideoque fraternitatem tuam attente rogamus, quatenus apud eundem regem, quod nostris super contentis in huiusmodi cedula exhortationibus et precibus annuat,[1] pro nostri et apostolice sedis reverentia, des opem et operam efficaces. Datum Avinione, kalendis Augusti, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. ep. 47. fol. 43t.)

CLXV.

1352. *Január 10.*

Lajos király VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy Miklós, budai plébánosnak szepesi préposttá, a király kegyúri bemutatására történt kinevezetését hagyja jóvá.

Significat sanctitati vestre devotus filius vester Ludowicus, rex Ungarie, quod olim prepositura ecclesie sancti Martini Scepusiensis, Strigoniensis diocesis, per obitum Johannis ipsius ecclesie prepositi tunc vacante, dilectus suus Nicolaus, tunc rector ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis, per archiepiscopum Strigoniensem ad presentationem dicti regis in prepositum ipsius ecclesie sancti Martini extitit institutus, ipsamque possedit et possidet pacifice et quiete, ac deinde condam Johannes Demetrii, tunc archidiaconus de Seinlin[2] in ecclesia Agriensi, asserens dictam prepositurum per obitum dicti Johannis prioris vacare, prepositurum ipsam, utpote ante ipsius prioris Johannis obitum reservatam, obtinuit ab eadem sanctitate vestra sibi conferri, qui antequam ipsius prepositure possessionem haberet, extra Romanam curiam decessit. Cum autem propter longitudinem temporis, quo dictus Johannes prepositurum ipsam obtinuit, ab aliquibus de patronatu ipsius regis, quem habet in presentando prepositum in dicta ecclesia sancti Martini in dubium revocetur, humiliter supplicat dictus rex, quatenus ne propterea in ipsius ecclesie preiudicium super hoc litis materia oriatur, presentationem et institutionem huiusmodi, premissis non obstantibus, dignemini auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare; ita, quod nullum ius eidem regi alias propterea acquiratur. . . . Providemus sibi R. Sine alia lectione. Fiat. R.

Datum Avinione, quarto idus Januarii, anno decimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni X. fol. 22.)

---

[1] Rogerius de Sanctoseverino egyik ütközetben elfogatván, a pápa az ő szabadonbocsátása ügyében írt Lajos királynak. A levél ugyanott fol. 43.

[2] Zemplén.

CLXVI.

1352. *Január 19.*

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspököt megbízza, hogy a nyulak-szigeti apácza-kolostor elidegenített birtokai visszaszerzése iránt rendelkezzék.

Clemens episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri (Johanni), episcopo Vesprimiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum priorisse et conventus . . . monasterii sancte Marie in insula Danubii, . . . quibus licet habere proprium in communi, ex indulto sedis apostolice speciali, Vesprimiensis diocesis, precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius monasterii alienata inveneris illicite, vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare procures . . . Datum Avinione, decimoquarto kalendas Februarii, pontificatus nostri anno decimo.

(Eredetije az országos levéltárban. Dipl. Levt. 4250. szám.)

CLXVII.

1352. *Január 20.*

VI. Kelemen pápa János, veszprémi olvasó-kanonoknak az esztergomi szent-györgy-mezei prépostságot adományozza.

Dilecto filio Johanni Andree, canonico ecclesie Vesprimiensis, salutem etc. . . . Cum itaque hodie dilecto filio Ladislao Thome, preposito ecclesie Agriensis, de prepositura ipsius ecclesie . . . duximus providendum, et propterea prepositura sancti Thome de viridi campo prope Strigonium . . . vacare speretur, . . . preposituram sancti Georgii predictam . . . cum vacare contigerit, conferendam tibi . . . apostolice donacioni reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod in Vesprimiensi cum lectoratu . . . et in Waradiensi ecclesiis canonicatus et prebendas nosceris obtinere, et quod, ut asseris, capellam sancti Ladislai in Posonio, Strigoniensis diocesis, cuius possessionem nondum es adeptus, auctoritate litterarum nostrarum acceptasti. Nos insuper tecum, ut dictam prepositurum ecclesie sancti Georgii libere recipere valeas, et illam una cum lectoratu licite retinere valeas . . . dispensamus, proviso, quod

prepositura . . . et lectoratus predicti debitis obsequiis non fraudentur . . . Datum Avinione, tercio decimo, kalendas Februarii, anno decimo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 206. fol. 277.)

CLXVIII.

1352. *Január 22.*

VI. Kelemen pápának Lajos királyhoz a veszprémi püspök és a vasvári főispán által előterjesztett ügyek iránt írt levele.

Clemens episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri. Venientibus nuper ad presenciam nostram venerabili fratre nostro Johanne, episcopo Vesprimiensi et dilecto filio nobili viro Ulrico de Wolford, comite Castri ferrei, nunciis tuis, quos et litteras tuas nobis exhibitas per eosdem, contemplatione tua, benigne recepimus, et que ipsi nuncii nobis pro parte magnitudinis tue, vive vocis ministerio prudenter et provide retulerunt, et eedem littere continebant, diligenter auditis ac placide intellectis, serenitatem tuam super eo, quod te in negocio regni Sicilie, necnon liberacione . . . Ludovici et Roberti de Duracio, quos dicti episcopus et Ulricus, habentes ad hoc a te mandatum sufficiens, tuo nomine liberarunt, nobis et exhortationibus nostris sic liberaliter conformasti, . . . prosequimur actionibus gratiarum . . . Quia tamen in . . . Roberti imperatoris Constantinopolitani et . . . Philippi de Tarento, germani sui, sperata liberatione vota nostra suspensa sunt, . . . pietatem tuam iteratis providimus precibus exorandam . . . Serenitatem eandem rogamus, . . . quatenus . . . dictos imperatorem et Philippum . . . restituas concupite diutius libertati . . . Datum Avinione, undecimo kalendas Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. f. 153. — THEINER. I. 803.)

[1] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosításával az esztergomi érseket, a veszprémi püspököt és az avignoni sekrestyést megbízza.

CLXIX.

1352. Január 31.

A veszprémi püspöknek, javadalmak adományozása tárgyában, VI. Kelemen pápához intézett folyamodása.

Supplicat sanctitati vestre devota creatura vestra Johannes, episcopus Vesprimiensis, ambassiator devoti filii vestri Lodovici, regis Ungarie, quatenus sibi in personam dilecti clerici sui Demetrii Thome de archidiaconatu Borsiensi in ecclesia Strigoniensi, qui per translationem sive promotionem Conradi Sculteti ad archidiaconatum Nitriensem in eadem ecclesia, pridie per eandem sanctitatem factam, in brevi vacare speratur, si eodem vel alio quovis modo, preterquam per ipsius Conradi obitum, vacare contigerit, dignemini providere; non obstante, quod canonicatum et prebendam ecclesie Strigoniensis predicte obtinet, seu quod patitur in etate deffectum, cum in quinto decimo etatis sue anno vel circa illum constitutus existat; cum ipso insuper, ut eodem defectu et quibusvis aliis constitutionibus contrariis non obstantibus, dictum archidiaconatum libere recipere et retinere valeat, misericorditer dispensantes . . . Fiat, non obstante cancellatura R.

Item supplicat, quatenus mandare dignemini executoribus dilecto suo Stephano Ladislai scolari, nullo clericali caractere insignito, qui etiam clericali militie ascribi desiderat, ut cum ipse Stephanus in clericum promotus fuerit, de canonicatu ecclesie Vaciensis . . . provideant, prebendam vero . . . eidem conferendam . . . reservent . . . Fiat R.

Item dilecto nepoti suo Stephano, nato Sebech, de canonicatu ecclesie Quinqueecclesiensis dignemini providere, prebendam vero, aut dignitatem, personatum, vel officium cum cura vel sine cura . . . eidem conferendos . . . donationi apostolice reservantes, non obstantibus, quod prebendam ecclesie Vesprimiensis obtinet . . . Fiat in forma R.

Item supplicat eandem sanctitatem dictus episcopus, quatenus, ut ipse sex ecclesiastica beneficia in sua Vesprimiensi ecclesia, etiam si dignitates, personatus vel officia existant, et curam habeant animarum et una ipsarum maior post pontificalem dignitatem fuerit, . . . si vacant vel cum simul aut successive vacaverint, conferre seu reservare conferenda singulis personis ydoneis unum, duo vel plura beneficia ecclesiastica obtinentibus libere valeat, dignemini licentiam impertiri. Fiat de duobus R.

Item supplicat, quatenus tribus clericis sive cappellanis serviciis suis inherentibus, ut fructus, redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum, que

obtinent vel obtinebunt . . . in sua absentia libere percipere valeant, dignemini licentiam elargiri . . . Fiat ad triennium R.

Item dilecto suo Jacobo, dicto Orius, de prepositura ecclesie Hantensis, Vesprimiensis diocesis, curata et vacante apud sedem apostolicam, per promotionem sive translationem Blasii Cosme ad prepositurarn ecclesie Posoniensis, Strigoniensis diocesis, pridem per eandem sanctitatem factam, dignemini providere; non obstantibus, quod canonicatum et prebendam ecclesie Vesprimiensis obtinet. . . . Fiat R.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Paulo, dicto Faber, de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis predicte, qui vacant apud sedem apostolicam per mortem Guillelmi Gitberti, qui apud dictam sedem decessit, dignemini providere; non obstante, quod super canonicatu et prebenda ecclesie memorate litigat, quibus, dum pacificam possessionem canonicatus et prebende predictorum assecutus fuerit, renunciabit et liti cedet. . . . Fiat R.

Item dilecto suo Nicholao, cappellano dicti regis, de archidiaconatu Huntensi in ecclesia Strigoniensi vacante ad presens per mortem Nicolai dicti Ruffi, qui extra curiam Romanam decessit, reservato vel alio quovis modo vacet, necnon de canonicatu eiusdem Strigoniensis ecclesie sub expectatione prebende vacantis vel vacature, dignemini providere; non obstante, (quod) Johannes Beke dictum archidiaconatum vigore gratie sub expectatione dignitatis etc. sibi per eandem sanctitatem facte de facto obtinere noscatur, seu quod dictus Nicolaus canonicatum et prebendam ecclesie Quinqueecclesiensis ac parrochialem ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani, Zagrabiensis diocesis, obtinet . . . Fiat R.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Johanni, dicto Tonsus, in artibus perito de archidiaconatu Simigiensi in ecclesia Vesprimiensi vacante de iure, videlicet ex eo, quod Nicolaus Johannis eundem archidiaconatum, quem symonica pravitate assecutus extitit, detinet occupatum; non obstante, quod dictus Johannes canonicatum et prebendam eiusdem Vesprimiensis ecclesie obtinet . . . Fiat R.

Item supplicat, quatenus dilecto suo Petro Egidii de Koetyn, presbytero Olomucensis diocesis, de canonicatu et prebenda ecclesie Wratislaviensis, qui in brevi vacare sperantur per muneris consecrationem Johannis, electi Olomucensis, per eandem sanctitatem promoti, dignemini providere; non obstante, quod idem Petrus beneficium ecclesiasticum sine cura, spectans ad collationem episcopi Olomucensis in forma pauperum expectat, cui, dum pacificam possessionem dictorum canonicatus et prebende fuerit assecutus, renuntiabit. Fiat R. Et quod transeat sine alia lectione. Fiat R.

Datum Avinione, secundo kalendas Februarii, anno decimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni X. fol. 34t.)

CLXX.

1352. Január 31.

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspököt felhatalmazza, hogy három papját a residentia kötelességétől felmenthesse.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Johanni, episcopo Vesprimiensi, salutem etc. . . . Tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue tenore presentium indulgenus, ut tres capellani, sive clerici familiares domestici et continui commensales tui presentes et posteri, tuis obsequiis insistentes, quos ad hoc duxeris eligendos, fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum ecclesiasticorum, que nunc obtinent, vel que imposterum obtinere contigerit, . . . cum ea integritate libere usque ad triennium percipere valeant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in ecclesiis, in quibus ipsa beneficia obtinent, vel obtinebunt imposterum, personaliter residerent, et interim ad residendum in eisdem ecclesiis minime teneantur, et ad id a quoquam inviti valeant coartari. Datum Avinione, secundo kalendas Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 211. fol. 47.)

CLXXI.

1352. Február 1.

VI. Kelemen pápa Lajos, nápolyi királyt és nejét, Johanna királynét értesíti a békefeltételekről, amiket Lajos, magyar király nevében a veszprémi püspök es a vasvári főispán előterjesztettek.

Clemens episcopus etc. Carissimis in Christo filiis Ludovico, regi et Johanne regine Sicilie, illustribus salutem. Miserator dominus . . . regis Ungarie animum inclinavit ad pacem, sicque ipsum nostris beneplacitis conformavit, quod priori tractatu . . . non obstante, omnem summam pecunie, que vel pro parte sua petita vel sibi oblata fuerat, pro nostra et apostolice sedis reverencia, repudiavit omnino, et per venerabilem fratrem nostrum Johannem, episcopum Vesprimiensem ac nobilem virum Ulricum de Wolford, comitem Castriferrei, nuncios et procuratores suos, quos cum sufficienti et speciali mandato, ad infrascripta omnia peragenda, ad nos et sedem apostolicam destinavit, promisit nobis, quod civitates, castra, fortalicia et loca quelibet alia dicti regni, que per eiusdem regis stipendiarios et gentes . . . detinen-

tur, . . . in manibus nostris . . . expedite ponet, ad faciendum, disponendum et ordinandum de illis libere pro nostre arbitrio voluntatis; et quod bona fide curabit et faciet cum effectu, quod stipendiarii ungari et alii equites et pedites ac gentes huiusmodi, et quecumque alie in eodem regno, prefati regis nomine commorantes . . . recedant infra tres menses; . . . quodque . . . viros regales domus vestre, quos ipse detinet, et quos dicti episcopus et comes, procuratorio nomine prefati regis, extunc verbo libertatis beneficio donaverunt, . . . restituet libertati . . . Cum autem prefatus episcopus Vesprimiensis ad partes ipsas, quamquam renitens, pro eorum executione, que in eisdem partibus, ipsius regis nomine implenda promissa sunt, nostris precibus svasionibusque devictus, accedet, serenitatem vestram rogamus et hortamur attentius, quatinus huiusmodi date vobis a domino gratie in huiusmodi concordia humiles cognitores, ipsum episcopum Vesprimiensem sic placide, gratiose, benigneque recipere, ac ea, que nos vestro nomine promisimus facienda, complere et attendere inviolabiliter studeatis, quod idem episcopus Vesprimiensis contentus plene de vobis, ea, pro quorum promotione dirigitur, ad vestram et publicam dicti regni utilitatem favorabilius prosequatur . . . Datum Avinione, kalendis Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. f. 152. — THEINER. I. 805.)

CLXXII.

1352. Február 5.

VI. Kelemen pápa a veszprémi és zágrábi püspököket fölhatalmazza, hogy Lajos királyt és mindazokat, kik vele együtt a nápolyi hadjárat alkalmából egyházi büntetéseket vontak magukra, ezektől feloldozhassák.

Clemens episcopus etc. Venerabilibus fratribus Johanni, Vesprimiensi et (Nicolao), Zagrabiensi episcopis. Pia mater ecclesia sicut errantibus, ut eos ad viam rectitudinis revocet, discipline virgam ex affectu materne caritatis adhibere consvevit interdum, sic resipiscentibus ab errore nescit sue clemencie ubera denegare. Sane Ludovicus, rex Ungarie illustris, qui occasione dissensionis, quam inter eum et Ludovicum, regem et Johannam, reginam Sicilie illustres, pacis emulus, peccatis exigentibus, suscitavit, regnum Sicilie, seu terram citra Farum, vel partem eorum impugnavit et invasit hostiliter, ac nonnullas civitates, castra, fortalicia et alia loca regni seu terre predictorum occupavit et detinet occupata, te, frater episcope Vesprimiensis, et dilectum filium nobilem virum Ulricum de Wolford, comitem Castriferrei, procuratores et nuncios suos, ad nos et sedem apostolicam destinavit, per quos, habentes ab eodem rege Ungarie ad infrascripta sufficiens et speciale man-

datum, nobis promisit et obtulit, quod ipse rex Ungarie civitates et castra, necnon fortalicia et loca quelibet alia regni seu terre predictorum, que per gentes dicti regis Ungarie, aut quosvis alios, ipsius regis Ungarie nomine, detinentur ibidem, cum municionibus et guarnisionibus quibuscunque existentibus in eisdem, in manibus nostris, seu venerabilis fratris nostri Guilelmi, archiepiscopi Bracharensis, et dilecti filii nobilis viri Petri domini de Santomarciale, militis Lemovicensis diocesis, quos ad hoc duximus deputandos, vel alterius eorum, recipientium nomine nostro, libere, expedite ac effectualiter ponet, ad faciendum, disponendum et ordinandum de illis pro nostre arbitrio voluntatis; et quod idem rex Ungarie bona fide curabit et faciet cum effectu, quod stipendiarii Ungari et alii equites et pedites ac gentes quecumque alie, cuiuscumque status vel condicionis existant, in dictis regno seu terra, pro eodem rege Ungarie seu eius nomine commorantes, de ipsis regno seu terra et qualibet eius parte exibunt et recedent omnino, infra tres menses, a data litterarum nostrarum super hoc confectarum in antea computandos; quodque prefatus rex Ungarie, pro hiis omnibus realiter adimplendis, ad dicta regnum seu terram te, prefate episcope Vesprimiensis, vel dilectum filium Ladislaum Thome, prepositum Agriensem, speciales nuncios suos, mittet; et quod dilectos filios Ludovicum et Robertum de Duracio, quos ipse rex detinet, quosque dicti episcopus et comes, procuratorio nomine dicti regis Ungarie, ex tunc verbo liberaverunt et libertati donarunt, effectualiter et realiter restituet plene libertati.

Quare prefatus rex Ungarie nobis humiliter supplicavit, ut ipsum, et omnes et singulos prelatos, clericos, et personas ecclesiasticas seculares et regulares, ac laicos cuiuscumque status, gradus, ordinis et preeminencie fuerint, etiam si pontificali aut quavis alia prefulgeant dignitate, auxiliatores, consiliatores, fautores et adiutores ipsius ac adherentes eidem in impugnatione, invasione ac occupatione, per eundem regem Ungarie, ut premittitur, factis, ab omnibus et singulis excommunicationis ac aliis sententiis atque penis spiritualibus et temporalibus, per constitutiones et processus apostolicos, contra invasores, impugnatores et occupatores regni et terre predictorum promulgatis, quas ipse occasione impugnationis, invasionis et occupationis huiusmodi factarum per eundem regem Ungarie, ut prefertur, incurrerunt, absolvere, ipsasque penas relaxare, ac cum prelatis, clericis et personis ecclesiasticis supradictis super irregularitate, si quam, huiusmodi sentenciis et penis ligati, celebrando divina vel immiscendo se illis, aut in susceptis ordinibus ministrando, non tamen in contemptum clavium, contraxerunt, dispensare de benignitate apostolica dignaremur.

De vestra itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes, vobis et utrique vestrum regem, prelatos, clericos et personas ecclesiasticas ac laicas antefatos omnes et singulos, qui hoc humiliter pecierint, ab huiusmodi sentenciis atque penis, postquam tamen constiterit, quod dictus rex civitates, castra, fortalicia ac loca dictorum regni seu terre dimiserit, et eosdem Ludovicum et Robertum

libertati restituerit, et dictos stipendiarios ac gentes de dictis regno et terra et qualibet eorum parte recedere et exire fecerit cum effectu, absolvendi in forma ecclesie consveta, et iniungendo eis, pro modo culpe, salutarem penitenciam et alia, que de iure fuerint iniungenda, et inter cetera sub debito iuramenti prestandi per eos, quod dicta regnum seu terram, vel aliquam partem eorum, per se, vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, ullo unquam tempore non invadent, non impugnabunt, non offendent, non molestabunt, nec eciam occupabunt; penas insuper huiusmodi relaxandi, ac super (de) irregularitate premisso modo contracta dispensandi cum eisdem prelatis, clericis et personis, plenam hac vice concedimus, auctoritate apostolica, tenore presentium, potestatem. Datum Avinione, nonis Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. fol. 174. — THEINER. I. 806.)

CLXXIII.

1352. *Február 10.*

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspököt felhatalmazza, hogy a meggyilkolt Endre herczeg udvari emberei közől hatnak a nápolyi királyság területén való tartózkodásra engedélyt adjon.

Clemens episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Attendentes, quantum . . . Ludovicus, rex Ungarie illustris, in concordia, quam inter eum et . . . Ludovicum, regem et Johannam, reginam Sicilie illustres . . . reformavimus noviter, nostris votis et precibus . . . liberaliter condescendit, . . . ipsius regis Ungarie supplicacionibus inclinati, omnibus et singulis familiaribus clare memorie Andree, regis Sicilie, . . . qui in regno Sicilie . . . voluerint remanere, quos . . . Johannes, episcopus Vesprimiensis duxerit eligendos, cum . . . sex numerum non excedant, . . . concedimus, quod ipsi in regno . . . possint libere remanere, et nichilominus eos omnes, cum familia, bonis et rebus eorum . . . sub . . . nostra protectione recipi mandamus . . . Datum Avinione, quarto idus Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. f. 182. — THEINER. I, 809.)

CLXXIV.

1352. Február 10.

VI. Kelemen pápa kinyilatkoztatja, hogy a veszprémi püspök és a vasvári főispán Lajos királynak jogait a salernói herczegségre fönntartották.

Clemens episcopus etc. Universis presentes litteras inspecturis. Ad universitatis vestre noticiam presencium tenore deducimus, quod . . . Johannes, episcopus Vesprimiensis, et . . . Ulricus de Wolford, comes Castriferrei, procuratores et nuncii . . . Ludovici, Ungarie regis . . . in nostri presencia constituti, protestati fuerunt, quod ipsi per quamcumque promissionem, per eos nomine dicti regis factam, aut in antea faciendam, non intendebant renunciare titulo principatus Salernitani et honoris Montis-sancti-angeli, quo idem rex et clare memorie Carolus, rex Ungarie, pater suus fuerunt . . . usi, et huiusmodi titulum eidem regi, . . . expresse et specialiter reservarunt. Datum Avinione, quarto idus Februarii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 145. Anni X. f. 184. — THEINER. I. 810.)

CLXXV.

1352. Február 11.

A veszprémi püspöknek javadalmak adományozása tárgyában, VI. Kelemen pápához intézett folyamodása.

Sanctissime pater, alias devota creatura vestra (Johannes),[1] episcopus Vesprimiensis ambassiator regis Ungarie, sanctitati vestre humiliter supplicavit,[2] quatenus collationes per ipsum de beneficiis ecclesiasticis hucusque factas ratas et gratas habere dignaremini, eadem sanctitas in supplicatione, quod persone in specie nominarentur, signavit et «fiat» non posuit, quapropter cancellaria non potest transire; igitur supplicat, quatenus collationes Blasio Johannis de archidiaconatu Budensi in sua Vesprimiensi ecclesia et Petro Deseu de prepositura ecclesie omnium sanctorum in castro Vesprimiensi cum archidiaconatu Vesprimiensi eidem prepositure annexo ac Clementi Ladislai de prepositura ecclesie Ursiensis, Vesprimiensis dio-

[1] Tollhiba a szövegben, hol P. áll, mint a veszprémi püspök keresztnevének kezdőbetűje.
[2] L. CLXIX. szám alatt.

cesis, per ipsum factas dignemini ratas et gratas habere et confirmare ac etiam «fiat» ponere, et si necesse fuerit, de novo providere . . . Fiat de omnibus R.

Supplicat sanctitati vestre devota creatura vestra Jo(hannes), episcopus Vesprimiensis, ambaxiator regis Ungarie, quatenus dilecto capellano suo, Johanni Andree de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Strigoniensis vacante vel vacaturo dignemini providere; non obstantibus suis beneficiis in cancellaria exprimendis. . . . Fiat R. Sine alia lectione fiat R.

Datum Avinione, tertio idus Februarii, anno decimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Anni X. fol. 44.)

CLXXVI.

1352. *Márczius 7.*

VI. Kelemen pápa a veszprémi püspököt megbízza, hogy a magyarországi Pálos-rendnek XXII. János pápától engedélyezett kiváltságokat, a mennyiben azok mások jogaira nem sérelmesek, erősítse meg.

Clemens episcopus etc. Venerabili fratri Johanni, episcopo Vesprimiensi, salutem etc. Religionis honestas, sub qua dilecti filii prior generalis et fratres sancti Pauli, primi heremite, in Ungaria et aliis mundi partibus constituti . . . reddunt altissimo famulatum, merito nos inducit, ut . . . votis eorum favorabiliter annuamus. Dudum siquidem . . . Johannes papa XXII. . . . eisdem priori et fratribus gratiose concessit, quod in terris et vineis, que propriis manibus excolebant et excolerent imposterum, decimas solvere minime teneantur. Nuper vero pro parte prioris fratrum predictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut eis ampliorem gratiam faciendo, quod de terris et vineis, . . . quas propriis manibus . . . aut sumptibus excolunt, . . . decimas cuiquam solvere minime teneantur; et insuper, . . . quod fratribus ipsis in sacerdotio constitutis liceat quorumcumque familiariorum suorum . . . confessiones audire, eisque ministrare ecclesiastica sacramenta, . . . concedere dignaremur. . . . Fraternitati tue . . . mandamus, quatemus . . . si . . . inveneris premissa sine magno aliorum preiudicio fieri posse . . . huiusmodi postulata, . . . auctoritate nostra concedas . . . Datum Avinione, nonis Marcii, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 212. Anni X. Lib. IV. P. II. f. 180. — THEINER. I. 812.)

CLXXVII.

1352. *Május 28.*

VI. Kelemen pápa Lajos királyt fölhívja, hogy az igéreteket, a miket az ő nevében követei a veszprémi püspök és a vasvári főispán tettek, foganatosítsa.

Clemens episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri. Venientes dudum ad nos . . . Johannes, episcopus Vesprimiensis et . . . Ulricus de Woford, comes Castriferrei, nuncii et procuratores tui, . . . Ludovicum et Robertum de Duratio . . . tuo nomine verbo libertati donarunt, et eodem nomine promiserunt, quod tu eos effectualiter liberares; promiserunt etiam eodem nomine, quod omnes gentes et stipendiarii in regno Sicilie seu terra citra Farum pro te degentes, dicta regnum seu terram . . . exirent; et quod civitates, castra, ville, terre, . . . que nomine, quo supra, tenebantur ibidem, . . . in manibus nostris . . . libere ponerentur. Post hec autem dicto Ulrico ad tuam presentiam redeunte, prefatus episcopus ad dicta regnum seu terram, iuxta mandatum et beneplacitum tuum, se personaliter contulit, ad promissiones tuas huiusmodi, de stipendiariorum[1] et gentium exitu, et positione civitatum, castrorum, villarum, locorum . . . effectui demandandas; nosque . . . Guillelmum, archiepiscopum Bracharensem, consangvineum et . . . nobilem virum Petrum de Sanctomarciale, militem Tutellensis diocesis, nepotem nostros, quos ad recipienda civitates, castra, villas, terras . . . deputavimus, cum eodem episcopo duximus destinandos. Cumque multis iam diebus excursis expectaremus avide, . . . quod Ludovico et Roberto predictis . . . libertati pristine restitutis, ac civitatibus, castris, villis, terris . . . effectualiter assignatis, dicta regnum seu terra a calamitatibus . . . respirarent, . . . vidimus quasdam litteras clausas, que . . . Guidoni, episcopo Portuensi, tuo, ut ferebatur, nomine mittebantur, que summarie inter alia continebant, qualiter, ut litterarum ipsarum verbis utamur:

«ambassiatores et nuncii tui, quos pro consummacione negociorum regni Sicilie ad Romanam curiam destinaras,[2] quedam pacta inierant, que nec a te, nec a tuo consilio habuerant in mandatis, et de quibus etiam ab eis non fueras informatus; et quod proinde certos nuncios ad idem regnum Sicilie miseras, et capitaneis fidelibus tuis, degentibus inibi dederas in mandatis, ne dicti regni civitates et castra, que tuo nomine tenentur ibidem, cuiquam assignarent, volens prius de modo consummationis ipsius negocii informari plenius.»

---

[1] A regesta-kötetben tollhiba: dispendiariorum».

[2] T. i. a veszprémi püspök és társa.

Et licet, amantissime fili, predictas litteras clausas, preter omnem conscienciam et noticiam tuam emanasse, ac te, velut principem constantem et a labe varietatis cuiuslibet alienum, ea, que per dictos episcopum et comitem, habentes ad illa... sufficiens et speciale mandatum, nomine tuo promissa fuerunt, inconcusse ac inviolabiliter servaturum firmiter teneamus; quia tamen ... ad consummacionem votivam promissionum omnium propensior nos cura sollicitat, ... serenitatem tuam ... affectuose precamur, ... quatenus sic ea, que per memoratos episcopum et comitem ... promissa sunt, ... facias effectualiter ... compleri ...[1] Datum Avinione, quinto kalendas Junii, anno undecimo.

(Regesta Vaticana. Volumen 146. Anni XI. f. 10. — THEINER. I. 813.)

CLXXVIII.

1352. Július 2.

Lajos király VI. Kelemen pápához folyamodik, hogy az ó-budai Klarissza-apáczák templomának búcsút engedélyezzen, es Márk, fehérvári kanonoknak veszprémi kanonokságot adományozzon.

Supplicat sanctitati vestre devotus vir et sancte Romane ecclesie filius Ludovicus, rex Ungarie, ... quatenus omnibus vere penitentibus et confessis, qui monasterium beate Marie virginis in Veteri Buda, ordinis sancte Clare, Vesprimiensis diocesis, in nativitatis domini, cena domini, parasceves, resurrectionis, assumptionis, pentecostes, in quatuor precipuis beate Marie virginis et conceptionis eiusdem, singulorum apostolorum, Johannis baptiste, Martini, Nicolai, Francisci, Antonii, Stephani, Ladislai, Emerici, regum Ungarie, sanctarum Marie Magdalene, Elizabeth, Clare, Marthe, duodecim millium virginum et omnium sanctorum festivitatibus, et per earundem festivitatum octavas dictum monasterium, per genitricem suam, dominam Elizabeth, reginam Ungarie, fundatum solempniter et dotatum, visitaverint annuatim, illas perpetue concedere dignemini indulgentias, que dicte placuerint sanctitati, et etiam in consecratione dicti monasterii, sive dedicatione et per octavas ipsius.

Fiat in dedicatione de septem annis et septem quadragenis, in aliis de uno anno et una quadragena, ultra concessa alias per nos facta. R.

. . . .

[1] A pápa 1352 julius 9-ikén értesíti Johannát és férjét, hogy Lajos király követe Pál, gurki püspök, Avignonban megjelenvén, itt azon kötelezettségeket, a miket János, veszprémi püspök a király nevében elvállalt volt, megerősítette. — THEINER. I. 814.

Item, quatenus Marco, custodi capelle regie de beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, etiamsi dignitas, personatus vel officium existat, spectante communiter vel divisim ad collationem etc. episcopi et capituli Vesprimiensis, vacante vel vacaturo, etiam in ecclesia Vesprimiensi, cum acceptatione, dignemini providere. Non obstantibus, quod parochialem ecclesiam sancti Petri martiris et canonicatum et prebendam ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis, obtinet, cum aliis clausulis, ut supra.

Fiat. R.

. . . .

Datum Avinione, sexto nonas Julii, anno undecimo.

(Regesta Supplicationum Clementis VI. Annus XI. fol. 48.)

CLXXIX.

1353. Január 18.

VI. Incze pápa Péter, dömösi kanonoknak zágrábi kanonokságot adományoz.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Petro de Montilio, canonico Zagrabiensi, salutem etc. . . . Canonicatum in ecclesia Zagrabiensi . . . tibi . . . conferimus, . . . prebendam vero . . . reservamus. . . . Non obstantibus, . . . quod in Quinqueecclesiensi cum prebenda et in beate Margarite de Dimisio,[1] Vesprimiensis diocesis, ecclesiis cum cantoratu canonicatus et prebendas nosceris obtinere. . . . Datum Avinione, quintodecimo kalendas Februarii, anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 221. Anni I. Lib. II. fol. 174. — THEINER. II. 6.)

CLXXX.

1353. Márczius 26.

VI. Incze pápa Bors Mihály részére a fehérvári prépost adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Michaeli, nato condam Jacobi de Bors, clerico Strigoniensis diocesis, salutem etc. . . . Beneficium ecclesiasticum cum

[1] Hibásan Dionisio.

cura, vel sine cura, cuius fructus, . . . si cum cura, viginti, si vero sine cura fuerit, quindecim marcharum argenti . . . valorem annuum non excedant, spectans ad collationem, . . . seu quamvis aliam dispositionem, . . . prepositi ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, si quod in civitate vel diocesi Vesprimiensi vacat ad presens, vel cum vacaverit, quod tu . . . infra unius mensis spacium, . . . duxeris acceptandum, conferendum tibi . . . donacioni apostolice reservamus. Datum Avinione, septimo kalendas Aprilis, anno primo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Anni I. Tom. I. f. 490.)

CLXXXI.

1353. *Május 8.*

VI. Incze pápa Lábodi Péter részére a veszprémi püspök adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Petro, nato condam Bartholomei de Labat, clerico Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, cuius fructus, . . . si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedant, ad . . . dispositionem . . . (Johannis), episcopi Vesprimiensis pertinens . . . conferendum tibi . . . reservamus. . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, octavo idus Maii, anno primo.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Anni I. Tom. I. fol. 474.)

CLXXXII.

1353. *Május 29.*

VI. Incze pápa a Szécsi Miklós fehérvári kanonok részére VI. Kelemen pápától kiállított adománylevelet átírja. (L. CV. sz.)

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Symonis de Zech, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Tenores quarundam litterarum. . . . Clementis pape VI. . . . in regestro repertos, pro eo,

[1] Ugyanazon napon a veszprémi és pozsonyi prépostokat rendelkezésének végrehajtásával megbízza.

quod . . . predicte originales littere casu fortuitu sunt amisse . . . transscribi, ad tue supplicacionis instanciam . . . fecimus . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, quarto kalendas Junii, anno primo.

(Regesta Vaticana. Vol. 222. f. 342 t. — THEINER. II. 6.)

CLXXXIII.

1353. Augusztus 22.

VI. Incze pápa Lászlófi Pétert a veszprémi prépostságban megerősíti.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Petro Ladyslai, canonico et preposito ecclesie Vesprimiensis, salutem etc. . . . Exhibita siquidem pro parte tua nobis petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ac prepositura ecclesie Vesprimiensis, quos quondam Johannes, eiusdem ecclesie canonicus et prepositus . . . obtinebat, per ipsius Johannis obitum . . . tunc vacantibus, . . . Johannes, episcopus Vesprimiensis, ad quem collatio canonicatus et prebende ac prepositure predictorum pertinet, eosdem . . . ordinaria tibi auctoritate contulit, . . . nisi apostolice reservaciones obstarent, tuque illos extunc possedisti, prout possides pacifice et quiete; verum quia . . . tu dubitas, . . . eosdem fuisse tempore collacionis et provisionis huiusmodi reservatos, et propterea te posse super eis imposterum molestari; pro parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut provideri super hoc tibi de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur . . . consideracione . . . Ludovici, regis Ungarie illustris, . . . concedimus, quod collacio et provisio predicte . . . plenam obtineant roboris firmitatem, ac si . . . nulla per nos specialis reservacio facta foret. Volumus autem, quod predictos canonicatum et prebendam Strigoniensis ecclesie predicte[1] . . . dimittere tenearis. . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, undecimo kalendas Septembris, anno primo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Anni I. Tom. V. fol. 203t.)

---

[1] Erről a bulla megelőző részében nincs szó.

CLXXXIV.

1353. Augusztus 31.

VI. Incze pápa a váradi, zágrábi és veszprémi püspököket megbízza, hogy a Lajos királytól az ó-budai prépostságnak ajánlott cserére nézve jelentést tegyenek.

Innocentius episcopus etc. . . . Venerabilibus fratribus Varadiensi, Zagrabiensi et Vesprimiensi episcopis salutem etc. . . . Exhibita nobis nuper pro parte . . . Ludovici, regis et . . . Elisabeth, matris et Elisabeth, consortis regis eiusdem reginarum Ungarie illustrium petitio continebat, quod cum ipsi in castro suo de Nova Buda, Vesprimiensis diocesis, . . . cum suis familiaribus commorentur, . . . ipsumque castrum situatum existat prope castrum aliud de Veteri Buda nuncupatum, ad ecclesiam beate Marie de Veteri Buda dicte diocesis et eiusdem ecclesie prepositum et capitulum pertinens, et propter huiusmodi propinquitatem castrorum ipsorum, frequenter gentes ipsius ecclesie nonnulla pati et sustinere contingat, ipseque rex . . . desideret per viam permutationis . . . prefate ecclesie et gentibus predictis utilius providere . . . ; nos de premissis notitiam non habentes, . . . fraternitati vestre . . . mandamus, quatenus . . . vocatis dictis preposito et capitulo et aliis, qui fuerint evocandi, si ad hoc . . . ipsorum accedat assensus, . . . et si ex permutatione huiusmodi conditio eiusdem ecclesie et personarum ipsius fieret melior, . . . informetis, et quicquid per informationem huiusmodi inveneritis, illud nobis . . . destinare curetis . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, secundo kalendas Septembris, pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 220. — THEINER. II. 5. — Eredetije az országos levéltárban. FEJÉR. IX., II. 247.)

CLXXXV.

1353. Augusztus 31.

VI. Incze pápa Erzsébet, özvegy királynénak, Erzsébet királynénak és Lajos királynak fölhatalmazást ad, hogy az ó-budai apácza-kolostorban látogatásokat tehessenek.

Innocentius episcopus etc. Carissime in Christo filie Elisabet, regine Ungarie, relicte clare memorie Karoli, Ungarie regis vidue, salutem etc . . . Nos tuis supplicationibus inclinati, ut cum decenti et honesta comitiva mulierum sancte Clare de Veteribuda, ordinis eiusdem sancte, Vesprimiensis diocesis, et alia quecumque monasteria religiosarum inclusarum regni Ungarie, quorumcumque ordinum, . . . quo-

ciens fuerit opportunum, libere causa devotionis ingredi valeas, horis tamen congruentibus et honestis, dummodo earum, que monasteriis ipsis prefuerint, ad id accedat assensus, et tu dicteque mulieres ibidem non incommodetis vel etiam pernoctetis, . . . indulgemus . . . Datum (apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, secundo kalendas Septembris, anno primo).[1]

Carissime in Christo filie Elisabet, regine Ungarie illustri, salutem etc. Ut supra.

Carissimo in Christo filio Ludovico, regi Ungarie illustri, salutem etc. . . . Tuis supplicationibus inclinati, ut cum quatuor viris honestis et omni suspicione carentibus, sancte Clare de Veteribuda . . . et alia quecumque monasteria religiosarum inclusarum regni Ungarie, . . . ingredi valeas, . . . indulgemus . . . Datum . . .

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. V. fol. 178. — THEINER. II. 4, 5.)

CLXXXVI.

1353. Augusztus 31.

VI. Incze pápa az ó-budai Klarissza-apáczák zárdájának adományozott birtokokat, jogokat és kiváltságokat megerősíti.

Innocentius episcopus etc. Dilectis in Christo filiabus, abbatisse et sororibus monasteri sancte Clare de Veteribuda, ordinis eiusdem sancte, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Cum itaque, sicut ex parte carissimi in Christo filii Ludovici, regis Ungarie et carissimarum in Christo filiarum nostrarum Elizabet, matris et Elizabet, uxoris regis eiusdem, reginarum Ungarie illustrium, nuper accepimus, ipsi dudum pia devotione monasterium vestrum canonice fundaverint ac dotaverint, et illud sufficientius dotare intendant, vobisque ac dicto vestro monasterio possessiones et nonnulla alia iura, res et bona a Christi fidelibus hactenus pie donata et licite fuerint acquisita; nos regis ac reginarum ipsarum, vestrisque supplicationibus inclinati, fundationem et dotationem huiusmodi, et alia, ut prefertur, concessa et donata, ac quomodolibet etiam, ut premittitur, acquisita, . . . confirmamus . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, secundo kalendas Septembris, anno primo.

Eisdem salutem etc. . . . Nos regis et reginarum ipsarum ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut omnia privilegia, libertates et alias gratias ordini vestro et personis ac locis ipsius, ab apostolica sede concessa, que ad vos, vestrum-

[1] A szövegben «Datum ut supra».

que monasterium se extendunt, illisque . . . uti perpetuo valeatis . . . de speciali gratia indulgemus . . . Datum ut supra.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus V. fol. 177t. — THEINER. II. 4.)

CLXXXVII.

1353. Deczember 9.

VI. Incze pápa György szerémi főesperesnek veszprémi kanonokságot adományoz.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Georgio Nicolai canonico Wesprimiensi salutem etc. . . . Consideratione carissime in Christo filie nostre Elisabeth regine Ungarie illustris, pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis . . . canonicatum ecclesie Wesprimiensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit, quam tu . . . infra unius mensis spacium . . . duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptacionem huiusmodi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod in ecclesia Sirmiensi canonicatum et prebendam cum archidiaconatu de Par — (?) nosceris obtinere. . . . Datum Avinione quinto idus Decembris anno primo.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 220. fol. 423.)

CLXXXVIII.

1354. Május 13.

Ilhanoi Péter pápai ügyhallgató, az örsi és sasadi, veszprémmegyei plébánosokat, kik ellen a veszprémi püspök pert indított, Avignonba megidézi.

Petrus de Ylhano, utriusque iuris doctor, canonicus Agennensis, domini pape capellanus et ipsius sacri palacii causarum et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino papa auditor specialiter deputatus, venerabilibus et discretis viris dominis — preposito et archidiacono Wesprimiensi, — archidiacono Albensi in ecclesia Wesprimiensi, — preposito et cantori ecclesie Albensis, — preposito et

[1] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosításával a nyitrai püspököt és a fehérvári prépostot megbizza.

custodi ecclesie Posoniensis et — preposito et cantori ecclesie sancti Petri de Veteribuda Strigoniensis et Wesprimiensis diocesium et cuilibet in solidum salutem in domino et nostris, ymmo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Ex parte sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii divina providencia pape sexti quandam commissionis, seu supplicacionis cedulam, per discretum virum Hugincionem de Perusio, eiusdem domini pape cursorem presentatam coram notario et testibus infrascriptis, nos cum ea, qua decuit reverencia noveritis recepisse, cuius tenor talis est:

Supplicat sanctitati vestre procurator et procuratorio nomine reverendi patris domini Johannis episcopi Wesprimiensis, quatinus causam et causas appellacionis interposite pro parte dicti domini episcopi a quibusdam precessibus et gravaminibus factis et eidem episcopo illatis per Mathiam archidiaconum Kamariensem, vicesgerentem, ut dicitur, vicarii Strigoniensis, necnon nullitatis et principalis negocii, que vertuntur, seu verti sperantur inter dictum dominum episcopum ex una parte et Michaelem de Urs et Benedictum de Sasagh ecclesiarum rectores, seu plebanos Wesprimiensis diocesis ex altera et omnes et singulos, qui sua putaverint interesse communiter vel divisim, de et super decimis earundem ecclesiarum ad eiusdem episcopi mensam spectantibus, quas supradicti Michael et Benedictus de facto noscuntur occupare, et nonnullis inobedienciis et aliis rebus et pecuniarum summis, seu predictorum occasione, committere dignemini alicui de dominis auditoribus vestri sacri palacii audiendas et examinandas, decidendas et fine debito terminandas . . . non obstante, quod dicte cause non sint ad Romanam curiam legitime devolute, nec alias ibidem . . . tractande, maxime cum dictus episcopus propter laycalem potenciam non speret in partibus se posse consequi iusticie complementum.

In fine vero dicte commissionis, seu supplicacionis cedule scriptum erat de alia manu et littera superiori littere omnino dissimili, videlicet hec verba: De mandato domini nostri pape audiat magister Petrus de Yllhano et citet, ut petitur, ac iusticiam faciat. — Demum vero die infrascripta comparente coram nobis Avinione in hospicio habitacionis nostre magistro Oleno (Oliverio?) de Adlochowicz in Romana curia procuratore ac procuratorio nemine supradicti domini episcopi principalis in dicta commissione nominati, . . . et nos cum instancia requisivit, quatinus Michaelem de Urs et Benedictum de Sasach ecclesiarum rectores, seu plebanos, principales in dicta commissione nominatos et omnes et singulos, qui sua putaverint interesse communiter vel divisim ad partes et extra Romanam curiam per nostras litteras citaremus et citari mandaremus . . . Nos igitur Petrus auditor prefatus, volentes . . . partibus iusticiam ministrare, vos omnes et singulos supradictos, quibus presentes nostre littere diriguntur . . . primo, secundo et tercio peremptorie requirimus et monemus, vobisque nichilominus et cuilibet vestrum in solidum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam exnunc,

prout extunc in vos et vestrum quemlibet ferimus in hiis scriptis, nisi infra sex dierum spacium post presentacionem, seu notificacionem presencium vobis factam immediate sequencium, quorum dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos vobis universis et singulis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, adimplere curaveritis cum effectu ea, que vobis committimus in hoc parte districte precipiendo mandamus, quatinus prefatos Michaelem et Benedictum in propriam personam, si eorum personam comode apprehendere poteritis, alioquin in hospiciis habitacionum suarum, seu eorum domicilio et in ecclesia Wesprimiensi ac aliis locis, ubi expediens fuerit, . . . ex parte nostra, ymmo verius apostolica, peremptorie citare curetis, quos nos eciam tenore presencium peremptorie citamus, ut octuagesima die post citacionem huiusmodi eisdem Michaeli et Benedicto per vos, vel alterum vestrum factam immediate sequenti, si dies ipsa iuridica fuerit et nos ad iura reddendum mane hora causarum Avinione in palacio apostolico causarum in loco nostro solito pro tribunali sedebimus; alioquin proxima die iuridica extunc immediate sequenti, qua nos ad iura reddendum pro tribunali sedere contingeret, in iudicio legitime compareant coram nobis, vel alio forsan nobis absentibus tunc loco nostri surrogando, per se, vel procuratores eorum sufficientes et ydoneos . . . eidem domino episcopo, vel eius procuratori legitimo de iusticia responsuri et in causa, seu causis ipsis processuri et procedi visuri ad singulos actus gradatim et successive usque ad diffinitivam sentenciam inclusive, prout iuris fuerit et racionis; certificantes predictos Michaelem et Benedictum, quod sive in dicto citationis termino venerint, sive non, nos in causa, seu causis huiusmodi procedemus iusticia mediante, ipsorum citatorum absencia, seu contumacia non obstante. Diem autem citacionis huiusmodi, atque formam, nomina ipsorum citatorum et quicquid inde feceritis, nobis per vestras patentes litteras, seu publicum instrumentum harum nostrarum litterarum seriem continentes intimare et fideliter notificare curetis.... In quorum omnium testimonium presentem citacionem, seu presens publicum instrumentum per Johannem notarium publicum nostrum ec huiusmodi cause scribam infrascriptum scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli fecimus appensione muniri. Datum et actum Avinione in hospicio habitacionis nostre, sub anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, die terciodecimo mensis Maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocencii divina providencia pape sexti predicti anno secundo, presentibus discretis viris domino Santio Qupe presbytero et Germano Trilha familiaribus nostris, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

. . . . . .

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában.)

CLXXXIX.

1354. *Julius 7.*

VI. Incze pápa Magyarországi Pétert bakonybéli apáttá nevezi ki.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio, Petro dicto Ungaro abbati monasterii sancti Mauritii de Beel, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum . . . intellecto, quod monasterium sancti Mauritii de Beel . . . erat per obitum quondam Georgii ipsius monasterii abbatis . . . pastoris solatio destitutum, nos . . . provisionem ipsius monasterii dispositioni et ordinationi nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Et deinde nos . . . ad te monachum dicti monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum . . . direximus oculos nostre mentis, . . . de persona tua prefato monasterio . . providemus, teque illi preficimus in abbatem . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quarto nonas Julii anno secundo.[1]

(Regesta Vaticana Volumen 225. Annus II. Liber I. fol. 53. — Theiner. II. 7.)

CXC.

1356. *April 6.*

VI. Incze pápa Znaimi János hantai prépostnak a bosniai olvasó-kanonokságot adományozza.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Johanni Conradi de Znoyma preposito ecclesie Hantensis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Cum itaque nuper ecclesie Bosnensi, tunc vacanti, de persona dilecti filii Petri electi Bosnensis duxerimus providendum, . . . et propterea canonicatus et prebenda ac lectoratus ecclesie Bosnensis, quos idem electus . . . obtinet . . . vacare speretur in brevi, nos volentes tibi, qui ut asseris, karissimi in Christo filii nostri Ludovici regis Ungarie illustris capellanus existis, . . . gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam ac lectoratum predictos . . . conferendos tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstante . . . quod prepositurum Hantensem obtines et super canonicatus et prebenda Posoniensis, Vesprimiensis et Strigoniensis diocesium, vigore cuiusdam

[1] Ugyanazon napon a kinevezésről a bakonybéli monostort értesíti.

gracie, per nos tibi facte, de illis aliquamdiu in partibus, ut asseris litigasti. Volumus autem, quod quamprimum . . . dictos canonicatum et prebendam ac lectoratum . . . pacifice assecutus fueris, dictam preposituram . . . dimittere . . . tenearis . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis octavo idus Aprilis anno quarto.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XIV. f. 164.)

CXCI.

1356. April 6.

VI. Incze pápa Zsegrai Miklós részére a hantai prépostságot reserválja.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Nicolai de Zegra canonico Strigoniensi salutem etc. . . . Cum itaque hodie dilecto filio Johanni Conradi de Znoyma preposito ecclesie Hantensis Vesprimiensis diocesis de canonicatu, prebenda et lectoratu ecclesie Bosnensis . . . mandaverimus provideri, et voluerimus quod quamprimum ipse dictos canonicatum, prebendam et lectoratum . . . foret pacifice essecutus, prepositurum ecclesie Hantensis . . . dimittere teneretur; . . . nos volentes tibi in iure canonico, ut asseritur, studenti, . . . gratiam facere specialem, dictam prepositurum, que dignitas curata existit . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis octavo idus Aprilis anno quarto.[2]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XIV. f. 163.)

CXCII.

1356. April 13.

VI. Incze pápa Henriket az ausztriai szent-kereszti cziszterczita-kolostor szerzetesét pilisi apáttá nevezi ki.

Innocentius episcopus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Vesprimiensi salutem etc. Carissimus in Christo filius noster Ludovi-

[1] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosítását a zágrábi és pécsi püspökökre és a bácsi prépostra bízza.

[2] Ugyanazon napon rendelkezése foganatosítását az esztergomi érsekre, a szent-mártoni apátra és az avignoni sekrestye-igazgatóra bízza.

cus rex Ungarie illustris per litteras et nuncios suos nobis noviter intimavit, quod licet monasterium beate Marie de Pelizio Cisterciensis ordinis Vesprimiensis diocesis, quod a progenitoribus suis regibus Ungarie fundatum [1] et dotatum esset, consveverit in redditibus habundare, et disciplina monastici ordinis cultusque divinus viguerit in eodem; ex incuria tamen aliquorum abbatum, qui eidem monasterio hactenus prefuerunt, monasterium ipsum in temporalibus vehementer collapsum est, et in spiritualibus vehemencius destitutum, et ita in eo vigor observancie tepuit regularis, quod eiusdem monasterii monachi per campum licencie vagantes effrenes, plus illecebris mundanis inserviverint, quam obsequiis divinis intendant quibus sunt deputati. Quare memoratus rex, studio pie devocionis accensus, nobis humiliter supplicavit, ut eidem monasterio in quo, ut dicit, nonnullorum ex progenitoribus ipsius corpora tumulata quiescunt,[2] et quod per obitum quondam Jacobi abbatis dicti monasterii,[3] qui in partibus illis diem clausit extremum, vacat ad presens, de persona dilecti filii Henrici de . .[4] celerari[5] monasterii sancte crucis dicti ordinis Pataviensis diocesis, quem nobis idem rex de religionis zelo, litterarum sciencia, honestate morum et vite aliisque virtutum meritis multipliciter commendavit, providere ipsi monasterio dignaremur, sperans indubie, monasterium ipsum per ipsius Henrici circumspectam industriam in spiritualibus et temporalibus multipliciter, actore domino, reformandum, et ipso procurante in utrisque recepturum incrementa votiva, confidens, ac offerens se dicto Henrico circa reformacionem huiusmodi presidia et auxilia regia favorabiliter prestiturum. Nos igitur laudabile propositum dicti regis in domino commendantes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum, per vos seu alium vel alios, de statu et condicione monasterii beate Marie, ac meritis et ydoneitate ad regimen illius Henrici predictorum, aut persona alterius, nos cum diligencia informetis, et quicquid per informacionem huiusmodi vos reperire contingerit, fideliter publica manu in scripturam redactum, nobis e vestigio transmittatis[6] . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis idus Aprilis anno quarto.

(Regesta Avinionensia Innocentii, VI. Tom. XIII. fol. 225. t.)

---

[1] Ez a nyilatkozat megerősíti Békefi föltevését, hogy a pilisi apátság királyi alapítvány. A pilisi apátság története. I. 126.

[2] A történeti emlékekben csak annak találjuk nyomát, hogy II. Endre neje Merani Gertrud temetkezett Pilisen.

[3] Jakab pilisi apátról történeti emlékeink hallgatnak.

[4] Egy szó ki van hagyva, helye üresen maradt.

[5] Celerarius-cellarius (Du Cange).

[6] Henrik csakugyan elnyerte a pilisi apátságot. Történeti emlékeinkben először 1358 szeptember 17-ikén találkozunk vele. 1379-ig kormányozta a pilisi apátságot. Nagy Lajos király kiváló bizalommal viseltetett iránta. Egyebek között őt bízta volt meg az ácheni magyar kápolna létesítésével és berendezésével. (Békefi: I. 163, 299.)

CXCIII.

1356. Május 28.

VI. Incze pápa a szent-mártoni és pilisi apátokat és a szepesi prépostot megbízza, hogy a veszprémi püspök és az őrsi plébános között fenforgó perben vizsgálatot indítsanak.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis (Siffrid) sancti Martini montis Pannonie Jauriensis et (Johanni?) de Pylis Vesprimiensis diocesis monasteriorum abbatibus ac — preposito ecclesie sancti Martini Scepusiensis Strigoniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Orta dudum inter . . . Johannem episcopum Wesprimiensem et . . . Michaelem rectorem, plebanum appellatum, parochialis ecclesie sancti Martini de Urs Wesprimiensis diocesis, pro eo quod episcopus ius percipiendi decimas proventuum terrarum . . . intra limites parochie dicte ecclesie ad mensam episcopalem Wesprimiensem . . . pertinere, ac rectorem dicte ecclesie . . . episcopo Wesprimiensi . . . , tanquam eius ordinario . . . subesse debere; Michael vero predictum huiusmodi ius . . . ad dictam ecclesiam . . . spectare, ac rectorem dicte ecclesie . . . esse exemptum a totali iurisdiccione . . . episcopi Wesprimiensis, . . . et tam ex privilegio sedis apostolice, quam de . . . consvetudine, archiepiscopo Strigoniensi . . . immediate subiectum esse; dictumque episcopum prefatos Michaelem et ecclesiam sancti Martini super iurisdiccione . . . huiusmodi molestasse, . . . et nonnullis aliis articulis, materia questionis: nos causam huiusmodi, ad dicti episcopi instantiam, . . . magistro Petro de Ilhano canonico Agennensi, capellano nostro et causarum palacii apostolici auditori audiendam commisimus et fine debito terminandam[1] . . . sine strepitu iudicii . . .; dictusque auditor, ad instanciam magistri Oleni de Adlochowitz, procuratoris . . . dicti episcopi . . . prefatum Michaelem . . . citari fecit, . . . ut infra certum terminum . . . Avinione . . . compareret; in quo termino dictus Olenus, coram prefato auditore in iudicio comparens, . . . predicti Michaelis non comparentis contumaciam accusavit; postmodum autem dicto Oleno et magistro Petro procuratore . . . dicti Michaelis . . . comparentibus, dictus auditor ipsis ad dandum et recipiendum libellum . . . prefixit terminum, . . . in quo dicto Oleno et magistro Petro de Bononia . . . comparentibus, et per quemlibet eorum . . . dato libello, . . . et per ipsos exhibitis quibusdam posicionibus et articulis, et contra huiusmodi articulos quibusdam exceptionibus dictis, ac productis nonnullis instrumentis publicis . . . et contra huiusmodi producta quibusdam exceptionibus dictis; . . . quia per ea, que coram eodem

[1] L. CLXXXVIII. sz.

auditore . . . sunt habita, non potest de ipsius cause meritis pene liquere . . . discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus testes, litteras et instrumenta, que quelibet parcium predictarum . . . producere voluerit coram vobis, infra duorum mensium spacium . . . recipere, et testes . . . examinare curetis, . . . depositiones . . . testium . . . ad nostram presenciam quantocius transmissuri, . . . prefixo eisdem partibus termino, quo . . . apostolico se conspectui representent, iustam . . . sententiam recepture . . . Datum Avinione quinto kalendas Junii pontificatus nostri anno quarto.

(Eredetije a szent-mártoni főapátság levéltárában. — BÉKEFI. 340.)

CXCIV.

1356. Augusztus 24.

VI. Incze pápa Fehérvári István veszprémi pap részére a fehérvári prépost adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Stephano Jacobi de Albaregali presbytero Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus si cum cura viginti quinque, sic vero sine cura fuerit decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedat, ad collacionem . . . prepositi Albensis pertinens, si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quod tu . . . duxeris acceptandum . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis nono kalendas Septembris anno quarto.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus XII. f. 368.)

CXCV.

1356. Augusztus 24.

VI. Incze pápa Pathai Miklós ó-budai kanonoknak ugyancsak az ó-budai káptalanban egy magasabb fokozatú kanonoki javadalmat reservál.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Johannis de Patha canonico ecclesie Budensis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque tibi cano-

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a veszprémi püspököt, az ó-budai prépostot és az avignoni sekrestye-igazgatót megbízza.

nicatum et prebendam subdiaconalem ecclesie Budensis Vesprimiensis diocesis, in qua nonnulle prebenda subdiaconales et alique sacerdotales existunt[1] . . . obtinenti . . . gratiam facere specialem, unam de dictis prebendis sacerdotalibus . . . conferendam . . . donacioni apostolice reservamus . . . Volumus autem quod postquam . . . prebende sacerdotalis ipsius ecclesie fueris possessionem pacifice assecutus, dictam prebendam subdiaconalem . . . dimittere tenearis . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis nono kalendas Septembris anno quarto.[2]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus XIV. f. 322.)

CXCVI.

1357. *Május 22.*

Az erdélyi püspök VI. Incze pápához folyamodik, hogy Miklós fehérvári kanonoknak erdélyi kanonokságot adományozzon.

Supplicat sanctitate vestre humilis creatura vestra Dominicus episcopus Transsilvanensis, quatenus Nicolao Symonis alias Salomonis de Albaregali clerico Vesprimiensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Transsilvanensis per obitum quondam Michaelis dicti de Olaz ipsius ecclesie canonici prebendati, dum viveret, in Romana curia defuncti . . . dignemini providere, . . . non obstante quod canonicatum et prebendam ecclesie Alberegalis dicte Vesprimiensis diocesis obtineat.

Fiat G.

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis undecimo kalendas Junii anno quinto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus V. f. 142.)

---

[1] Némely káptalanok úgy voltak szervezve, hogy a javadalmak egy részét áldozárok, másik részét szerpapok és alszerpapok birták. Némely római káptalanban ennek a szervezetnek külső formája mai napig fönnmaradt.

[2] Ugyanazon napon rendelkezése foganatosításával az esztergomi érseket, a császmai prépostot és az avignoni sekrestye-igazgatót bízza meg.

CXCVII.

1357. *Május 25.*

Lajos király VI. Incze pápához folyamodik, hogy az ó-budai prépostságot Lorandfi István esztergomi pap részére reserválja.

Supplicat sanctitati vestre devotus vester et sancte Romane ecclesie filius Lodowicus rex Ungarie, quatenus preposituram ecclesie Veterisbude, Wesprimiensis diocesis, quam dominus Stephanus Laurencii, electus seu provisus Zagrabiensis, in dicta ecclesia obtinet, quamprimum ipsam per munus consecrationis ad partes commissum eidem electo impendendum, vel alias quovismodo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, conferendam dilecto suo capellano Stephano nato nobili viri Oliverii Lorandi, clerico Strigoniensis diocesis, studenti in iure canonico, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis, donacioni apostolice dignemini reservare; non obstante quod canonicatum et prebendam ac custodiam ecclesie Strigoniensis obtinet, quam custodiam paratus est dimittere, cum dicte prepositure possessionem pacificam fuerit assecutus.

Fiat G.

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis octavo kalendas Junii, anno quinto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus V. f. 132.)

CXCVIII.

1357. *Május 25.*

VI. Incze pápa az ó-budai prépostságot Lórandfi István esztergomi pap reszére reserválja.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio officiali Vesprimiensi salutem etc. Cum prepositura ecclesie Veteris Bude Vesprimiensis diocesis, quam dilectus filius Stephanus electus Zagrabiensis, tempore promotionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Zagrabiensem . . . obtinebat, sicut obtinet, per huius promotionem et consecrationis munus suscipiendum ab eo, in brevi vacare speretur, nos volentes dilectum filium Stephanum, natum nobilis viri Oliveri Lorandi militis, canonicum Strigoniensem, in iure canonico, ut asseritur, studentem, apud nos de nobilitate generis, ac probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, nec non consideratione carissimi in Christo filii nostri Ludowici regis Ungarie

illustris, pro eodem Stephano dilecto capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, discretioni tue . . . mandamus, quatenus si post diligentem examinationem eundem Stephanum ad hoc ydoneum esse repereris . . . prepositurum predictam, cum ipsam premisso quam alio quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum, vacare contigerit, conferendam dicto Stephano . . . donacioni tue apostolica auctoritate reserves; . . . et nichilominus prepositurum ipsam, cum eam . . . vacare contigerit, eidem Stephano . . . eadem auctoritate conferre et assignare procures . . . Non obstantibus . . . quod canonicatum et prebendam ac custodiam ecclesie Strigoniensis idem Stephanus noscitur obtinere. Volumus autem quod idem Stephanus quamprimum ipsius prepositure fuerit vigore presencium possessionem pacificam assecutus, custodiam predictam . . . prout eciam ad id se sponte obtulit dimittere teneatur . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis octavo kalendas Junii anno quinto.

(Regesta Vaticana. Volumen 232. f. 93.)

CXCIX.

1357. *Szeptember 25.*

A pécsi püspök VI. Incze pápához Lukácsfi Brictius veszprémi pap részére fehérvári kanonokságért folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus orator vester (Nicolaus) episcopus Quinqueecclesiensis, . . . quatenus dilecto suo Bricio Luce clerico Wesprimiensis diocesis, de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie collegiate sancti Stephani regis de Albaregali dicte Wesprimiensis diocesis dignemini providere, non obstante quod idem Bricius canonicatum et prebendam in ecclesia Quinqueecclesiensi obtineat, cum acceptatione et aliis omnibus clausulis oportunis ac executoriis ut supra. Fiat. G. Et sine alia lectione fiat. G.

Datum Avinione septimo kalendas Octobris anno quinto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus V. f. 241. t)

CC.

1357. Szeptember 25.

VI. Incze pápa Lukácsfi Brictiusnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Bricio Luce canonico ecclesie sancti Stephani regis alias beate Marie de Albaregali nuncupate Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie sancti Stephani regis alias beate Marie de Albaregali nuncupate Vesprimiensis diocesis . . . tibi conferimus, . . . prebendam vero si qua in dicta ecclesia vacat ad presens vel cum vacaverit . . . conferendam tibi . . . apostolice donationi reservamus . . . Non obstantibus . . . quod in ecclesia Quinqueecclesiensi canonicatum et prebendam nosceris obtinere. . . . Datum Avinione septimo kalendas Octobris anno quinto.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XV. f. 84.)

CCI.

1358. Márczius 17.

VI. Incze pápa Mihál veszprémi polgárt abban a kegyelemben részesíti, hogy néki gyóntatója egy ízben általános feloldozást engedélyezhessen.

Littere de absolutione.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Michaeli Pauli civi Wesprimiensi salutem etc. Provenit etc. Datum Avinione decimo septimo kalendas Aprilis anno sexto.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus XVIII. f. 222.)

---

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a bosniai püspököt, az ó-budai prépostot és az avignoni dékánt megbízza.

CCII.

1358. Márczius 24.

Az erdélyi püspök VI. Incze pápához folyamodik, hogy Miklós fehérvári kanonoknak az erdélyi éneklő-kanonokságot adományozza.[1]

Supplicat sanctitati vestre devota creatura vestra Dominicus episcopus Transilvanensis, . . . quatenus sibi in persona dilecti secretarii sui et in Romana curia procuratoris, Nicolai Symonis, alias Salomonis canonici ecclesie beate Marie Albe-regalis . . . gratiam faciendo, de cantoratu ecclesie Transilvane . . . eidem dignemini misericorditer providere . . .

Fiat G.

Datum Avinione nono kalendas Aprilis anno sexto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VI. f. 84.)

CCIII.

1358. Máczius 26.

VI. Incze pápa a veszprémi káptalantól püspökké megválasztott László császmai prépost választását megsemmisíti, és őt a maga hatalmából püspökké kinevezi.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Ladislao electo Wesprimiensi salutem etc. . . . Dudum siquidem bone memorie Johanne episcopo Wesprimiensi regimini Wesprimiensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam, ydoneam et utilem presidere personam, provisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni nostre duxerimus ea vice specialiter reservandam; . . . postmodum vero dicta ecclesia per obitum eiusdem Johannis episcopi, qui extra curiam Romanam, diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie, huius reservationis et decreti, ut asseritur, ignari, te prepositum Chasmensem in ecclesia Zagrabiensi, in sacerdocio constitutum, in Wesprimiensem episcopum, licet de facto, concorditer elegerunt, tuque reservationis et decreti predictorum similiter nescius, electioni huiusmodi consensisti, etiam de facto, et demum reservationes et decreto predictis ad tuam dedu-

[1] V. ö. CXCVI. számot.

ctis notitiam, huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in consistorio coram nobis. Nos igitur electionem huiusmodi, utpote post et contra reservationem et decretum nostra huiusmodi, de facto, ut premittitur, attemptatam, et alia inde secuta, prout erant, irrita et inania reputantes, ac ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem . . . paternis et sollicitis studiis intendentes . . . ad te litterarum sciencia preditum, vite ac morum honestate decorum, in spiritualibus providum et in temporalibus circumspectum, et aliis virtutum meritis, prout fidedignorum assercione percepimus, insignitum, direximus oculos nostre mentes, quibus omnibus ac eciam concordi eorundem capituli te eligentium voluntate, debita meditacione pensatis, de persona tua, nobis et dictis fratribus, ob premissorum tuorum exigenciam meritorum, eidem Wesprimiensi ecclesie, de fratrum predictorum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem . . . Datum Avinione septimo kalendas Aprilis anno sexto.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XVIII. f. 314.)

CCIV.

1358. April 8.

Lajos király VI. Incze pápához budai templomok részére búcsú engedélyezéséért folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius Ludovicus Ungarie rex, quatenus . . . abbatisse et sororibus monasterii sancte Clare in Veteri Buda Wesprimiensis diocesis pro dicto monasterio dignemini concedere indulgentias, que vestre placuerint sanctitati.

Fiat in forma de uno anno et quadraginta diebus. G.

Item supplicat, quatenus ad capellam corporis Christi in Buda Wesprimiensis diocesis, noviter fundata, concedere dignemini indulgentias, que dicte placuerint sanctitati.

Fiat simili modo. G.

Item supplicat quatenus ad altare quatuor ewangelistarum in ecclesia omnium sanctorum in Buda dicte Wesprimiensis diocesis concedere dignetur indulgentias, que dicte placuerint sanctitati.

Fiat ut supra. G.

Datum Avinione sexto idus Aprilis anno sexto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VI. f. 117 t.)

[1] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz és hívekhez, úgyszintén az esztergomi érsekhez és a királyhoz a szokásos értesítő iratokat küldi.

CCV.

1358. Augusztus 6.

VI. Incze pápa a veszprémi székesegyház részére búcsút engedélyez.

Innocentius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. . . . Cupientes igitur ut ecclesia Wesprimiensis que in honore et sub vocabulo sancti Michaelis archangeli fundata fore dinoscitur, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in quatuor principalibus beate Marie virginis et in dicti sancti Michaelis ac in sancti Georgii, cuius caput in eadem ecclesia esse dicitur, festivitatibus ipsam ecclesiam devote visitaverint annuatim, et fabrice eiusdem ecclesie manus porrexerint adiutrices, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis . . . relaxamus . . . Presenibus post decennium minime valituris. Datum apud Villam novam Avinionensis diocesis octavo idus Augusti anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 233. f. 460.)

CCVI.

1358. Augusztus 6.

VI. Incze pápa Balázs pécsi papnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Nicolao) archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. . . . Nos igitur volentes personam dilecti filii Blasii Egidii de Lizko clerici Quinqueecclesiensis diocesis . . . pro quo etiam dilectus filius Ladislaus electus Wesprimiensis nobis super hoc humiliter supplicavit . . . favoribus prosequi gratiosis . . . mandamus, quatenus si post diligentem examinationem dictum Blasium ad hoc ydoneum esse repereris, . . . de canonicatu ecclesie beate Marie de Albaregali Wesprimiensis diocesis . . . assignari procures prebendam vero . . . quam idem Blasius . . . infra unius mensis spatium . . . duxerit acceptandam conferendam eidem . . . donationi tue . . . reserves . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis octavo idus Augusti anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 233. f. 176. Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XIX. f. 218 t.)

CCVII.

1358. Augusztus 6.

László veszprémi püspök különféle kegyelmek engedélyezése és javadalmak adományozása végett, VI. Incze pápához folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devota creatura vestra Ladizlaus electus Wesprimiensis, quatenus sibi eligendi confessorem licentiam, et eidem et decem personis in cancellaria nominandis indulgentiam concedere dignemini in mortis articulo ut in forma.

Item quatenus idem electus duas dignitates in ecclesia Wesprimiensi, vestra si vacant ad presens vel cum vacaverint, personis ydoneis quas ad hoc eligendas duxerit, conferre valeat, singulis singulas, etiam si alia beneficia obtineant, concedere dignemini de benignitate apostolica et gratia speciali.

Item quod visitantibus ipsam ecclesiam in sancti Michaelis, ad cuius honorem ipsa ecclesia est constructa, ac sancti Georgii, cuius caput in eadem ecclesia existit, et quatuor sancte Marie et aliis festis principalibus, et manus fabrice eiusdem ecclesie adiutrices porrigentibus, unum annum et quadraginta dies de indulgentia concedere dignemini, ut in forma.

Item quatenus dilecto filio Blasio archidiacono Budensi promotori electionis eiusdem electi, de canonicatu ecclesie Quinqueecclesiensis, sub expectatione prebende, dignitatis, personatus et officii, cum cura vel sine cura dignemini providere; non obstante quod in predictis Wesprimiensis et sancti Petri de Possega Quinqueecclesiensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere.

Item Petro cantori et canonico prebendato ecclesie Budensis, qui in procuratione eiusdem electionis de Ungaria ad sedem apostolicam bina vice accessit, de canonicatu ecclesie Waradiensis, sub expectatione prebende, personatus, vel officii, cum cura vel sine cura, dignemini providere; non obstante quod canonicatum et prebendam ecclesie Jauriensis obtinet.

Item eidem Petro cantori Budensi, ut in studio generali existendo, fructus eorundem beneficiorum percipere valeat, cum ea integritate cum qua ipsos perciperet si in ipsis beneficiis personaliter resideret, cum clausulis oportunis, ut in forma.

Item Gregorio Johannis clerico Waradiensis diocesis de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Strigoniensis, ut supra.

Item Andree Anthonii presbytero Quinqueecclesiensis diocesis de canonicatu sub expectatione prebende dicte ecclesie sancti Petri de Possega dignemini providere ut supra.

Item Dominico Stephani de Gara clerico dicte diocesis Quinqueecclesiensis de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Boznensis dignemini providere ut supra.

Item Blasio Egidii de Lizko clerico dicte Quinqueecclesiensis diocesis de canonicatu sub expectatione prebende, in ecclesia beate Marie de Albaregali Wesprimiensis diocesis dignemini providere, ut supra.

Item Michaeli Nicolai de Tolvanok clerico dicte Quinqueecclesiensis diocesis de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Jauriensis, ut supra.

Item Nicolao Dragori canonico prebendato ecclesie Chasmensis Zagrabiensis diocesis de canonicatu sub expectatione prebende in ecclesia Zagrabiensi, ut supra.

Fiat de omnibus suprascriptis non cancellatis ut petitur. G.

Et sine alia lectione et pro absentibus commissione examinis propter viarum discrimina ad partes.

Fiat G.

Datum apud Villam novam Avinionensis diocesis octavo idus Augusti anno sexto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VI. f. 238.)

CCVIII.

1358. Szeptember 2.

VI. Incze pápához intézett folyamodás, az őrsi prepostság, a veszprémi éneklő-kanonokság és a fehérvári főesperesség tárgyában.

Beatissime pater. Collationem et provisionem Clementi Ladislay ordinarie factam de prepositura Ursiensi in ecclesia Wesprimiensi dudum vacante, per assecutionem possessionis pacifice ecclesie omnium sanctorum de castro Wesprimiensi, et quam pluribus annis ipsam possedit pacifice et quiete, prout adhuc possidet, et alia inde secuta, dignemini ex certa scientia confirmare, vel alias etiam si sit vel fuerit tempore collationis et provisionis huiusmodi collationi apostolice reservata, eidem de dicta prepositura de novo providere dignemini; non obstante quod in dicta Wesprimiensi et sancti Johannis de castro Quinqueecclesiensi ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Datum Avinione quarto nonas Septembris anno sexto.

Item collationem et provisionem Michaeli Giule [1] auctoritate ordinaria factam de custodia ecclesie Wesprimiensis, tunc vacante per obitum Stephani ultimi rectoris eiusdem, extra Romanam curiam defuncti, quam pluribus annis tenuit et possedit pacifice et quiete, sicut adhuc possidet, et alia inde secuta dignemini ex certa

[1] A kötet indexében Giule helyett Cinke áll. V. ö. CXXII. számot.

scientia confirmare, vel alias etiam si sit vel fuerit tempore collationis et provisionis huiusmodi collationi apostolice reservata, de dicta custodia eidem de novo providere, non obstante quod in dicta Wesprimiensi et de Posonio Strigoniensis diocesis ecclesiis canonicatus et prebendas noscitur obtinere, cum non obstantibus et clausulis oportunis.

Item collationem et provisionem Johanni Tonsi auctoritate ordinaria factam de archidiaconatu Albensi in ecclesia Wesprimiensi vacante per assecutionem custodie Wesprimiensis, quam pluribus annis possedit pacifice et quiete, prout adhuc possidet, et alia inde secuta dignemini ex certa scientia confirmare, vel alias etiam si sit vel fuerit tempore collationis et provisionis huiusmodi collationi apostolice reservata, eidem de dicto archidiaconatu de novo providere, non obstante quod canonicatum dicte ecclesie Wesprimiensis noscitur obtinere, cum clausulis et non obstantibus oportunis.

Datum Avinione quarto nonas Septembris anno sexto.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VI. f. 254.)

CCIX.

1358. Szeptember 25.

VI. Incze pápa Miklós hantai prépost részére a veszprémi egyházmegye területén létező káptalanok egyik prépostságát reserválja.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao preposito ecclesie Hantensis Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Cum itaque, sicut accepimus, in diocesi Wesprimiensi nonnulle prepositure ecclesiarum collegiatarum, quarum singularum eleccio ad singularum ecclesiarum singula capitula, et ipsarum electionum confirmatio ad . . . archiepiscopum Strigoniensem canonice pertinere fore noscantur . . . unam de huiusmodi preposituris, si qua vacat ad presens vel cum vacaverit, quam tu . . . duxeris acceptandam,* conferendam tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod preposituram ecclesie Hantensis Wesprimiensis diocesis et canonicatum ac prebendam in ecclesia Strigoniensi nosceris obtinere. Volumus autem quod quamprimum . . . huiusmodi preposituram fueris pacifice assecutus, prefatam preposituram . . . dimittere tenearis . . . Datum Avinione septimo kalendas Octobris anno sexto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 233. f. 95t. — Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XVIII. f. 222.

[1] Ugyanazon napon rendelkezése foganatosításával a szent-mártoni apátot és az avignoni dékánt megbízza.

CCX.

1358. Deczember 30.

Erzsébet királynénak kiváltságok, búcsuk és kegyelmek engedélyezése tárgyában VI. Incze pápához intézett folyamodása.

Significat sanctitati vestre humilis et devota vestra Elisabeth regina Ungarie, quod nuper fundavit unum monasterium sororum sancte Clare in Buda, ordinis eiusdem sancte, Vesprimiensis diocesis, in quo centum et ultra sorores, filias comitum et nobilium collocavit; unde licet sancte memorie dominus Bonifacius VIII. et Johannes XXII. predecessores sanctitatis vestre, huiusmodi sancte Clare sorores et ordinem ab omni solutione decimarum bonorum ipsarum, que tunc haberent et inposterum obtinerent, et ab omnibus ordinariorum procuratoribus, ac legatorum et nuntiorum sedis apostolice contributione eximerint: supplicat sanctitati prefate regina predicta, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ipsasque adinstar predictorum predecessorum vestrorum similiter eximentes, huiusmodi gratie adhibere dignemini gratiose; quodque contradictores quilibet et rebelles illam penam incurrant, de qua sanctitati predicte videbitur expedire, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis. Fiat adinstar, si de privilegiis constat. G.

Item supplicat, quatenus omnes indulgentias, in sancte Clare et sancti Francisci, ac nonnullis aliis diebus et festivitatibus fratribus ordinis minorum concessas, eisdem sororibus et monasterio, et quod ipse gaudeant omnibus libertatibus, immunitatibus et privilegiis, quibus dicti fratres ordinis minorum gaudent et gaudebunt etiam in futurum, concedere dignemini de gratia speciali. Fiat de concessis ordini sancte Clare. G.

Item quatenus omnibus dicti monasterii sororibus, ac fratribus ad earum curam deputatis, nec non conversis et procuratoribus ad servitium deputatis earundem, indulgentiam plenariam in mortis articulo concedere dignemini, ut in forma. Fiat pro sororibus dicti monasterii presentibus. G.

Item quatenus eisdem sororibus, et monasterio, conservatoriam perpetuam concedere dignemini generose. Fiat ad quinquennium. G.

Item supplicat, quatenus fratres ordinis minorum, earundem sororum curam habentes, secularibus dicti monasterii servitoribus, procuratoribus, ac eiusdem Monasterii negotia pertractantibus, ministrare possint ecclesiastica sacramenta, ac eos in eiusdem monasterii cimiteria sepelire, cum non obstantibus quibuscunque. Fiat. G.

Datum Avinione tercio kalendas Januarii anno septimo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VII. fol. 2.)

CCXI.

1358. Deczember 31.

VI. Incze pápa a szent-ferencz-rendi szerzeteseket felhatalmazza, hogy az ó-budai klariszszák kolostorában lakó világi egyéneknek a szentségeket kiszolgálhassák.

Innocentius episcopus etc. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monialium sancte Clare in Veteri Buda ordinis dicte sancte, Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Hinc est quod nos carissime in Christo filie nostre Elisabeth regine Ungarie illustris, que, sicut asseritur, monasterium vestrum canonice fundavit pariter et dotavit . . . ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut fratres ordinis minorum, sub quorum cura vivitis, qui ad curam vestram fuerint pro tempore deputati, omnibus personis secularibus, in dicto monasterio vestro, ad vestram et ipsius monasterii vestri servicia et negocia facienda, gerenda et procuranda manentibus . . . sacramenta ministrare, et ipsorum corpora cum decesserint in dicti monasterii cimiterio sepelire . . . licite valeant . . . Datum Avinione secundo kalendas Januarii anno septimo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus XX. fol. 629. — THEINER. II. 37. — Eredetije az országos levéltárában. — FEJÉR. IX., VII. 170.

CCXII.

1358. Deczember 31.

VI. Incze pápa az ó-budai klarissza kolostor összes jogait és kiváltságait megerősíti.

Innocentius episcopus etc. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii sancte Clare in Veteribuda ordinis eiusdem sancte, Wesprimiensis diocesis salutem. . . . Hinc est quod porrectis nobis pro parte carissime in Christo filie nostre Elizabeth regine Ungarie illustris . . . supplicationibus annuentes, ut vos et monasterium vestrum predictum omnibus libertatibus, immunitatibus et privilegiis vestro ordini sancte Clare ab apostolica sede concessis gaudere ac uti perpetuo valeatis, vobis et per vos eidem monasterio . . . indulgemus. . . . Datum Avinione secundo kalendas Januarii anno septimo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus. XX. fol. 630t.)

CCXIII.

1359. Február 26. Márczius 14.

VI. Incze pápa az ó-budai klarissza kolostor részére a klarisszák rendjének régi kiváltságleveleit átírja.

Innocentius VI., ad instantiam abbatissæ et conventus monasterii sanctæ Mariæ de Veteribuda ordinis sanctæ Claræ, transcribit Benedicti XI. bullam, sexto idus Junii pontificatus sui anno primo, universis abbatissis et sororibus monasteriorum ordinis sanctæ Claræ concessam.

Innocentius VI., ad instantiam abbatissæ et conventus monasterii sanctæ Mariæ de Veteribuda, ordinis sanctæ Claræ, transcribit Bonifacii VIII. bullam, quarto nonas Julii pontificatus sui anno secundo, universis abbatissis et conventibus monialium ordinis sanctæ Claræ concessam.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XX. fol. 629, 634. — THEINER. II. 42, 43.)

CCXIV.

1359. Márczius 18.

VI. Incze pápa Csanádi Péter részére fehérvári kanonokságot adományoz.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Thome) archiepiscopo Colocensi salutem etc. . . . Volentes itaque personam dilecti filii Petri Pauli de Cenadino perpetui beneficiati, prebendarii vulgariter nuncupati, in ecclesia beate Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis . . . favore prosequi gratioso . . . mandamus, quatenus si post diligentem examinationem dictum Petrum ad hoc ydoneum esse repereris . . . eidem Petro canonicatum ecclesie beate Marie de Albaregali . . . assignare procures, ac prebendam . . . donacioni tue reserves . . . Datum Avinione quinto decimo kalendas Aprilis pontificatus nostri anno septimo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tomus XX. fol. 312t.)

CCXV.

1359. *April 18.*

VI. Incze pápa veszprémi és fehérvári kápolnáknak búcsút engedélyez.

Innocentius episcopus etc. Universis Christi fidelibus etc. Cupientes itaque quod capelle sancti Ladislai in Vesprimiensi et sancti Benedicti in beate Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis ecclesiis, per dilectum filium nobilem virum Benedictum Heem comitem Pelissiensem et antecessores suos fundate canonice, sicut accepimus, et dotate, congruis honoribus frequententur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, ascensionis domini nostri, pentecostes et corporis Christi, nec non in quatuor principalibus beate Marie virginis, sancti Johannis baptiste ac beatorum apostolorum Petri et Pauli ac sanctorum Ladislai et Benedicti festivitatibus ac omnium sanctorum celebritate dictas capellas devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies . . . de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. Datum Avinione quintodecimo kalendas Junii anno septimo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XX. fol. 709.)

CCXVI.

1359. *Május 18.*

VI. Incze pápa István zágrábi papnak a dömösi prépost adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Stephano Martini clerico Zagrabiensis diocesis salutem etc. . . . Beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . si cum cura viginti quinque, si vero sine cura fuerit decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, ad . . . prepositi ecclesie Demesiensis Strigoniensis[1] diocesis collacionem pertinens . . . conferendum

[1] A dömösi prépostság az esztergomi érsek joghatóságának volt alávetve.

tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Avinione quintodecimo kalendas Junii anno septimo.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXI. fol. 410.)

CCXVII.

1359. Május 18.

Himfi Benedek pilisi főispán folyamodása VI. Incze pápához, javadalmak adományozása tárgyában.

Supplicat sanctitati vestre humilis et devotus vester filius Benedictus Heem comes Pilisensis, ad eandem sanctitatem, per illustrissimum principem regem Ungarie destinatus, . . . quatenus dilecto suo consanguineo Benedicto Georgii presbitero canonico Wesprimiensi dignitatem, personatum vel officium seu administrationem, cum cura vel sine cura, si in ecclesia Wesprimiensi vel extra vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, etiam si ibidem maior post episcopalem existat, conferendum donationi apostolice dignemini reservare, non obstante quod canonicatum et prebendam obtineat in ecclesia Wesprimiensi, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoris. Fiat. G.

Item supplicat quatenus dilecto suo Stephano Chemlei canonico Wesprimiensi, dignitatem, personatum, vel officium seu administrationem cum cura vel sine cura, si in ecclesia Jaurinensi vacat ad presens vel quamprimum vacaverit, etiam si ibidem maior post episcopalem existat, conferenda donationi apostolice dignemini reservare, non obstante quod in ecclesia Wesprimiensi canonicatum et prebendam obtineat, cum omnibus clausulis oportunis ut supra. Fiat de canonicatu sub expectatione prebende. G.

Item supplicat quatenus dilecto suo Stephano Dominici clerico Strigoniensis diocesis, de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Wesprimiensis dignemini providere, cum clausulis oportunis, ut in forma. Fiat. G.

Item supplicat quatenus dilecto suo Petro Pauli de Cenadino prebendario in ecclesia beate Marie Albaregali Wesprimiensis diocesis, de canonicatu sub expectatione prebende eiusdem ecclesie dignemini providere, non obstante quod in

[1] Ugyanazon napon az esztergomi érseket és két külföldi főpapot megbízza a rendelkezés végrehajtásával.

ipsa ecclesia prebendarius existat, cum omnibus clausulis oportunis, ut supra. Fiat. G.

Item supplicat quatenus omnibus vere penitentibus et confessis, qui perpetuas capellas sancti Ladislai in Wesprimiensis et sancti Benedicti, in beate Marie de Albaregali Wesprimiensis diocesis ecclesiis, per dictum comitem et antecessores suos fundatas et dotatas, in nativitate domini, quinque beate Marie virginis, pasche, ascensionis, penthecostes, corporis Christi, sanctorum Johannis, Ladislai, Benedicti, omnium sanctorum, ac Petri et Pauli apostolorum visitaverint, duos annos et duas quadragenas de iniunctis sibi penitentiis relaxare dignemini, cum omnibus clausulis oportunis, ut in forma. Fiat de uno anno et quadraginta diebus. G. Sine alia lectione fiat. G.

Datum Avinione quintodecimo kalendas Junii anno septimo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VII. fol. 61.)

CCXVIII.

1359. Junius 10.

Lajos király VI. Incze pápához egyik káplánja részére javadalomért s egy budai oltár reszére búcsúért folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ludovicus rex Ungarie, . . . quatenus . . . Michaeli Jacobi de Bors Strigoniensis diocesis suo capellano dilecto . . . de dignitate, personatu, administratione seu officio, cum cura vel sine cura, in dicta ecclesia Strigoniensi vacante vel vacature mandare dignemini provideri, cum acceptatione etc.; non obstante quod idem Michael canonicatus et prebendas in Nitriensi et in Albaregali ecclesiis Wesprimiensis diocesis obtinet, et cum clausulis oportunis.

Fiat G.

Item supplicat, quatenus ad altare sancti regis Stephani in ecclesia beate Marie in Buda Wesprimiensis diocesis indulgentias concedere dignemini omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum altare manus suas porrexerint adiutrices, videlicet in quatuor festis principalibus beate Marie virginis, omnium apostolorum, et Martini, Laurentii, Michaelis, tot dierum quot eidem vestre placuerit sanctitati.

Fiat de centum diebus. G.

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quarto idus Junii anno septimo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VII. fol. 95.)

CCXIX.

1359. Junius 30.

Vilmos ispán VI. Incze pápához János veszprémi pap részére esztergomi kanonokságert folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus et humilis filius vester Villelmus comes capelle illustrissimi principis domini Ludovici regis Ungarie, quatenus sibi in personam dilecti sui Johannis Jacobi de Monichhel clerici Wesprimiensis diocesis specialem gratiam facientes, de canonicatu sub expectatione prebende ecclesie Strigoniensis eidem Johanni dignemini providere, cum clausulis oportunis.

Fiat. G.

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis secundo kalendas Julii anno septimo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VII. fol. 107.)

CCXX.

1360. Márczius 24.

Kont Miklós nádor visegrádi palotájának kápolnája részére VI. Incze pápához búcsú engedélyezéséert folyamodik.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Nicolaus Kont regni Ungarie palatinus et iudex Cumanorum, quatenus omnibus et singulis capellam beate Marie Magdalene in ipsius comitis hospitio in Wissegrad Wesprimiensis diocesis, in quatuor principalibus beate Marie virginis et Petri ac Pauli apostolorum ac beate Marie Magdalene, de cuius nomine insignita existit, festivitatibus visitantibus unum annum et quadraginta dies de indulgentia concedere dignemini, ut in forma.

Fiat. G.

Datum Avinione nono kalendas Aprilis anno octavo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VIII. fol. 83.)

CCXXI.

1360. Márczius 24.

Lajos király és Erzsébet királyné VI. Incze pápához Péter megválasztott fehérvári prépost megerősítéseért folyamodnak.

Supplicant sanctitati vestre devoti filii vestri Lodovicus rex Ungarie et Elisabeth regina Ungarie ac capitulum beate Marie Albaregalis Vesprimiensis diocesis ecclesie Romane immediate subiecta, quod prepositura ipsius ecclesie vacante per mortem Thatamerii eiusdem ecclesie ultimi prepositi, qui in partibus diem clausit extremum, prefatum capitulum per viam compromissi ad electionem processerat, et commissarii eorum unanimiter et concorditer elegerunt Petrum prepositum Vesprimiensem in prepositum dicte ecclesie Alberegalis, et post ipsam electionem publicatam, totum capitulum ipsam electionem approbavit, et singulares ipsius persone cum propria manuum subscriptione et sigillorum ipsius capituli ac eorum sigillis propriis et specialibus roborarunt. Quare supplicant, quatenus dictam electionem confirmare dignemini, vel dictam preposituram sic vacantem, que ibidem dignitas curata et principalis existit, eidem, cum sit absens, in servitio continuo regis et regine predictorum, conferre et de eadem providere eidem, etiam si esset specialiter reservata; non obstante quod idem Petrus canonicatum et prebendam ac preposituram Vesprimiensem predictam obtineat, et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis.

Fiat nisi alteri fuerit ius quesitum G.

Sine alia lectione. Fiat G.

Datum Avinione nono kalendas Aprilis anno octavo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VIII. fol. 68.)

CCXXII.

1360. Márczius 25.

VI. Incze pápa a kalocsai érseket, a pilisi és szent-mártoni apátokat megbízza, hogy Péter veszprémi prépostnak fehérvári prépostá a káptalantól történt megválasztatását erősítsék meg.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Thome) archiepiscopo Colocensi et dilectis filiis (Henrico) Pelisiensi ac (Siffrido) sancti Martini de sacro monte

Panonie Vesprimiensis et Jauriensis diocesis salutem etc. . . . Exhibita siquidem nobis pro parte ipsius Petri (prepositi ecclesie Vesprimiensis) peticio consinebat, quod olim prepositura beate Marie Alberegalis, Romanam ad ecclesiam nullo medio pertinentis, . . . per obitum quondam Thattamerii . . . vacante, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie . . . predictum Petrum in prepositum . . . per viam compromissi concorditer elegerunt canonice, nisi apostolice reservationes obstarent, ipseque huiusmodi electioni consensit; et demum tam pro sua quam capituli predictorum parte fuit humiliter nobis supplicatum, ut electionem huiusmodi confirmare . . . dignaremur . . . Nos itaque volentes dictum Petrum . . . consideratione . . . Ludovici regis et Elisabet regine illustrium, asserentes dictum Petrum serviciis ipsorum insistere, et propterea ad sedem apostolicam, pro huiusmodi confirmacionis gracia accedere nequivisse, favore prosequi gracioso . . . mandamus, quatenus . . . si . . . inveneritis electionem predictam de persona ydonea canonice celebratam . . . electionem ipsam . . . auctoritate nostra confirmetis . . Volumus autem, quod ipse quamprimum . . . dicte prepositure . . . possessionem pacificam fuerit assecutus . . . preposituram ecclesie Vesprimiensis . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione octavo kalendas Aprilis anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIV. Fol. 255.)

CCXXIII.

1360. April 21.

VI. Incze pápa egy veszprémi kápolna részére búcsút engedélyez.

Innocentius episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur ut capella beate Marie Magdalene Wesprimiensis diocesis, quam dilectus filius Nicolaus Kont regni Ungarie palatinus in suo hospicio . . . fundasse et construxisse dicitur pariter et dotasse, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie et resurreccionis domini nostri Jesu Christi ac penthecostes et in quatuor principalibus beate Marie virginis ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ac beate Marie Magdalene festivitatibus dictam capellam devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis . . . relaxamus. Datum Avinione duodecimo kalendas Maii anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIV. f. 256.)

CCXXIV.

1360. *April 29.*

VI. Incze pápa a hantai prépostság templomának búcsút engedélyez.

Innocentius episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Ut ecclesia sancti Michaelis Hantensis Wesprimiensis diocesis congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, epiphanie, resurreccionis et ascensionis domini nostri, Michaelis et beatorum Petri et Pauli apostoli festivitatibus prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, unum annum et quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis relaxamus. Datum Avinione tercio kalendas Maii anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIV. fol. 270.)

CCXXV.

1360. *Május 20.*

VI. Incze pápa az esztergomi érseket megbízza, hogy a veszprémi prépostságot János kövi prépost részére reserválja.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Nicolao) archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. . . . Cum itaque dudum prepositura ecclesie beate Marie Albaregalis, ad Romanam curiam nullo medio pertinentis, Vesprimiensis diocesis, . . . post obitum quondam Thattamerii ipsius ecclesie prepositi . . . vacante, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie dilectum filium Petrum prepositum ecclesie Vesprimiensis in prepositum dicte ecclesie beate Marie concorditer elegerunt, nosque electionem huiusmodi . . . mandaverimus confirmari . . . et propterea prepositura ecclesie Vesprimiensis . . . quamprimum dictus Petrus . . . preposituram dicte ecclesie beate Marie fuerit pacifice assecutus, vacare speretur, nos volentes dilectum filium Johannem prepositum ecclesie de Kio Colocensis diocesis . . . consideratione carissimorum in Christo filiorum nostrorum Ludovici regis et Elisabeth regine Ungarie illustrium, pro dicto Johanne nobis in hac parte humiliter supplicantum, favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus si post diligentem examinationem dictum Johannem ad hoc ydoneum esse repereris . . . predictam preposituram dicte ecclesie Wesprimiensis . . . conferendam eidem Johanni . . . donationi tue . . . reserves . . . Volumus autem, quod ipse quamprimum . . . possessionem pacificam

dicte ecclesie Vesprimiensis fuerit assecutus, prefatam prepositurarn dicte ecclesie de Kio . . . dimittere teneatur . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis tertiodecimo kalendas Junii anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIII. fol. 152.)

CCXXVI.

1360. Julius 29.

Lajos király VI. Incze pápához folyamodik, hogy Benedek veszprémi kanonok részére a szepesi prépostságot reserválja.

Supplicat sanctitati vestre devotus filius vester Ludovicus rex Ungarie, qua tenus dilecto capellano suo Benedicto Georgii presbitero studenti Padue in iure canonico specialem gratiam facientes, prepositurarn ecclesie sancti Martini Scepusiensis Strigoniensis diocesis, quam Dominicus electus Chenadiensis tempore promotionis sue ad Chenadiensem ecclesiam obtinebat, sicut adhuc obtinet, cum illam per promotionem huiusmodi et munus consecrationis impendendi eidem, vel per lapsum temporis de consecrandis episcopus vel alias quovis modo, preterquam per ipsius electi obitum vacare contigerit, etiam si sit curata et ad eam quis per electionem assumi consueverit, conferendam, eidem Benedicto dignemini reservare. Non obstante quod in ecclesia Wesprimiensi canonicatum et prebendam obtinet, et in ipsa dignitatem, personatum vel officium cum cura vel sine cura expectat, cui expectationi renuntiabit cum dictam prepositurarn fuerit pacifice assecutus, cum ceteris non obstantibus, et clausulis oportunis. Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quarto kalendas Augusti anno octavo.

(Regesta Supplicationum Innocentii VI. Annus VIII. fol. 190.)

CCXXVII.

1360. Julius 29.

VI. Incze pápa Benedek veszprémi kanonok részére a szepesi prépostságot reserválja.

Innocentius episcopus etc. Dilecto filio Benedicto Georgii canonico Wesprimiensi salutem etc. . . . Cum itaque prepositura ecclesie sancti Martini Scepusiensis Strigoniensis diocesis, quam dilectus filius Dominicus electus Cenadiensis . . . obtinet, per huiusmodi promotionem . . vacare speretur in brevi, nos volentes

tibi, in presbiteratus ordine constituto et Padue in iure canonico, ut asseritur, studenti . . . consideratione carissimi in Christo filii nostri Ludovici regis Ungarie illustris, pro te dilecto capellano suo, nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, dictam prepositurum . . . tibi conferendam . . . donacioni apostolice specialiter reservamus . . . Non obstantibus . . . quod in ecclesia Wesprimiensi canonicatum et prebendam obtines, et in eadem dignitatem, personatum vel officium . . . vigore litterarum nostrarum te asseris expectare. Volumus autem quod quamprimum . . . prefatam prepositurum fueris pacifice assecutus, eadem littere et processus habiti per easdem . . . cassa et irrita . . . existant . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quarto kalendas Augusti anno octavo.[1]

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIII. fol. 155.)

CCXXVIII.

1360. Julius 30.

VI. Incze pápa az ó-budai klarissza apácza-kolostor részére az esztergomi és kalocsai érsekeket jogvédőkké rendeli.

Innocentius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Nicolao) Strigoniensi et (Thome) Colocensi archiepiscopis salutem etc.

(Monasterii sancti monialium de Veteri Buda Vesprimiensis diocesis conservatores constituuntur.)[2]

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis tertio kalendas Augusti anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXII. fol. 406. — Eredetije az országos levéltárban. — FEJÉR. IX. VII. 180.)

---

[1] A rendelkezés végrehajtásával a konstantinápolyi patriarkát, a veszprémi és váczi püspököket bízza meg.

[2] L. XLIX. szám alatt.

CCXXIX.

1360. *Szeptember 1.*

VI. Incze pápa Becse László veszprémi kanonok részére a veszprémi káptalanban méltóságot reservál.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Nicolao) archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. Volentes itaque dilectum filium Ladislaum Beche (canonicum) Vesprimiensem . . . consideratione carissime in Christo filie nostre Elisabeth regine Ungarie illustris, pro ipso Ladislao dicto capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favoribus prosequi gratiosis, ipsumque in ecclesia Vesprimiensi in qua canonicatum et prebendam obtinet, amplius honorare . . . mandamus, quatenus si post diligentem examinationem eundem Ladislaum ad hoc ydoneum esse repereris . . . dignitatem, vel personatum seu officium . . . conferendum vel conferendam eidem Ladislao . . . donationi tue apostolica auctoritate reserves . . . Non obstantibus . . . quod dictus Ladislaus canonicatum et prebendam predictos, et ut asserit in Jauriensi sub expectatione prebende et in Veterisbude ecclesiis cum prebenda canonicatus, et plebaniam plebis de Salenkeman [1] Vesprimiensis ac Colocensis diocesis noscitur obtinere. Volumus autem quod idem Ladislaus quamprimum . . . dignitatem vel personatum seu curatum officium pacifice fuerit assecutus, dictam plebaniam . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione kalendas Septembris anno octavo.

(Regesta Avinionensia Innocentii VI. Tom. XXIII. fol. 167.)

CCXXX.

1365. *April 4.*

A veszprémi püspök és a keszi plébános között a pápai udvarnál folyamatban levő tizedperben hozott ítélet.

In nomine domini amen. Dudum felicis recordacionis dominus Innocentius papa sextus causam et causas que vertebatur, vertebantur, seu verti sperabantur inter reverendum patrem dominum Ladislaum episcopum Wesprimiensem ex una

[1] Zalankemén.

parte et Adam, gerentem se pro rectore ecclesie de Kezew[1] Wesprimiensis diocesis, de et super quibusdam decimis et primiciis, seu iuribus percipiendi easdem, tam super proprietate, quam super possessione illarum et nonnullis aliis bonis et iuribus ad ipsos dominum episcopum et capitulum et ecclesiam Wesprimiensem spectantibus, seu eorum occasione coniunctim et divisim ex altera, nobis Bernardo de Bosqueto legum doctori, ipsius domini pape capellano et eius sacri palacii causarum auditori, ad supplicacionem procuratoris domini episcopi et capituli predictorum commisit audiendas, decidendas et fine debito terminandas, cum partes in Romana curia, ut dicebatur, presentes essent. Cuius quidem commissionis vigore nos, instante magistro Jacobo de sancta Agatha, in Romana curia procuratore, ac procuratore reverendi patris domini Ladislai, episcopi Wesprimiensis principalis supranominati, Adam principalem eciam antedictum ad dicendum et proponendum, quidquid dicere et proponere vellet verbo, vel in scriptis contra dictam commissionem nobis factam, per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. . . . In qua quidem die per Adam principalem predictum principaliter pro se ipso ex una parte, contra commissionem predictam quibusdam excepcionibus verbo prepositis ac per magistrum Jacobum de sancta Agatha procuratorem predictum procuratoris nomine, quo supra coram nobis successive in iudicio comparentes ex altera, consequenter idem magister Jacobus procurator presente Adam principali predicto, quendam in hac causa libellum, seu peticionem summariam in scriptis dedit et obtulit sub hiis verbis:

Coram vobis venerabili viro domino Bernardo de Bosqueto domini pape cappellano et ipsius sacri palacii causarum auditore proponit procurator et procuratorio nomine reverendi patris domini Ladislai episcopi Wesprimiensis et eciam capituli ecclesie Wesprimiensis contra Adam, se dicentem rectorem ecclesie sancti Georgii de Kezew diocesis Wesprimiensis et personam pro eo in iudicio legitime intervientem, et dicit, quod licet decime et primicie ac ius decimandi ac eciam percepcio decimarum et primiciarum omnium et singulorum fructuum excrescencium in territoriis dicti sancti Georgii de Kezew inferiori et sancte Marie de Kezew superiori Wesprimiensis diocesis a quinque, decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta et sexaginta annis et citra et ultra et a tempore eciam ac per tempus, cuius contrarii memoria hominum non existit, eciam de antiqua et approbata ac hactenus prescripta et pacifice ac inconcusse observata consuetudine et ex iustis causis et legitimis ad reverendum dominum episcopum et suam mensam episcopalem pertinuerint et spectaverint, . . . ipseque dominus episcopus et sui predecessores episcopi Wesprimienses, . . . fuerunt, . . . in notoria et pacifica possessione, vel quasi decimarum ac primiciarum predictarum, . . . tamen predictus Adam, eciam

[1] Nem állapíthatjuk meg, vajjon Buda-keszi, Gyula-keszi, vagy Pap-keszirõl van-e szó.

fultus potencia seculari, dictum Ladislaum episcopum et mensam predictas de anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo dictis decimis et primiciis et iure decimandi ac ipsas decimas et primicias percipiendi, contra iusticiam, spoliavit, . . . ac eciam idem Adam dictas decimas occupavit et detinet occupatas . . . Quare petit idem procurator per vos dominum auditorem et vestram diffinitivam sententiam pronunciari, . . . dictas decimas et primicias ac ius percipiendi dictas decimas ad ipsum dominum episcopum et eius mensam episcopalem pertinuisse et pertinere debere de iure, . . . et per vos restitui et reintegrari ad possessionem predictam et dictum Adam amovendum fore, et . . . condempnandum fore et per vos condempnari ad restitucionem decimarum et primiciarum per eum, . . . vestrum eciam super premissis officium implorando.

Quo quidem libello, sicut premittitur oblato, ipsoque per nos, in quantum petitorium et non possessorium continebat, admisso, deinde nos instante magistro Mathia Petri, procuratore reverendi patris domini Ladislai principalis antedicti magistrum Petrum de Bononia procuratorem Ade eciam principalis supradicti, ad respondendum libello prescripto et litem contestandam super eo, necnon ad deliberandum et iurandum ac iurari videndum de calumpnia vitanda et veritate dicenda tam super dicto libello, quam tota huiusmodi causa per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua quidem die per magistros Mathiam Petri ex una parte et Petrum de Bononia procuratores predictos . . . coram nobis in iudicio comparentes ex altera, lite super libello predicto legitime contestata ac per quemlibet eorundem de calumpnia vitanda et veritate dicenda tam super dicto libello, quam tota presenti causa, . . . corporali prestito iuramento, nos procuratoribus predictis presentibus, . . . ad ponendum et articulandum ac poni et articulari videndum in hac causa terminum certum duximus assignandum. In quo quidem termino comparentibus in iudicio coram nobis magistris Mathia Petri ex una parte et Petro Bartholomei procuratoribus antedictis, . . . ex altera, idem magister Matheus procurator nonnullos, . . . articulos pro parte sua in scriptis dare, prefatus vero magister Petrus, . . . articulos pro parte sua alias in possessorio datos repetere et de novo verbotenus exhibere curarunt, nosque deinde ad ipsius magistri Petri procuratoris instanciam magistrum Mathiam procuratorem antedictum ad respondendum, . . . contra articulos predictos, . . . per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem, in qua quidem die per magistros Petrum de Bononia ex una parte contra, . . . articulos partis adverse predictos quibusdam excepcionibus in scriptis datis ac per Mathiam Petri procuratores predictos, . . . coram nobis in iudicio comparentes ex altera contra, . . . articulos partis adverse quibusdam excepcionibus verboi propositis atque factis, nos consequenter ad dicti magistri Mathie procurators instanciam magistrum Petrum procuratorem prefatum ad declarandum, . . . articulos predictos per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus peremptorie

et fecimus ad certum terminum competentem, eundem terminum dicto magistro Mathie procuratori et parti sue ad actum consimilem nichilominus assignando. In quo quidem termino comparentibus in iudicio coram nobis magistris Mathia Petri ex una parte et Petro de Bononia procuratoribus, . . . ex altera, quilibet eorundem quasdam declaraciones in scriptis exhibuit atque dedit, nosque deinde ad ipsius magistri Mathie procuratoris instanciam magistrum Petrum procuratorem predictum ad dicendum et proponendum, . . . contra declaraciones predictas per ipsum magistrum Mathiam datas, ipsarum copia sibi primitus decreta, per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die comparente in iudicio coram nobis magistro Mathia procuratore prefato, . . . et dicti magistri Petri procuratoris citati et non comparentis, . . . contumaciam accusante, ipsumque contumacem per nos reputandum petente, . . . nos dictum magistrum Petrum procuratorem citatum, ut prefertur, non comparentem, . . . reputavimus contumacem et, . . . per quemdam domini nostri pape cursorem citari mandavimus peremptorie et fecimus ad certum terminum competentem, quem eciam dicto magistro Mathie porocuratori et parti sue peremptorie statuimus tunc ad idem. In quo quidem termino comparentibus in iudicio coram nobis magistro Mathia Petri ex una parte et Petro de Bononia procuratoribus predictis, . . . ex altera, quilibet eorundem satisfaciendo termino huiusmodi pro parte sua, nonnulla iura, litteras, instrumenta et alia munimenta producere et exhibere curavit, nosque, . . . magistrum Petrum procuratorem predictum ad dicendum et proponendum, quidquid dicere et proponere vellet verbo, vel in scriptis contra dicta iura per ipsum magistrum Mathiam procuratorem exhibita per certum (domini nostri pape cursorem) citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die per magistros Petrum de Bononia ex una parte contra producta partis adverse quibusdam excepcionibus in scriptis datis ac per Mathiam Petri procuratores, . . . coram nobis in iudicio comparentes ex altera, contra producta partis alterius quibusdam excepcionibus verbo productis atque factis et subsequenter, . . . domino nostro domino Urbano divina providencia papa quinto ad summi apostolatus apicem assumpto, mandatoque nobis per eundem dominum nostrum papam et commisso, ut omnes et singulas causas, . . . ulterius nudiremus et faceremus iusticiam in eisdem, nos deinde, . . . magistrum Petrum ad resumendum et resumi videndum causam huiusmodi in eo statu, in quo tempore obitus dicti domini Innocencii pape sexti remanserat, vel dicendum et causam racionabilem, si quam haberet allegandum, quare hoc fieri non deberet, per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die comparente in iudicio coram nobis magistro Mathia Petri procuratore predicto, . . . et magistri Petri (de Bononia) procuratoris partis alterius supradicti citati et non comparentis contumaciam accusante, . . . causam . . . resumpsit, per nos similiter resumi petente, nos dictum magistrum Petrum procuratorem citatum

et non comparentem, . . . merito contumacem et in eius contumaciam causam huiusmodi cum prefato magistro Mathia procuratore, ut premittitur, resumente et resumi petente in statu prelibato resumpsimus et habuimus pro resumpta. Et deinceps ad eiusdem magistri Mathie procuratoris instanciam magistrum Petrum procuratorem predictum ad audiendum voluntatem nostram super admissione, vel repulsione articulorum pro parte dicti magistri Mathie in presenti causa datorum per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus peremptorie et fecimus ad certum et competentem (terminum). . . . In quo quidem termino comparentibus in iudicio coram nobis magistris Mathia Petri ex una parte et Petro de Bononia procuratoribus, antedictis, . . . ex altera, ipsoque magistro Mathia procuratore articulos partis sue predictos ac se et partem suam ad probandum eosdem in curia et extra admitti cum instancia postulante, nos articulos utriusqe partis ac ipsas partes ad probandum eosdem in curia et extra admisimus, et . . . magistrum Petrum procuratorem predictum ad conveniendum de loco et iudicibus super remissione predicta per quendam ex domini nostri pape cursoribus citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die per magistrum Mathiam procuratorem predictum, . . . coram nobis in iudicio comparentem, presente magistro Petro procuratore prefato, certis loco et iudicibus nominatis, nos procuratoribus iamdictis ad ipsius magistri Mathie procuratoris instanciam ad dandum interrogatoria, si que dare vellet pro testibus in partibus examinandis certum peremptorium terminum hinc inde duximus assignandum. In quo quidem termino per magistrum Petrum procuratorem predictum, . . . coram nobis in iudicio comparentem quibusdam interrogatoriis in scriptis datis, nos deinde ad dicti magistri Mathie procuratoris instanciam interrogatoria sua verbo dantis magistrum Petrum procuratorem antedictum ad videndum includi articulos predictos per nos superius admissos per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die comparente in iudicio coram nobis magistro Mathia procuratore predicto, . . . et dicti magistri Petri procuratoris citari non comparentis contumaciam accusante, . . . nos dictum magistrum Petrum procuratorem citatum ut prefertur et non comparentem, . . . reputavimus merito contumacem et in eius contumaciam articulos predictos inclusimus et habuimus pro inclusis. Cum itaque per ea, que usque tunc in Romana curia fuere habita in hac causa de ipsius cause meritis liquere non potuerit, partesque supradicte remissione predicta propterea uti vellent, antedictus dominus noster papa per suas certi tenoris litteras certis iudicibus in partibus mandavit, ut testes, litteras, instrumenta, que partes ipse super predictis articulis suis, quos nos una cum interrogatoriis pro parte Ade predicti datis eis transmittebamus inclusos, coram eis ducerent producenda, infra certum terminum in eisdem litteras prefixum prudenter recipere et testes ipsos secundum eadem interrogatoria diligenter examinare curarent, litteras et instrumenta predicta transscribi fideliter faciendo; si vero alterutra parcium testes partis alterius

vellet reprobare, ipsi testes super reprobacione huiusmodi coram eis producenda infra certum terminum in eisdem litteris expressum sapienter reciperent, eosque secundum interrogatoria a partibus exhibenda, si ea exhibere vellent, alioquin uxta datam a Deo eis prudenciam examinarent diligenter ac deposiciones omnium testium predictorum in scriptis redactas una cum articulis et interrogatoriis supradictis ac transscriptis litterarum et instrumentorum predictorum sub sigillis suis inclusas eidem domino nostro pape quantocius transmissuri, et significaturi eidem, que et quanta fides esset eisdem instrumentis et litteris adhibenda. . . . Qui quidem iudices, . . . in negocio remissionis predicte, . . . rite et legitime procedentes, attestaciones testium coram eis productorum, necnon et alia iura coram eis exhibita et producta prefato domino nostro pape sub sigillis suis, . . . remiserunt. Quarum quidem attestacionum recepcionem et apercionem memoratus dominus noster papa nobis Bernardo auditori prefato commisit ad supplicacionem procuratoris domini episcopi supradicti. Huiusmodi vero commissionis vigore, nos instante magistro Johanne de Kylozoc (?), procuratore reverendi patris domini Ladislai episcopi supradicti, prout de sue procuracionis mandato in actis cause huiusmodi plene constat, magistrum Petrum de Bononia procuratorem partis alterius antedictum ad dicendum et proponendum, . . . contra dictam commissionem nobis factam, . . . per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. In qua quidem die per magistrum Petrum de Bononia procuratorem predictum . . . coram nobis in iudicio comparentem contra commissionem predictam quibusdam excepcionibus in scriptis datis, . . . nos eodem magistro Johanne procuratore instante, magistrum Petrum procuratorem predictum ad dicendum et proponendum, quidquid dicere et proponere vellet, . . . contra dictos testes, . . . per certum domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad peremptoriam certam diem. . . . In qua quidem die per neutram parcium predictarum contra dictos testes, . . . instrumentis exhibitis et productis,[1] . . . demum nos ad predicti Ade principalis instanciam, magistrum (Johannem) (ad dicendam) causam racionabilem, quare concludi non deberet, per quendam antedicti domini nostri pape cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem. In quo quidem termino comparentibus in iudicio coram nobis Adam principali, . . . ex una parte et magistro Johanne procuratore, . . . ex altera, nos una cum eisdem partibus concludentibus et per nos concludi petentibus in presenti causa conclusimus et habuimus pro concluso . . . Tandem nos ad antedicti magistri Johannis procuratoris instanciam Adam principalem predictum, cum se de Romana curia absentasset, . . . ac magistrum (Johannem) procuratorem prefatum per certum domini

[1] Az oklevél ezen részének elrongyolt állapota miatt a per ezen stádiumáról tiszta képet nem nyerünk.

nostri pape cursorem ad videndum et audiendum diffinitivam per nos in presenti causa ferri sententiam citari mandavimus et fecimus ad diem et horam inferius annotatas, . . . Advenientibus itaque die et hora huiusmodi comparuit in iudicio coram nobis magister Johannes de Kylozoc procurator predictus, . . . citatorum predictorum non comparencium contumaciam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumaciam diffinitivam pro parte sua et contra dictam partem adversam iuxta conclusionem libelli sui prescripti per nos ferri sententiam cum instancia postulavit. Nos igitur Bernardus auditor prefatus citatos predictos ut prefertur non comparentes, . . . reputantes merito contumaces in eorum contumaciam, visis primitus et diligenter inspectis omnibus et singulis actis, instrumentis, litteris, iuribus et munimentis in presenti causa accitatis, . . . de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu, . . . ad nostram diffinitivam in hac causa sententiam ferendam duximus procedendum, . . . et ferimus in hunc modum:

Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum, de dominorum coauditorum nostrorum consilio et assensu in hiis scriptis per hanc nostram diffinitivam sententiam pronuncciamus, decernimus et declaramus, tres partes decimarum et primiciarum predictarum et ius percipiendi easdem ad dictum dominum episcopum et eius mensam episcopalem pertinuisse et pertinere debere ac dictum Adam a detencione earundem amovendum fore et quantum possumus amovemus, ac ipsi Ade super tribus partibus decimarum et primiciarum predictarum et iure percipiendi easdem perpetuum silencium imponendum fore et imponimus, necnon eundem Adam condempnandum fore et condempnamus in tribus partibus fructuum ex dictis decimis per eum perceptis a tempore mote litis, in petitorio. In aliis vero, et presertim quo ad octavam partem decimarum et primiciarum predictarum ad dictum Adam rectorem sive de iure, sive de consuetudine patrie, aut alias quomodolibet pertinentem, eundem Adam ab impeticione dicti domini episcopi absolventes, neutramque partem in expensis condempnantes, per hanc autem nostram sententiam capitulo dicte ecclesie Wesprimiensis, si quod ius in dictis decimis, aut earum parte aliqua sibi competat, nec cuilibet alteri, non intendimus in aliquo derogare. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit presens diffinitiva sentencia per nos Bernardum auditorem prefatum sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto indictione tercia, die veneris quarta mensis Aprilis, pontificatus dicti domini nostri Urbani pape quinti anno tercio.

(Eredetije, elrongyolt állapotban, a veszprémi káptalan levéltárában: Decimae episcopales, 17. szám.)

CCXXXI.

1366. Augusztus 1.

V. Orbán pápa a fehérvári prépostot a főpapi süveg és pásztorbot használatára felhatalmazza.

Urbanus episcopus etc. Dilecto filio (Petro) preposito ecclesie beate Marie virginis Alberegalis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Nos . . . Elizabeth regine Ungarie illustris et tuis supplicationibus inclinati, ut tu et successores tui . . . missarum solempnia in dicta ecclesia celebrando, mitra et baculo pastorali argenteo uti positis, . . . indulgemus . . . Datum Avinione kalendas Augusti anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 248. fol. 99. — THEINER. II. 81.)

CCXXXII.

1366. Augusztus 1.

V. Orbán pápa a fehérvári káptalani egyháznak búcsút engedélyez.

Urbanus episcopus etc. Universis Christi fidelibus. . . . Cupientes, ut collegiata ecclesia beate Marie virginis Alberegalis Wesprimiensis diocesis, que, sicut asseritur, digito beati Johannis baptiste et beati Andree apostoli et sancti Martini martyris capitibus et aliis est multorum sanctorum reliquiis insignita, et in qua sanctorum confessorum Stephani regis Ungarie et Emerici ducis filii sui corpora venerabiliter requiescunt, et que inter ceteras collegiatas ecclesias regni Ungarie honorabilitatis gradis locum obtinet digniorem, congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis et ascensionis domini nostri Jesu Christi et pentecostes, nec non in nativitatis, annunciationis, purificationis et assumptionis beate Marie virginis, et nativitatis beati Joannis baptiste et apostolorum Petri et Pauli et dedicationis ipsius ecclesie festivitatibus, nec non celebritate omnium sanctorum unum annum et quadraginta dies; illis vero qui per nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis, corporis Christi, beati Joannis baptiste et apostolorum Petri et Pauli predictarum octavas, et per sex dies dictam festivitatem pentecostes immediate sequentes, predictam ecclesiam devote visitaverint, . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Avinione kalendas Augusti anno quarto.

(Regesta Vaticana. Volumen 248. fol. 99. — THEINER. II. 81.)

CCXXXIII.

1368. Junius 2.

V. Orbán pápa a keszthelyi plébános és a szent-ferencz-rendi zárda között fennforgó perben a veszprémi püspököt bíróul rendeli.

Urbanus episcopus etc. Venerabili fratri (Demetrio) episcopo Vesprimiensi salutem etc. Exhibita nobis pro parte . . . Andree de Kestel[1] rectoris parochialis ecclesie sancti Martini de Kestel Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod in dicto loco de Kestel, ab antiquissimis temporibus, dicta ecclesia sancti Martini fuit, prout est, unica matrix et parochialis ecclesia; . . . et quod licet postmodum, propter multitudinem populi et valde diffusam latitudinem dicti loci, fuisset ab olim, pro commoditate dicti populi, constructa in medio dicti loci quedam capella, sub vocabulo sancti Laurentii, in qua velut filia dicte parochialis ecclesie nomine et de mandato rectoris dicte ecclesie pro tempore existentis, per capellanos, ad hoc deputatos per dictum rectorem, qui etiam apud dictam capellam, iuxta beneplacitum ipsius rectoris, morabantur, et in ea celebrant divina, administrabant ecclesiastica sacramenta, et defunctorum corpora apud eam tradebantur ecclesiastice sepulture; tamen nonnulli fratres ordinis minorum predictam capellam, cum domibus, hortis et territorio ipsius capelle temere et de facto occuparunt, prout detinent occupatam, et hiis non contenti, populo dicti loci administrant ecclesiastica sacramenta, recipiunt mulieres ad purificationem post partum, absolvunt in casibus prohibitis, . . . in animarum periculum, et dicti rectoris . . . gravamen. . . . Mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint vocandi . . . quod canonicum fuerit, appellatione semota, decernas. . . . Datum apud Montemflasconem Balneoregensis diocesis quarto nonas Junii anno sexto.

(Regesta Vaticana. Vol. 249. fol. 152. — THEINER. II. 86.)

---

[1] Keszthely.

CCXXXIV.

1370. Január 19.

V. Orbán pápa az ó-budai klarissza-apáczák kérésére, XI. Benedek pápának az egész klarissza-rend javára kiállított kiváltságlevelét átírja.

Urbanus episcopus etc. Dilectis in Cristo filiabus . . . abbatisse et conventui monasterii sancte Marie de veteri Buda, ordinis sancte Clare Vesprimiensis diocesis salutem etc. Vestre devotionis sinceritas promeretur, ut vos et monasterium vestrum paterno prosequentes affectu, petitiones vestras, quantum cum Deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus. Tenore igitur cuiusdam privilegii felicis recordationis Benedicti pape XI. predecessoris nostri dilectis in Christo filiabus universis abbatissis, et sororibus monasteriorum ordinis sancte Clare secundum regulam ipsius ordinis, a felicis recordationis Urbano papa IV. predecessore nostro institutam viventibus concessi, quod incipit: Sacra vestra; quem quidem tenorem in registro ipsius Benedicti predecessoris repertum, pie memorie Innocentius papa VI. predecessor noster in quibusdam suis litteris, quas inspici et examinari fecimus diligenter, et que vere reperte sunt, inseri fecit pro eo, sicut asseritis, privilegium ipsum ex eo forsan, quod perditum vel vetustate consumptum est, aliorsum repperire nequitis, ac vos et monasterium ipsum concernit et eo indigetis, de verbo ad verbum, ad vestre supplicationis instantiam presentibus annotari fecimus . . . Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, huiusmodi privilegium auctoritate apostolica innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum ius vobis, vel dictis abbatisse et sororibus de novo acquiri volumus, sed antiquum, quod vigore ipsius privilegii vobis ac dictis abbatisse et sororibus competit, tantummodo conservari . . . Datum Rome apud sanctum Petrum, quarto decimo kalendas Februarii, anno octavo.

(Regesta Vaticana. Volumen 287. fol. 227.)

MAGYAR
TUDOMÁNYOS AKADÉMIA
KÖNYVTÁRA

CCXXXV.

1371. Január 5.

XI. Gergely pápa Vicznai Gergely pozsegai kanonokot a részére V. Orbán pápától adományozott fehérvári kanonokságban megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio officiali Vesprimiensi salutem etc. Dudum felicis recordacionis Urbanus papa V. . . . Tininiensi ecclesie . . . de persona . . . Nicolai episcopi . . . duxit providendum [1] . . . et cum propterea canonicatus et prebenda ac officium magistratus nuncupatum ecclesie Albensis Vesprimiensis diocesis, que idem . . . tempore promocionis obtinebat per huiusmodi promocionem . . . vacare sperarentur, idem predecessor volens dilectum filium Emericum natum quondam Gregorii de Wyczna canonicum ecclesie de Posega . . . consideracione . . . Ludovici regis Ungarie illustris, pro ipso Emerico dilecto suo eidem predecessori super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, voluit et concessit videlicet septimo idus Aprilis pontificatus sui anno quarto, quod si idem Emericus ad hoc reperiretur idoneus, canonicatum, prebendam ac officium ecclesie Albensis predicta, quorum fructus . . . centum et quinquaginta florenorum auri valorem annuum . . . non excedunt, et quod quidem officium sine cura est, cum . . . vacare contingeret, conferenda dicto Emerico . . . reservavit . . . Cum autem postmodum canonicatus et prebenda ac officium predicta per huiusmodi promocionem . . . vacaverint et vacent ad presens, nos, ne pro eo, quod super voluntate et concessione predictis, ipsius predecessoris superveniente obitu, littere apostolice confecte minime extiterunt, idem Emericus voluntatis et concessionis predictorum frustretur effectu, . . . decernimus, quod huiusmodi voluntas et concessio . . . perinde a dicta die videlicet septimo idus Aprilis . . . sorciatur effectum, ac si dicti predecessoris littere sub ipsius dicte diei dato super hiis confecte fuissent . . . Discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam ac officium . . . eidem Emerico . . conferre et assignare procures . . . Datum Avinione nonas Januarii anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. IV. fol. 602.)

[1] Miklós már 1367-ben knini püspök volt.

CCXXXVI.

1371. Január 5.

XI. Gergely pápa Peterfi Miklóst az V. Orbán pápától részére adományozott fehérvári kanonokságban megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem. Laudabile testimonium, quod dilecto filio Nicolao Petri, rectori altaris sancti Martini, siti in ecclesia sancte Marie Alberegalis tue diocesis apud nos de vita perhibetur et moribus, nos inducit, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Olim siquidem ad audienciam felicis recordacionis Urbani pape V. predecessoris nostri deducto, quod Nicolaus Michaelis, canonicus dicte ecclesie, diabolico spiritu instigatus, homicidium in personem quandam Augustini Nicolai canonici eiusdem ecclesie nequiter perpetrarat, idem predecessor attendens, quod veris existentibus supradictis prefatus Nicolaus Michælis regimine canonicatus et prebende, quos in dicta ecclesia obtinebat, reddiderat se indignum, voluit et concessit videlicet III. nonas Aprilis, pontificatus sui anno octavo, quod si repperiretur dictum Nicolaum Michaelis prefatum homicidium commisisse, eundem Nicolaum predictis canonicatu et prebenda sentencialiter privari et eciam ab ipsis amoveri et eidem Nicolao Petri de dictis canonicatu et prebenda, si illos per privacionem huiusmodi vacare contingeret, provideri et deinde prefato predecessore, litteris apostolicis super voluntate et concessione huiusmodi non confectis, sicut domino placuit, sublato de medio, nos ad apicem summi apostolatus assumpti, volentes, quod premissa sortirentur plenum effectum, tibi nostris dedimus litteris in mandatis, ut vocatis dicto Nicolao Michaelis et aliis, qui forent evocandi, super premissis inquireres auctoritate nostra diligencius veritatem, et si per inquisicionem huiusmodi ita esse invenires, prefatum Nicolaum dictis canonicatu et prebenda eadem auctoritate sentencialiter privares et ab eisdem amoveres, prout de iure existeret . . . faciendum, prout in dictis litteris plenius continetur. Nos itaque volentes prefato Nicolao Petri in presbyteratus ordine constituto . . . consideracione carissime in Christo filie nostre Elizabet, regine Ungarie senioris illustris, pro dicto Nicolao Petri nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, fraternitati tue . . . mandamus, quatinus si contingat dictum Nicolaum Michaelis dictis canonicatu et prebenda per te privari et amoveri ab eis sentencialiter, ut prefertur, eosdem canonicatum et prebendam . . . eidem Nicolao Petri auctoritate predicta conferas et assignes . . . amoto ab eis dicto Nicolao Michaelis . . . Non obstantibus, . . . quod idem Nicolaus Petri prefatum altare, cuius fructus, redditus et proventus sexaginta florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur,

non excendunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Nicolaus Petri, quamprimum vigore presencium dictos canonicatum et prebendam fuerit pacifice assecutus, prefatum altare, quod ut prefertur obtinet, quodque extunc vacare decrevimus, omnino . . . dimittere teneatur . . . Datum Avinione, nonis Januarii, pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. VI. f. 41. t.)

CCXXXVII.

1371. Május 14.

XI. Gergely pápa a budai szent György-kápolna részére búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc . . . Cupientes igitur, ut capella sancti Georgii Budensis Vesprimiensis diocesis, quam carissimus in Christo filius noster Ludovicus rex Ungarie illustris in honorem et sub vocabulo eiusdem sancti canonice fundasse ac construxisse dicitur pariter et dotasse, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis Domini nostri Ihesu Christi, penthecostes, necnon in nativitatis, annunciationis, purificationis, assumptionis beate Marie virginis et nativitatis beati Johannis baptiste, dictorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Georgii festivitatibus ac celebritatis omnium sanctorum et per ipsarum nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis Domini, necnon nativitatis et assumptionis beate Marie ac nativitatis beati Johannis et apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes, predictam capellam devote visitaverint annuatim, singulis videlicet festivitatum et celebritatis unum annum et quadraginta dies, et octavarum ipsarum et predictorum sex dierum diebus, quibus prefatam capellam visitaverint . . . centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. Presentibus post viginti annos minime valituris. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, secundo idus Maii, pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. I. f. 467.)

CCXXXVIII.

1371. Május 14.

XI. Gergely pápa a fehérvári szent Katalin-kápolnának búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. . . . Cupientes igitur, ut capella sancte Catherine Alberegalis Vesprimiensis diocesis, quam carissimus in Christo filius noster, Ludovicus rex Ungarie illustris in honorem et sub vocabulo eiusdem beate Catherine virginis canonice fundasse ac construxisse pariter et dotasse et in ea sepulturam suam elegisse dicitur, congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi, penthecostes, necnon in nativitatis, annunciacionis, purificacionis, assumpcionis beate Marie virginis ac nativitatis beati Johannis Baptiste, dictorum apostolorum Petri et Pauli et sancte Katherine virginis festivitatibus ac celebritate omnium sanctorum et per ipsarum nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis domini, necnon nativitatis et assumpcionis beate Marie ac nativitatis beati Johannis et apostolorum Petri et Pauli predictorum festivitatum octavas et per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes predictam capellam devote visitaverint, annuatim singulis videlicet festivitatum et celebritatum duos annos et duas quadragenas et octavarum ipsarum et predictorum sex dierum diebus, quibus prefatam capellam visitaverint, ut prefertur, centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus. Presentibus post viginti annos minime valituris. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, secundo idus Maii, anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. I. f. 350.)

CCXXXIX.

1371. Január 18.

XI. Gergely pápa Czudar Imre királyi káplánt fehérvári préposttá nevezi ki.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri (Vilhelmo) episcopo Quinqueecclesiensi salutem et apostolicam benedictionem . . . Dudum siquidem intellecto, quod prepositura ecclesie sancte Marie Alberegalis Wesprimiensis diocesis, quam quondam Petrus Ladizlay, ipsius ecclesie prepositus, dum viveret, obtinebat, per ipsius

Petri obitum, qui felicis recordacionis Urbano papa V. predecessore nostro adhuc in humanis agente extra Romanam curiam diem clausit extremum, nos, dicto predecessore de dicta prepositura per eum minime disposito, sublato de medio, divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, intendentes de dicta prepositura per apostolice sedis providenciam ordinari, preposituram ipsam, si, ut prefertur, vacabat et tunc non erat in ea alicui specialiter ius quesitum, videlicet V. idus Januarii proxime preteriti, collacioni et disposicioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Cum itaque . . . prepositura prefata ad huc . . . vacare noscatur, nos volentes dilectum filium Emericum Zudar, prepositum ecclesie Colocensis, magistrum in artibus, qui ut asseritur in iure canonico studet, apud nos de litterarum sciencia . . . multipliciter commendatum . . . . consideracione . . . Ludovici regis Ungarie ilustris, cuius progenitores, ut asserit, in dicta ecclesia sepeliri consueverunt, pro dicto Emerico, dilecto capellano suo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gracioso, fraternitati tue . . . mandamus, quatenus . . . prefatam preposituram, que officium sine cura existit, si ut premittitur vacat et tempore date dicte littere reservacionis non erat in ea alteri specialiter ius quesitum . . . eidem Emerico auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . Non obstantibus . . . quod prefatus Emericus preposituram Colocensem, ac Agriensem et Quinqueecclesiensem canonicatus et prebendas ecclesiarum noscitur obtinere. Volumus autem, quod ipse quamprimum vigore presencium dicte prepositure ecclesie sancte Marie fuerit possessionem pacifice assecutus, prefatam preposituram Colocensis, . . . ac canonicatum et prebendam Agriensis ecclesiarum, quos ut prefertur obtinet et quos extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneatur . . . Datum Avinione, quintodecimo kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. III. f. 274.)

CCXL.

1371. Június 11.

XI. Gergely pápa Demeter veszprémi kanonok részére a veszprémi káptalanban méltóságot reservál.

Gregorius episcopus Dilecto filio Demetrio Georgii, canonico Vesprimiensi salutem etc. . . . Dignitatem, vel personatum, seu officium cum cura, vel sine cura, dummodo dignitas ipsa maior post episcopalem in eadem ecclesia non existat . . . conferendam, seu conferendum tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non

obstantibus . . . quod in eadem ecclesia canonicatum et prebendam nosceris obtinere . . . Datum Avinione idus Junii, anno primo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. III. f. 452.)

CCXLI.

1371. November 20.

XI. Gergely pápa Bresenschers Jakab kölni pap részére az esztergomi vagy veszprémi egyházmegyében megüresedő javadalmat reservál.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio officiali Quinqueecclesiensi salutem etc . . . Volentes igitur personam dilecti filii Jacobi Bresenschers clerici Coloniensis diocesis . . . favore prosequi gracioso, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus si . . . dictum Jacobum, qui ut asseritur in iure canonico studet et Bononie tribus annis in legibus studuit, . . . ydoneum ad curatum beneficium, eciam si dignitas, personatus, vel officium existat, obtinendum esse reppereris, vel eciam si bene non cantaret, . . . cum cura, vel sine cura . . . et si forsan ita esse non reppereris . . . dummodo ipsum alias . . . ad obtinendum beneficium sine cura ydoneum esse reppereris, . . . sine cura dumtaxat, eciam si officium fuerit, beneficium ecclesiasticum, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis, et si sit dignitas in cathedrali post pontificalem maior, vel in collegiata ecclesia principalis non existat, ad cuiuscumque, seu quorumcunque collacionem . . . pertinens, et cuiuscumque taxacionis, seu valoris existat, si quod in Strigoniensi, vel Wesprimiensi ecclesia, civitate, vel diocesi vacat ad presens, vel cum vacaverit, . . . conferendum eidem Jacobo . . . auctoritate nostra donacioni tue reserves . . . Datum Avinione, duodecimo kalendas Decembris, anno primo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. IX. fol. 334.)

---

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a veszprémi püspököt, a zirczi apátot és az avignoni dékánt megbizza.

CCXLII.

1372. Márczius 30.

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, a kalocsai érseket és a veszprémi püspököt a szent-mártoni apátság részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Thome) Strigoniensi et (Stephano) Colocensi archiepiscopis ac (Ladislao) episcopo Vesprimiensi salutem etc.

(Abbatis et conventus monasterii sancti Martini de Pannonia conservatores constituuntur.)

Datum Avinione tertio kalendas Aprilis anno secundo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XII. fol. 626.)

CCXLIII.

1372. Június 10.

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, az erdélyi és veszprémi püspököket a földvári apátság részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Thome) archiepiscopo Strigoniensi et (Demetrio) Transilvanensi ac (Ladislao) Vesprimiensi episcopis salutem etc.

(Abbati et conventui monasterii sancti Petri de Földvár conservatores constituuntur.)[1]

Datum apud Pontem Sorgie Avinionensis diocesis quarto idus Junii anno secundo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XII f. 632.)

---

[1] L. XLIX. sz.

CCXLIV.

1372. Július 28.

XI. Gergely pápa a karmelita-szerzetet felhatalmazza, hogy a Lajos királytól és Erzsébet királynétól Budán adományozott telken templomot és kolostort alapíthasson.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis priori provinciali et fratribus ordinis beate Marie de monte Carmelo provincie Alemanie superioris, secundum morem ordinis salutem et apostolicam benedictionem. . . . Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod . . . Ludovicus rex et . . . Elisabetha regina Hungarie illustris . . . quendam locum in villa de Buda Vesprimiensis diocesis . . . ad opus et usum fratrum ordinis vestri vobis in perpetuum donaverunt . . . Quare pro parte vestra fuit vobis humiliter supplicatum, ut vobis recipiendi locum ipsum licentiam concedere dignaremur. Nos igitur . . . vobis locum ipsum retinendi, et in eo fundandi, construendi et edificandi ecclesiam seu capellam, vel oratorium, cum cemeterio, campanili, campana, domibus et aliis necessariis officinis, iure tamen parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius in omnibus semper salvo, . . . episcopi Vesprimiensis licentia minime requisita. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quinto kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.

(Roka. 210.)

CCXLV.

1372. Augusztus 30.

XI. Gergely pápa Domonkosfi Péternek fehérvári kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Petro Dominici, canonico ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus. . . . Non obstantibus . . . quod parochialem ecclesiam sancti Dominici confessoris de suburbio Alberegalis dicte diocesis nosceris obtinere.

Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, tertio kalendas Septembris, anno secundo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XII. f. 278.)

CCXLVI.

1372. Szeptember 12.

XI. Gergely pápa Demeterfi Gergely veszprémi kanonokot pápai káplánná nevezi ki.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Demetrio Georgii, canonico Vesprimiensi salutem etc. Virtutibus clarens et meritis, sicut apud nos fame laudabilis testimonio commendaris, illam in nostro et apostolice sedis conspectu gratiam meruisti . . . te in nostrum et dicte sedis capellanum gratiose recipimus ac nostrorum et ipsius sedis capellanorum consorcio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sortiaris. . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, secundo idus Septembris, anno secundo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIII. f. 361.)

CCXLVII.

1372. Október 5.

XI. Gergely pápa Alzonai Rajmundnak ó-budai kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Raymundo de Alzona canonico ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum . . . Urbanus papa V. predecessor noster omnes canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica . . . . . collacioni et disposicioni sue reservavit, ac decrevit extunc irritum et inane, si secus . . . . . contingeret attemptari. Et deinde canonicatu et prebenda ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis, quos dilectus filius Nicholaus Michaelis olim ipsius ecclesie canonicus tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem ipsius Nicholai de illis per dilectum filium, Georgium Michaelis, canonicum Strigoniensem, ipsius Nicholai procurato-

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a mura-szent-kereszti apátot, a veszprémi és avignoni dékánokat megbízza.

rem ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus bone memorie Petri tituli sancti Laurencii in Damaso presbyteri cardinalis, tunc abbatis monasterii Montismaioris ordinis sancti Benedicti Arelatensis diocesis apud sedem predictam sponte factam et ab eodem Petro cardinali, tunc abbate, de speciali mandato dicti predecessoris facto sibi super hoc oraculo vive vocis apud sedem ipsam admissam, dicto predecessore in humanis agente apud eandem sedem vacantibus, dictoque predecessore, per eum te dictis canonicatu et prebenda non disposito, sicut Domino placuit, de hac luce subtracto, nos divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an de canonicatibus et prebendis et aliis beneficiis ecclesiasticis per dictum predecessorem disposicioni sue reservatis et tempore obitus eiusdem predecessoris vacantibus, posset post obitum eiusdem predecessoris per alium, quam per Romanum pontificem disponi, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium per nostras litteras declaravimus, huiusmodi, canonicatus et prebendas et alia beneficia supradicta, que sic reservata tempore obitus dicti predecessoris vacabant, ut prefertur, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta, nullumque de illis preter Romanum pontificem potuisse, vel posse disponere quoquomodo, . . . cum itaque canonicatus et prebenda predicti adhuc, ut prefertur, vacare noscantur, nullusque de illis preter Romanum pontificem hac vice disponere potuerit, neque possit, . . . consideracione dilecti filii nostri Guilielmi tituli sancti Clementis presbyteri cardinalis pro te . . . supplicantis, . . . dictos canonicatum et prebendam sic vacantes . . . conferimus et de illis eciam providemus. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis, tertio nonas Octobris, anno secundo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XII. f. 203.)

CCXLVIII.

1372. Október 27.

XI. Gergely pápa László nyitrai püspököt a veszprémi püspökségre áthelyezi.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri Ladizlao episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Dudum siquidem bone memorie Ladislao episcopo Vesprimiensi regimini Vesprimiensis ecclesie presidente, nos . . . cum vacaret . . . provisionem eiusdem ecclesie . . . dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reservandam ; . . . postmodum vero dicta ecclesia per obitum eiusdem Ladislai . . . pastoris solatio destituta, nos . . . ad te episcopum Nitriensem . . . convertimus aciem nostre mentis. . . . Te ad eandem Vesprimiensem ecclesiam transferimus. . . . Volumus autem . . . quatenus antequam possessionem administrationis bonorum mense tue

episcopalis Vesprimiensis accipias, fidelitatis debite prestes iuramentum, sub forma, quam Waciensi et Cenadiensi episcopis . . . mittimus. . . . Datum Avinione sexto kalendas Novembris pontificatus nostri anno secundo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. ep. 171. — THEINER. Monumenta Slavorum meridionalium. I. 280.)

CCXLIX.

1372. *November 3.*

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, a veszprémi püspököt és a bécsi szent Benedek-rendi apátot a győri káptalan részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Thome) archiepiscopo Strigoniensi et (Ladislao) episcopo Vesprimiensi ac dilecto filio — abbati monasterii Scotorum de Vienna, Pataviensis diocesis salutem etc.

(Capitulo Jauriensi conservatores constituuntur.)

Datum Avinione tertio nonas Novembris anno secundo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIII. f. 148. t.)

CCL.

1372. *November 9.*

XI. Gergely pápa János veszprémi prépostot fölhatalmazza, hogy győri kanonokságát öt éven át megtarthassa.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Johanni Stephani preposito ecclesie omnium Sanctorum Vesprimiensis salutem etc. . . . Ludovici, Ungarie regis illustris pro te dilecto capellano et notario suo nobis super hoc humiliter supplicantis, huiusmodi ipsius regis ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, auctoritate tibi presencium indulgemus, ut eiusdem regis obsequiis insistendo aut in ecclesia omnium sanctorum Vesprimiensi, in qua prepositurum obtines, residendo fructus, redditus et proventus canonicatus et prebende ecclesie Jauriensis, quos obtines,

[1] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz és hívekhez, úgy szintén az esztergomi érsekhez és a királyhoz szokásos értesítő iratok kiállíttattak.

cum ea integritate usque ad quinquennium a dato presencium computandum libere percipere valeas, cotidianis distribucionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in ecclesia ipsa Jauriensi personaliter resideres et ad residendum interim in eadem ecclesia Jauriensi minime tenearis . . . Datum Avinione quinto, idus Novembris, anno secundo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXI. f. 529.)

CCLI.

1372. Decz̨ember 20.

XI. Gergely pápa Pálfi Bertalannak fehérvári kanonokságot adományoz̨.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Bartholomeo Pauli, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis salutem etc . . . canonicatum ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Avinione, tertiodecimo kalendas Januarii, anno secundo.[2]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XII. f. 399.)

CCLII.

1373. Január 27.

XI. Gergely pápa Pálfi Bertalannak ó-budai kanonokságot adományoz̨.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Bartholomeo Pauli canonico ecclesie beati Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis salutem etc . . . canonicatum ecclesie beati Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus. . . . Datum Avinione, sexto kalendas Februarii, anno tercio.[3]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 122.)

---

[1] Ugyanezen napon a rendelkezés foganatosításával a veszprémi püspököt, a bakonybéli apátot és a fehérvári prépostot megbízza.

[2] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a visegrádi és ó-budai prépostokat s az avignoni dékánt megbízza.

[3] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a visegrádi apátot, az avignoni dékánt és a budai plébánost megbízza.

CCLIII.

1373. Január 27.

XI. Gergely pápa Tamásfi Andrásnak a fehérvári egyházban oltár-javadalmat adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Andree Thome, perpetuo capellano altaris sancti Benedicti, siti in ecclesia beate Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa V. predecessor noster omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque per assecucionem pacificam canonicatuum et prebendarum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet per ipsum, seu auctoritate litterarum suarum tunc collatorum et inantea conferendorum eisdem tunc vacancia et imposterum vacatura collacioni et disposicioni sue reservans. . . . Et deinde dilecto filio Johanni Michaelis, canonico ecclesie beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie tunc certo modo vacantibus per suas litteras mandavit provideri ac voluit inter cetera, quod ipse Johannes quamprimum vigore dictarum litterarum canonicatum et prebendam dicte ecclesie foret pacifice assecutus, perpetuam cappellaniam altaris sancti Benedicti, siti in ecclesia predicta, quam idem Johannes tunc temporis obtinebat, quamque idem predecessor extunc vacare decrevit, omnino dimittere teneretur. . . . Postmodum vero predicta cappellania ex eo vacans, quod idem Johannes possessionem pacificam dictorum canonicatus et prebende predicto predecessore vivente . . . extitit pacifice assecutus, predictoque predecessore, per eum de dicta cappellania minime disposito, sicut Domino placuit, sublato de medio, nos . . . cum a nonnullis revocaretur in dubium, an post dicti predecessoris obitum aliquis preter Romanum pontificem de beneficiis ecclesiasticis per ipsum predecessorem disposicioni sue reservatis, que tempore obitus predecessoris eiusdem vacabant, ut prefertur, disponere potuisset, sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium per nostras litteras declaravimus, beneficia supradicta, que sic reservata tempore obitus dicti predecessoris, ut prefertur, vacabant, remansisse et remanere per huiusmodi reservacionem et decretum affecta, nullumque de illis preter Romanum pontificem potuisse, vel posse disponere quoquomodo. . . . Attendentes igitur, quod nullus preter Romanum pontificem hac vice de dicta cappellania, que adhuc, ut prefertur, vacat, disponere . . . potest . . . predictam cappellaniam, que alias magistratus nuncupatur, sic vacantem . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Non obstantibus . . . quod in dicta ecclesia canonicatum et prebendam nosceris obtinere et super canonicatu et prebenda ecclesie sancti Petri de Posega, Quinqueecclesiensis diocesis in palacio apostolico te asseris litigare. Volumus autem, quod quamprimum . . . predictam perpetuam cappellaniam fueris paci-

fice assecutus, predictos canonicatum et prebendam dicte ecclesie sancti Petri, si illos interim evincas et assequaris, . . . dimittere, tenearis. . . . Datum Avinione sexto, kalendas Februarii, anno tercio.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 155.)

CCLIV.

1373. Január 27.

XI. Gergely pápa Szerdaheli Domonkosnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Dominico Nicolai de Zerdahel, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem etc. . . . canonicatum ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus. . . . Non obstantibus . . . quod super canonicatu et prebenda ecclesie sancti Petri de Posega, Quinqueecclesiensis diocesis in palacio, apostolico te asseris litigare. . . . Datum Avinione, sexto kalendas Februarii, pontificatus nostri anno tercio.[2]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 78.)

CCLV.

1373. Január 27.

XI. Gergely pápa Verencsei Domonkosnak ó-budai kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Dominico Johannis de Verenche, canonico ecclesie sancti Petri de Veteri-Buda, Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem etc. . . . Volentes itaque tibi in subdiaconatu ordine constituto . . . gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie sancti Petri de Veteri-Buda, Vesprimiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . .

---

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával az avignoni dékánt, a veszprémi iskolás-kanonokot és a veszprémi püspöki helynököt megbízza.

[2] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a visegrádi apátot, az ó-budai prépostot és az avignoni dékánt megbízza.

conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Avinione, sexto kalendas Februarii, anno tercio.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f 77.)

CCLVI.

1373. Márczius 4.

XI. Gergely pápa Dénes veszprémi kanonoknak a kanonokságba, melynek birtokába nem bocsáttatott, behelyeztetése iránt rendelkezik.

Gregorius episcopus etc.[2]. . . Exhibita . . . Stephani de Hochow canonici ecclesie sancti Petri de Posega (Quinqueecclesiensis) diocesis, peticio continebat, quod olim in causa per eum contra dilectos filios Nicolaum Ladizlai prepositum, Martinum Georgii canonicum dicte ecclesie, Dominicum Jacobi plebanum plebis. . . . Vesprimiensis diocesis, Sebastianum Micult et Symonem Gregorii de Guch . . . . . pro clericis . . . . . diocesis se gerentes super eo, quod Nicolaus, Martinus, Dominicus, Sebastianus et Symon predicti. . . . Dyonisium contra iusticiam impediverant et impediebant, quominus ipse canonicatum et prebendam . . . et tunc detinebat indebite occupatos, mota et in curia Romana ex comissione apostolica diucius ventilata, unam pro se diffinitivam sentenciam, per quam dicti canonicatus et prebenda eidem Dyonisio adiudicati fuerunt ac eisdem Nicolao, Martino, Dominico, Sebatiano ac Symoni super dictis canonicatu et prebenda perpetuum silencium impositum extitit, ipsique Nicolaus, Martinus, Dominicus, Sebastianus ac Symon in expensis in causa ipsa factis condempnati extiterunt, reportavit et super execucione dicte sentencie, que nulla provocacione suspensa in rem transiverat iudicatam, nostras ad vos sub certa forma litteras impetravit, tuque fili decane solus in huiusmodi execucionis negocio procedens, prout ex dictarum forma poteras litterarum contra dictos Nicolaum, Martinum, Dominicum, Sebastianum et Symonem nonnullos processus fecisti in talibus fieri consuetos, per quos inter cetera prefatos Nicolaum, Martinum, Dominicum, Sebastianum ac Symonem sub certis penis monuisti, ut canonicatum et prebendam predictos prefato Dyonisio libere dimitterent. Cum autem, . . . licet prefati Symon et Dominicus possesionem dictorum canonicatus et prebende realiter dimiserint, tamen ipsi ad impediendum dictum Dyonisium, ne prefatos canonicatum et prebendam assequi valeat, dilectum filium An-

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a visegrádi apátot, a dömösi prépostot és az avignoni dékánt megbízza.

[2] A regesta-kötet nedvességtől megrongálva lévén, a szöveg egy része olvashatatlan.

pream Thome de Posegawar, canonicum ecclesie sancte Marie de Albaregali Vesprimiensis diocesis in eisdem canonicatu et prebenda de facto intruserunt, idemque Andreas eosdem canonicatum et prebendam occupavit et detinet indebite occupatos et nichilominus a prefatis processibus, ut dicitur, ad sedem apostolicam appellavit et huiusmodi appellacionis causam in palacio apostolico obtinuit committi. . . . Quare pro parte dicti Dyonisii nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere sibi super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque . . . discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios legitimis per dictum decanum super hiis habitis servatis processibus ad execucionem predicte sentencie eciam contra prefatum Andream quo ad possessionem dictorum canonicatus et prebende, amoto exinde eciam dicto Andrea, prout iustum fuerit procedatis. . . . Datum Avinione, quarto nonas Marcii, pontificatus nostri anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIX. fol. 165t.)

CCLVII.

1373. April 5.

XI. Gergely pápa Szuhai Miklósnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Johannis de Zuha canonico Vesprimiensi salutem etc . . . canonicatum ecclesie Vesprimiensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus. . . . Datum Avinione, nonas Aprilis, anno tertio.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 83.)

CCLVIII.

1373. April 17.

XI. Gergely pápa Peterfi Miklósnak ó-budai kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Petri, canonico ecclesie sancti Petri Veterisbude Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum siquidem omnes

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával az avignoni dékánt, az esztergom-szent-györgyi és esztergom-szent-tamási prépostokat megbízza.

canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre duximus reservanda. . . . Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie sancti Petri Veterisbude Vesprimiensis diocesis, quos quondam Guilielmus Pauli, ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Guilielmi obitum, qui nuper apud dictam sedem diem clausit extremum, apud eandem sedem vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque de ipsis canonicatu et prebenda preter nos hac vice disponere potuerit, neque possit, reservacione et decreto obsistentibus supradictis, nos volentes tibi in presbyteratus ordine constituto . . . graciam facere specialem, canonicatum, et prebendam predictos sic vacantes . . . apostolica tibi auctoritate conferimus. . . . Non obstantibus . . . quod super altari sancti Martini sito in ecclesia beate Marie de Albaregali dicte diocesis in palacio apostolico te asseris litigare. . . . Datum Avinione, sextodecimo kalendas Junii, anno tercio.[1]

(Regesta Vaticana. Vol. 272. fol. 254.)

CCLIX.

1373. April 26.

XI. Gergely pápa Lajos királyt értesíti, hogy a tőle ajánlott Márton királyi káplánnak a fehérvári prépostságot nem adományozhatta, mivel azt már korábban betöltötte volt.

Gregorius episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri salutem etc. Nuper tue serenitatis, litteras, per quos nobis humiliter supplicabas, ut de prepositura ecclesie Albensis, tunc certo modo vacante,[2]. . . Martino plebano de Magno orreo[3] cappelano tuo, providere dignaremur, recepimus, et supplicationem ipsam libenter duxissemus ad exauditionis gratiam admittendam, nisi de prepositura ipsa iam per nos provisum alteri extitisset.[4] Habebit ergo in hoc nos regia benignitas, pro qua libenter omnia nobis secundum Deum possibilia faceremus, merito excusatos. Datum Avinione sexto kalendas Maii anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. 264. fol. 259. — THEINER. II. 115.)

---

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a veszprémi püspököt, a szent-mártoni apátot és az avignoni dékánt megbizza.

[2] 1356—1372 között István, a király káplánja, birta a fehérvári prépostságot és a zágrábi püspökségre emeltetett. Egy 1372-iki oklevélben György fordúl elő mint fehérvári prépost. (Rupp. I. 227.)

[3] Gross scheuern, Erdélyben, a szász földön.

[4] 1372—1374 között Imre fordul elő mint fehérvári prépost. (U. o.)

CCLX.

1373. Május 18.

XI. Gergely pápa a veszprémi és váczi püspököket megbízza, hogy a knini egyházból a csanádira áthelyezett Miklós püspök hűségi esküjét vegyék át.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Ladislao) Vesprimiensi et (Johanni) Vaciensi episcopis salutem etc. . . . Cum nuper venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Cenadiensem, olim Tiniensem episcopum a vinculo, quo ipsi Tiniensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, . . . absolventes ipsum ad ecclesiam Cenadiensem tunc vacantem auctoritate apostolica duxerimus transferendum, ipsumque eidem Cenadiensi ecclesie prefecerimus in episcopum et pastorem, nos volentes eiusdem episcopi in illis partibus commorantis parcere laboribus et expensis, ne propter hoc cogatur, veniendo ad Romanam curiam personaliter, laborare, fraternitati vestre auctoritate presencium committimus et mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum ab eodem episcopo nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiatis iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam, formam autem iuramenti, quod dictus episcopus prestabit, nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare curetis. Datum Avinione, quinto decimo kalendas Junii, anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIX. f. 164.)

CCLXI.

1373. Július 10.

XI. Gergely pápa Tamás veszprémi pap-jelöltnek in defectu lenitatis felmentést ád.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Thome Johannis de Auba, clerico Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim tu, antequam in decimo etatis tue anno constitutus existeres, dum quidam fur racione furti per eum commissi ad mortem iudicaretur iuxta morem patrie interrogatus fuisti, utrum scires ipsum esse furem, tuque in mortem ipsius consenciendo tuo iuramento firmasti, ipsum esse furem. Quare pro parte tua nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere tibi et statui tuo super premissis de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes te . . . conside-

racione carissime in Christo filie nostre Elizabeth, regine Ungarie illustris pro te nobis . . . supplicantis, favore prosequi gracie specialis, huiusmodi dicte regine ac tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, tecum, ut ad quatuor minores et ad subdiaconatus ac diaconatus ordines statutis a iure temporibus promoveri ac duo beneficia ecclesiastica sine cura, eciam si canonicatus et prebende ecclesiarum cathedralium existant, si tibi canonice conferantur, recipere et retinere libere et licite valeas, . . . auctoritate apostolica de speciali gracia dispensamus. . . . Datum Avinione, sexto idus Julii, anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIX. f. 218. t.)

CCLXII.

1373. *Július 24.*

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, az egri és veszprémi püspököket az ó-budai apácza-kolostor részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Thome) archiepiscopo Strigoniensi, (Michaeli) Agriensi et (Ladislao) Vesprimiensi episcopis salutem etc.

(Monasterio beate Marie virginis de Veteri Buda conservatores constituuntur.) [1]

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis nono kalendas Augusti anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 494. t.)

CCLXIII.

1373. *Július 24.*

XI. Gergely pápa az ó-budai klarissza-apáczák kolostorának tized-mentességi kiváltságát megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii beate Marie Virginis de Veteribuda ordinis sancte Clare, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Elizabet senioris, regine Ungarie illustris, que dictum

[1] L. 49. számot.

vestrum monasterium fundavit, nobis super hoc humiliter supplicantis ac vestris supplicacionibus inclinati, vobis, ut de quibuscunque novalibus necnon de aliis possessionibus, vestris, quas propriis sumptibus excolitis, vel imposterum excoletis, decimas alicui, seu aliquibus persolvere non teneamini, nec ad id a quoquam compelli possitis . . . auctoritate apostolica de speciali gracia tenore presencium indulgemus. . . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, nono kalendas Augusti, anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIV. f. 322. t.)

CCLXIV.

1373. Július 24.

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, az egri és veszprémi püspököt az ó-budai klarissza-apáczák kolostora részere jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Thome) archiepiscopo Strigoniensi et (Michaeli) Agriensi ac (Ladislao) Vesprimiensi episcopis salutem etc.

(Abbatissæ et conventus monasterii de Veteribuda conservatores constituuntur.)

Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis nono kalendas Augusti anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XVII. f. 494. t.)

CCLXV.

1373. Július 28.

XI. Gergely pápa a karmelhegyi szerzetet felhatalmazza, hogy Budán kolostort alapíthasson.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis priori provinciali et fratribus ordinis beate Marie de monte Carmelo provincie Alemannie superioris secundum morem ipsius ordinis salutem etc. . . . Exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, quod . . . Ludovicus rex et . . . Elizabet regina Ungarie illustres, . . . quemdam locum in villa de Buda Wesprimiensis diocesis . . . ad opus et usum fratrum ordinis vestri vobis in perpetuum donarunt.[1]. . . Nos . . . vobis locum ipsum recipiendi,

[1] Ez a karmelita kolostor a budai alsó városban csakhamar létrejött. Ez volt a karmelita-rend első telepe Magyarországban. — *Rupp.* Buda és Pest helyrajza, 171.

et in eo . . . edificandi ecclesiam seu capellam, . . . cum . . . domibus et aliis necessariis officinis, iure tamen parochialis ecclesie et cuiuslibet alterius semper salvo, et . . . (Ladislai) episcopi Wesprimiensis licentia minime requisita, . . . licentiam . . . elargimur. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quinto kalendas Augusti pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. 264. fol. 98.)

CCLXVI.

1373. Augusztus 5.

XI. Gergely pápa megengedi, hogy Zalai Bereczk veszprémi egyházmegyei világi urat gyóntatója egy ízben az általános föloldozás kegyelmében részesíthesse.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Brizi de Sala, domitello Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Provenit[1]. . . Datum apud Villamnovam, Avinionensis diocesis, nonis Augusti, anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIV. fol. 292.)

CCLXVII.

1373. Augusztus 17.

XI. Gergely pápa a veszprémi püspököt megbízza, hogy az egri egyházmegyében két plébánia alapítását erősítse meg.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri (Ladislao) episcopo Vesprimiensi salutem etc. . . . Petitio . . . Jacobi dicti de Steper domicelli Agriensis diocesis nobis nuper exhibita continebat, quod ipse duas parochiales ecclesias . . . in de Feketekooch . . . et aliam in de Zepineczei villis . . . de diocesani . . . consensu fundavit, quodque . . . Michael episcopus Agriensis . . . omnes decimas dictarum villarum . . . rectoribus earundem ecclesiarum . . . donavit. . . . Fraternitati tue . . . mandamus, quatenus . . . fundationem . . . et donationem huiusmodi . . . confirmes. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis quartodecimo kalendas Septembris pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. 264. fol. 135. — THEINER. II. 120.)

[1] L. 69. számot.

CCLXVIII.

1373. Augusztus 30.

XI. Gergely pápa az esztergomi és ó-budai János-lovagok templomai részére búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes ut ecclesie domorum sancti Stephani regis prope Strigonium et sancte Trinitatis de calidis aquis Vesprimiensis diocesis, invicem canonice unitarum, que reparatione indigent, congruis honoribus frequententur et etiam reparentur, . . . omnibus . . . qui in festivitatibus . . . pentecostes et sancte trinitatis, et nativitatis, annunciationis, purificationis et assumptionis beate Marie virginis et nativitatis beati Joannis baptiste, . . . Petri et Pauli et sancti Stephani ac ipsarum ecclesiarum dedicationum festivitatibus et in celebritate omnium sanctorum, nec non per ipsarum . . . festivitatum octavas . . . prefatas ecclesias devote visitaverint annuatim et ad reparationem predictam manus prorexerint aductrices; singulis videlicet festivitatum et celebritatis unum annum et quadraginta dies, et octavarum ipsarum . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus; presentibus post viginti annos minime valituris. . . . Datum apud Villamnovam Avinionensis diocesis tertio kalendas Septembris anno secundo.

(Regesta Vaticana. Vol. fol. 149. — THENFR. II. 121.)

CCLXIX.

1373. Deczember 2.

XI. Gergely pápa a veszprémi püspököt, a szent-mártoni apátot és az avignoni dekánt megbízza, hogy Péterfi Miklóst a fehérvári oltár-javadalomba, a melytől jogtalanul megfosztatott, iktassák be.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri (Ladislao) episcopo Vesprimiensi et dilectis filiis (. . .) abbati monasterii sancti Martini de Montepanonie Jauriensis diocesis ac decano eeclesie santi Agricoli Avinionensis salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilecti filii Nicolai Petri, asserentis, se rectorem magistrum nuncupatum altaris sancti Martini, siti in ecclesia Alberegalis Vesprimiensis diocesis, peticio continebat, quod olim ipse in causa per eum contra quondam Petrum de Zala presbyterum super dicto altari, quod dictus Nicolaus canonice assecutus fuerat et ali-

quamdiu tenuerat et possederat pacifice et quiete, de quo idem Petrus eundem Nicolaum indebite spoliaverat, mota et apud sedem apostolicam legitime introducta et coram diversis auditoribus causarum palacii apostolici ex commissione apostolica diucius ventilata, diffinitivam, per quam dictus Nicolaus ad dictum altare restitutus fuit, sentenciam in eodem palacio reportavit et super execucione huiusmodi sentencie, que nulla provocacione suspensa in rem transivit iudicatam, nostras ad vos sub certa forma litteras impetravit. Cum autem, . . . prefatus Petrus fuerit, huiusmodi lite pendente, viam universe carnis ingressus et postmodum dilecti filii Antonius, cantor, Johannes, custos et Thomas de Strigonio canonicus ipsius ecclesie dilectum filium Ladislaum Pauli, presbyterum predicte diocesis in dicto altari intruserint, qui illud detinet indebite occupatum, prefatusque Nicolaus dubitet eciam, quod in dicto altari successive alii intrudantur, pro parte dicti Nicolai nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere ei super hiis de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque ipsius Nicolai in hac parte supplicacionibus inclinati, discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios contra dictum Ladislaum et quemcunque intrusum, vel forsan intrudendum in dicto altari in huiusmodi execucionis negocio quo ad restituendum et reintegrandum dictum Nicolaum ad corporalem possessionem dicti altaris et deffendendum inductum et quo ad alia omnia, restitucionem et reintegracionem huiusmodi concernencia iuxta predictarum vobis directarum litterarum, ad quarum execucionem nondum processum existit, continenciam perinde procedatis, ac si dicta sentencia contra Ladislaum et quemcunque intrusum, vel intrudendum huiusmodi lata fuisset. . . . Datum Avinione, quarto nonas Decembris, anno tercio.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XIX. fol. 387.)

CCLXX.

1373—1375.

A szent-föld és a szent-szék javára, Petrus Stephani pápai követ által, a veszprémi egyházmegyéhez tartozó egyházi javadalmasoktól beszedett pápai tized lajstroma.

SEQUITUR RECEPTA DECIME PAPALIS IMPOSITE IN REGNO UNGARIE, FACTA PER DICTUM PETRUM STEPHANI ANNO LXXIII. DE MENSE DECEMBRIS, PROUT INFRA SEQUITUR.

Item recepi plus ab eodem in denariis antiquis LXXII. florenos.

Item recepi plus ab eodem in florenis auri CLXXI. florenos auri.

Item recepi plus a preposito et custode de Alba Regali pro dicta decima ipsos tangente CXX. florenos.

SEQUUNTUR BENEFICIA VACANTIA DE TEMPORE DOMINI URBANI PAPE QUINTI. ET ETIAM BENEFICIA DE PRIMO ET SECUNDO ANNIS DOMINI GREGORII PAPE XI., TRADITA PETRO STEPHANI IN REGNIS UNGARIE ET POLONIE COLLECTORI PER DOMINOS CAMERARIUM ET THESAURARIUM DOMINI NOSTRI PAPE, ANNO DOMINI MCCCLXXII. CIRCA FINEM DICTI ANNI, PROUT SEQUITUR.

DIOCESIS STRIGONIENSIS.

Anno quinto domini Urbani.[1]

De quodam beneficio simplici, quarte de Liptauia wlgariter nuncupate, spectante ad collationem archiepiscopi Strigoniensis, vacante a tanto tempore per obitum Andree de Appadi, quod eius collatio est legittime ad sedem apostolicam devoluta, fuit provisum Johanni Andree, et dimittet prebendam Vesprimiensem et Varadiensem, kalendas Martii.

Vigore huiusmodi gratie non obtinuit, sed auctoritate ordinarii, neque dimisit beneficia, que obtulerat.

Anno sexto domini Urbani.[2]

Item Joseph Petri presbitero Vesprimiensis diocesis de prepositura Demessiensi, Strigoniensis dyocesis, dum vacabit per assecutionem prepositi Transsylvanensis, factam pro Ladislao dicto Kato, fuit provisum IIII. kalendas Aprilis.

Litigavit diu, et nondum obtinuit propter impedimentum regis.

Item Jacobo de Bredenscher de beneficio ecclesiastico &c. etiamsi dignitas &c. in ecclesiis curialibus vel dyocesi Strigoniensi vel Vesprimiensi, XII. kalendas Decembris.

Nihil obtinuit.

Anno tertio domini Gregorii.[3]

Thome Nicolai de Bolug de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Strigoniensi, et dimittet canonicatum et prebendam ecclesie Vesprimiensis, IIII. nonas Maii.

Nichil obtinuit.

Benedicto Kusid presbitero Vesprimiensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus per munus consecrationis impense Ladislao Nitriensi,[4] pridie kalendas Octobris.

Nondum obtinuit.

---

[1] 1366 okt. 28. — 1367 okt. 27.
[2] 1367 okt. 28. — 1368 okt. 27.
[3] 1372 decz. 30. — 1373 decz. 29.
[4] 1368-ban lett László nyitrai püspök.

Stephano Nicolai presbitero Transsilvanensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Strigoniensis, vacantibus ex eo, quod Thomas Albensis canonicatum et prebendam in ecclesia Agriensi est pacifice assecutus, IIII. idus Octobris.

Nondum se presentavit capitulo.

Anno IIII. domini Gregorii.[1]

Paulo Martini de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus vel dum vacabunt per assecutionem dignitatis, personatus vel officii ecclesie Strigoniensis, factam aut faciendam per Thomam Nicolai, XV. kalendas Septembris.

Nichil obtinuit, quia ille Thomas non fecit fieri litteras ex gratia sua.

DIOCESIS JAURIENSIS.

Anno VI. domini Urbani.[2]

Vacavit archidiaconatus Kamariensis in ecclesia Jauriensi, virtute gratie auctoritate apostolica facte Johanni de prepositura Omnium Sanctorum in castro Vesprimiensi.

Quia dictus archidiaconatus nullos certos proventus habet, nisi unicam vineam, et ideo nullus curavit impetrare in Curia. Solvit obtinens Petrus Stephani VII. florenos auri cum medio.

DIOCESIS AGRIENSIS.

Anno VI. domini Urbani.[3]

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacaturis per promotionem Nicolai Ladislai ad prepositurum ecclesie Sancti Petri de Pozega, Quinqueecclesiensis diocesis, et renunciabit huic, quam habet super canonicatu et prebenda ecclesie Beate Alberegalis dicte (sic) Vesprimiensis diocesis, in palatio apostolico. Et fuit provisum Thome Andree clerico Vesprimiensis diocesis VIII. idus Februarii.

Non obtinuit, sed subscriptus.

Anno primo domini Gregorii.[4]

De canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, vacantibus per provisionem prepositure ecclesie Sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, factam Eme-

[1] 1373 decz. 30. — 1374 decz. 29.
[2] 1367 okt. 28. — 1368 okt. 27.
[3] 1367 okt. 28. — 1368 okt. 27.
[4] 1370 decz. 30. — 1371 decz. 29.

rico Zudor, fuit provisum Thome Demetrii clerico Chenadiensis diocesis VII. kalendas Decembris.

Solvit Petro Stephani pro mediis fructibus XXVII. florenos.

Anno IIII. domini Gregorii.[1]

Johanni Stephani de Polcha clerico Vesprimiensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Agriensis, dum vacabunt per munus consecrationis impendende Paulo episcopo Tininiensi vel post lapsum temporis de consecrandis episcopis &c., XIII. kalendas Februarii.

Nondum venit cum litteris.

Emerico Zudar preposito Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, de archidiaconatu de Wywar in ecclesia Agriensi, vacante per obitum domini cardinalis Guillelmi, V. kalendas Septembris.

Tenetur.

DIOCESIS VACHIENSIS.

Anno primo domini Gregorii.[2]

Mandatur provideri Johanni de Bredenscherd clerico Vesprimiensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Vachiensis cum dignitate &c., XV. kalendas Novembris.

Nondum obtinuit, sed noviter obtinuit prepositurarn Sancti Georgii Strigonii.

Anno secundo domini Gregorii.[3]

De canonicatu et prebenda ecclesie Vachiensis, vacantibus apud sedem apostolicam per assecutionem canonicatus et prebende ecclesie Agriensis, factam per Benedictum Johannis, fuit provisum Demetrio Georgii canonico ecclesie Vesprimiensis, III. idus Aprilis.

Procedetur.

DIOCESIS VESPRIMIENSIS.

Sequuntur beneficia collata tempore domini Urbani in civitate et diocesi Vesprimiensi anno quinto,[4] quia de primis nichil.

De prepositura ecclesie Sancti Michaelis in Hantha, Vesprimiensis diocesis, vacante, quia Nicolaus Petri ultimus prepositus eiusdem, archidiaconus Huntensis in ecclesia Strigoniensi, fuit auctoritate ordinaria pacifice assecutus a tanto tempore,

---

[1] 1373 decz. 30. — 1374 decz. 29.
[2] 1370 decz. 30. — 1371 decz. 29.
[3] 1371 decz. 30. — 1372 decz. 29.
[4] 1366 okt. 28. — 1367 okt. 27.

quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, fuit provisum Andak clerico Zagrabiensis diocesis IIII. nonas Octobris.

Solvit domino Arnaldo et docuit per litteras.

Anno septimo domini Urbani,[1] quia de VI. nichil.

De lectoratu ecclesie Vesprimiensis, vacante per privationem Johannis Andree, propter absentiam ipsius factam, ac propter pluralitatem dignitatum et prebendarum, quas obtinet, fuit provisum Andree Gregorii de Moromba presbytero diocesis Zagrabiensis VIII. idus Februarii.

Solvit domino Arnaldo et docuit.

De canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus ex eo, quia Johannis Andree prepositus ecclesie Sancti Georgii Strigoniensis diocesis, et quoddam beneficium simplex [quarta] de Liptouia vulgariter nuncupatum est pacifice assecutus, fuit provisum Demetrio Georgii de Chasma, clerico diocesis Zagrabiensis, XII. kalendas Junii.

Dictus Johannes Andree non obtinuit ipsas quartas vigore gratie apostolice. Et sic ipse Demetrius non fuit assecutus predictos canonicatum et prebendam.

Collatio et provisio facte auctoritate ordinaria Johanni olim archidiacono Kamariensis, canonico prebendato in ecclesia Jauriensi, de prepositura Omnium Sanctorum in castro Vesprimiensi, vacante per obitum quondam Petri, in regno Ungarie defuncti, fuerunt confirmate vel provisum de novo, et dimittit dictum archidiaconatum, VIII. idus Julii.

Tenetur et habet terminos ad solvendum.

Anno primo domini Gregorii.[2]

Mandatur provideri Demetrio Georgii canonico Zagrabiensis diocesis in Ungaria, canonico ecclesie Vesprimiensis, de dignitate, personatu vel officio dicte ecclesie, III. idus Junii.

Nondum obtinuit.

Item Nicolao Stephani de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus per obitum quondam Anthonii Stephani, pridie idus Novembris.

Procedetur.

Item Nicolao Johannis canonico ecclesie Vesprimiensis mandatur provideri de dignitate, personatu vel officio, vacantibus vel vacaturis in eadem ecclesia, VI. idus Maii.

Nondum obtinuit.

---

[1] 1368 okt. 28. — 1369 okt. 27.

[2] 1370 decz. 30. — 1371 decz. 29.

Anno secundo domini Gregorii.[1]

Item Nicolao Johannis de Zuha de canonicatu, sub expectatione prebende, dignitatis &c. ecclesie Vesprimiensis.

Nondum obtinuit.

Anno tertio domini Gregorii.[2]

Josepho Petri presbytero Vesprimiensis diocesis de prepositura Demessiensi dicte diocesis, dum vacabit per assecutionem canonicatus et prebende et prepositure ecclesie Transilvane, faciendam per Ladislaum Catonis, fuit provisum dicto Joseph IIII. kalendas Aprilis.

Nondum obtinet, et multis annis litigavit, et post sententias pro ipso latas rex non permisit eum gaudere, prout supra fit mentio in diocesi Strigoniensi.[3]

Anno quarto domini Gregorii.[4]

Emerico canonico Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Vesprimiensi, VI. idus Januarii.

Nondum obtinuit.

Dionisio rectori parrochiali ecclesie de Payka, Strigoniensis diocesis, mandatur provideri de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Vesprimiensis, XIX. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Emerico de Brezna, Boznensis diocesis, de dignitate, personatu vel officio in ecclesia Vesprimiensi et eius diocesi, vacantibus vel vacaturis, XVII. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Johanni Kunchelini clerico Quinquecclesiensi de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus per munus consecrationis impense Valentino episcopo Quinquecclesiensi,[5] kalendis Augusti.

Procedetur.

Dominico Blasii clerico Zagabriensis diocesis de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus per obitum Petri plebani de Mazeli, aut per devolutionem.

Procedetur.

---

[1] 1371 decz. 30. — 1372 decz. 29.
[2] 1372 decz. 30. — 1373 decz. 29.
[3] Monumenta Vaticana. Series I. Tom. I. 467.
[4] 1373 decz. 30. — 1374 decz. 29.
[5] 1374-ben lett pécsi püspök.

Paulo Martini de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, vacantibus, vel dum vacabunt per assecutionem dignitatis, personatus vel officii ecclesie Strigoniensis, factam aut faciendam per Thomam Nicolai XV. kalendas Septembris.

Gratia non valet, quia dictus Thomas nichil obtinuit, et factus est episcopus Corbaviensis.[1]

DE ALBAREGALI.

Sequuntur beneficia collata tempore domini Urbani in dicta diocesi Vesprimiensi, videlicet anno IIII.;[2] quia de precedentibus nichil est in ecclesia collegiata de Albaregali.

Provisum fuit Johanni Michaelis de canonicatu et prebenda Beati Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, vacantibus per obitum Stephani Mauritii. Et dimittet altare Sancti Benedicti in dicta ecclesia.

Procedetur contra eum.

De canonicatu, prebenda et officio magistratus ecclesie Albaregalis, diocesis Vesprimiensis, vacaturis per consecrationem Nicolai electi Tininiensis[3] vel alias, fuit provisum Emerico nato quondam Georgii de Vrezna VII. idus Aprilis.

Concordavit [pro] XLVI. florenis auri, et solvit Petro Stephani X. florenos.

Anno VI. domini Urbani,[4] quia de V. nichil.

De canonicatu et prebenda ecclesie Beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, vacantibus per resignationem Petri Lecten, fuit provisum Nicolao Pauli clerico dicte diocesis IX. kalendas Junii.

Procedetur.

Anno VIII. domini Urbani,[5] quia de VII. nichil.

De canonicatu et prebenda ecclesie Beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, vacantibus per privationem factam de Nicolao Michaelis, fuit provisum Nicolao Petri, Quinquecclesiensis diocesis, III. nonas Aprilis.

Procedetur.

Mandatur provideri Johanni Abrahe de Bothian presbytero Vesprimiensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Beate Marie Albaregalis dicte diocesis, XVIII. kalendas Julii.

Nondum obtinuit.

Mandatur provideri Ladislao Stephani Cheruees clerico Vesprimiensis diocesis

---

[1] 1375-ben lett korbáviai püspök.
[2] 1365 okt. 28. — 1366 okt. 27.
[3] 1367-ben lett knini püspök.
[4] 1367 okt. 28. — 1368 okt. 27.
[5] 1369 okt. 28. — 1370 okt. 27.

de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie collegiate Beate Marie de Albaregali dicte diocesis, XII. kalendas Julii.

Non obtinuit.

Anno primo domini Gregorii.[1]

De prepositura ecclesie Sancte Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, vacante per obitum quondam ultimi prepositi eiusdem, fuit provisum Aymerico Zudor magistro in artibus, et dimittet prepositurarn ecclesie Colocensis, XV. kalendas Februarii.

Solvit domino P. de Albiartz IIC. florenos auri et docuit per litteras. Et Petro Stephani centum florenos auri.

Item Georgio Michaelis clerico Vesprimiensi de canonicatu, sub expectatione prebende in ecclesia Beate Virginis de Albaregali dicte diocesis, V. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Anno secundo domini Gregorii.[2]

Petro Dominici presbytero diocesis Vesprimiensis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Beate Marie de Albaregali dicte diocesis, III. kalendas Septembris.

Nondum obtinuit.

Nicolao Victoris de canonicatu et prebenda ecclesie Beate Marie de Albaregali, Vesprimiensis diocesis, vacantibus per obitum Mathie Boda, III. idus Septembris.

Procedetur.

Johanni Rech de canonicatu et prebenda ecclesie Alberegalis, vacantibus per obitum Johannis Bullati, III. idus Septembris.

Procedetur.

Guidoni de Forlivio de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Beate Marie Albaregalis Vesprimiensis, XIII. kalendas Octobris.

Nondum obtinuit.

Bartholomeo Petri clerico Transilvaniensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, XIII. kalendas Januarii.

Nondum obtinuit.

Dominico Nicolai clerico Vesprimiensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie de Albaregali dicte diocesis, VI. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

---

[1] 1370 decz. 30. — 1371 decz. 29.
[2] 1371 decz. 30. — 1372 decz. 29.

Andree Thome de rectoratu seu magistratu altaris Sancti Benedicti in ecclesia Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, vacante ex eo, quod Johannes Michaelis possessionem canonicatus et prebende dicte ecclesie est pacifice assecutus, VI. kalendas Februarii.

Adhuc non obtinet, quia quidam nobilis, qui dicit dictum magistratum fundasse, non vult sibi dimittere, dicens iure patronatus ad eum pertinere.

Anno IIII. domini Gregorii,[1] quia de tertio nichil.

Matheo Egidii clerico Boznensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, XIX. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Emerico Zudar de custodia ecclesie Albaregalis, diocesis Vesprimiensis, dum vacare contigerit per assecutionem canonicatus et prebende ac prepositure ecclesie Varadiensis, faciendam per Johannem Zudar, VII. kalendas Julii.

Rex non permittit eum adhuc gaudere.

Emerico preposito Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, conceditur, ut duos canonicatus et prebendas in dicta ecclesia Alberegalis dicte diocesis reservare auctoritate apostolica, dum vacabunt, et conferre duabus personis ydoneis conferre (sic) possit et valeat.

Non potui scire, quod aliquid contulerit vigore huiusmodi gratie.

Johanni Nicolai de canonicatu et prebenda ecclesie Alberegalis, diocesis Vesprimiensis, vacantibus per obitum Stephani custodis, IIII. nonas Septembris.

Tenetur.

ECCLESIA COLLEGIATA SANCTI PETRI DE VETERI BUDA, DIOCESIS VESPRIMIENSI S

Anno IIII. domini Urbani,[2] quia de precedentibus nichil est.

De canonicatu et prebenda ecclesie Sancti Petri de Veteri Buda, Vesprimiensis diocesis, vacaturis per consecrationem Nicolai electi Tininiensis[3] vel alias quovis modo, fuit provisum Matheo Symonis presbytero de Sancta Cruce, Zagrabiensis diocesis, XVI. kalendas Septembris.

Nunquam presentavit litteras apostolicas, et mortuus est medio tempore, et nunc tenet huiusmodi beneficium sublector ipsius ecclesie, qui tenetur solvere.

---

[1] 1373 decz. 30. — 1374 decz. 29.
[2] 1365 okt. 28. — 1367 október 27.
[3] 1367-ben lett knini püspök.

Anno VI. domini Urbani,[1] quia de V. nichil.

De prepositura ecclesie Budensis, vacatura vacatura (sic) per consecrationem Stephani electi Sirimiensis[2] vel alias quovismodo, fuit provisum Johanni preposito ecclesie Jauriensis, et dimittet dictam prepositurarn, pridie nonas Julii.

Solvit domino Arnoldo, et docuit per litteras.

Anno VIII. domini Urbani,[3] quia de VII. nichil.

Concessum est Nicolao Johannis presbytero, canonico prebendato ecclesie Sancti Petri de Buda, Vesprimiensis diocesis, ut sibi liceat unacum dictis canonicatu et prebenda officium custodie dicte ecclesie, necnon et rectoratum parrochialis ecclesie Sanctorum Cosme et Damiani de Kamar in iurisdictione eiusdem ecclesie insimul retinere, XIIII. kalendas Januarii.

Solvit Petro Stephani X. florenos auri.

Anno secundo domini Gregorii,[4] quia de primo nichil.

Raymundo de Alzona de canonicatu et prebenda ecclesie collegiate Sancti Petri de Veteri Buda, diocesis Vesprimiensis, vacantibus per liberam resignationem Nicolai Michaelis, III. nonas Octobris.

Solvit Petro Stephani XII. florenos auri.

Anno tertio domini Gregorii.[5]

Gregorio Elie clerico Zagrabiensis diocesis de beneficio ecclesiastico sine cura ad collationem prepositi ecclesie Beati Petri de Veteri Buda, Vesprimiensis diocesis, VI. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Bartholomeo Pauli clerico Transilvaniensis diocesis de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Beati Petri de Veteri Buda, diocesis Vesprimiensis, VI. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Dominico Johannis de Berenche de canonicatu, sub expectatione prebende ecclesie Sancti Petri de Veteri Buda, VI. kalendas Februarii.

Nondum obtinuit.

Nicolao Petri presbytero Quinquecclesiensis diocesis de canonicatu et pre-

---

[1] 1367 okt. 28, — 1368 okt. 27.
[2] 1367-ben lett szerémi püspök.
[3] 1369 okt. 28. — 1370 okt. 27.
[4] 1371 decz. 30. — 1372 decz. 29.
[5] 1372 decz. 30. — 1373 decz. 29.

benda ecclesie Sancti Petri Veteris Bude, Vesprimiensis diocesis, vacantibus per obitum quondam Guillelmi Pauli, XVI. kalendas Junii.

Tenetur.

Anno IIII. domini Gregorii.[1]

Collatio et provisio facte Nicolao Luce de Odward presbytero Strigoniensis diocesis de officio lectoratus sive scolastrie ecclesie collegiate Sancti Petri de Veteri Buda, Vesprimiensis diocesis, fuerunt confirmate seu provisum de novo XIX. kalendas Februarii.

Tenetur.

ECCLESIA COLLEGIATA SANCTI PETRI DE POZEGA, QUINQUEECCLESIENSIS DIOCESIS.

Anno primo domini Urbani.[2]

De cantoria ecclesie Sancti Petri de Pozega, Quinqueecclesiensis diocesis, vacatura ex eo, quod Mathias Petri Laud. (sic) ipsam obtinens, vigore litterarum apostolicarum fuit in ecclesia Vesprimiensi dignitatem, personatum vel officium pacifice assecutus, fuit provisum Stephano Ladislai canonico dicte ecclesie, VI. kalendas Julii.

Solvit domino Arnaldo, et docuit per litteras.

DIOCESIS COLOCENSIS.

Anno primo domini Urbani.[3]

De canonicatu, prebenda ac prepositura ecclesie Colocensis, cum vacabunt per munus consecrationis impendende Johanni de Surdis electo ecclesie Vachiensis,[4] vel alias quovis modo, fuit provisum Thome Andree dicto Bossonus, clerico Vesprimiensis diocesis, VIII. idus Septembris.

Solvit domino Arnoldo, et docuit per litteras eiusdem.

Anno primo domini Gregorii.[5]

De prepositura ecclesie Colocensis, cum vacabit per assecutionem prepositure ecclesie Sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, faciendam per Emericum Zudor, fuit provisum Bottono Peregrini clerico Wratislaviensis diocesis.

Tenetur.

(A vatikáni levéltár egykorú, ily czímű számadási könyvében: «Rationes collectoriae. Num. 182.» fol. 42—100. — Monumenta Vaticana. Series. I. Tom. I. 454—512.)

[1] 1373 decz. 30. — 1374 decz. 29.
[2] 1362 okt. 28. — 1363 okt. 27.
[3] 1362 okt. 28. — 1363 okt. 27.
[4] 1363-ban lett váczi püspök.
[5] 1370 decz. 30. — 1371 decz. 29.

CCLXXII.

1374. Január 9.

XI. Gergely pápa megengedi, hogy Kovácsi Tamást és nejét gyóntatójuk egy ízben az általános föloldozás kegyelmében részesíthesse.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Thome Thimote de Kowachi... domicello et dilecte in Christo filie Elizabeth, eius uxori Vesprimiensis diocesis salutem etc. Provenit...[1] Datum Avinione, quinto idus Januarii anno quarto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XX. fol. 128. t.)

CCLXXIII.

1374. Július 8.

XI. Gergely pápa Mártonfi Pálnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Paulo Martini, canonico Wesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem . . . Canonicatum ecclesie Wesprimiensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolica reservamus . . . Datum apud Orgonum, Avinionensis dyocesis, nono idus Julii, anno quarto.[2]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXI. f. 117.)

---

[1] L. 69. számot.

[2] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával a tihanyi apátot, a hantai prépostot és az avignoni dékánt megbízza.

CCLXXIV.

1374. Augusztus 1.

XI. Gergely pápa Kunchlin János részére veszprémi kanonokságot reservál.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Johanni Kunchlini canonico ecclesie Wesprimiensis salutem etc . . . eum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Wesprimiensis, quos . . . Valentinus clericus Quinqueecclesiensis tempore promocionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Quinqueecclesiensem . . . obtinebat, prout adhuc obtinet, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis suscipiendum . . . vacare sperentur in brevi, nos volentes tibi, qui, ut asseris, in iure canonico studes, . . . graciam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, cum eos, ut prefertur, vel alias quomodolibet preterquam per ipsius clerici obitum vacare contigerit, conferendos tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Novis, Avinionensis diocesis, kalendis Augusti, anno quarto.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXII. f. 609.)

CCLXXV.

1374. Augusztus 28.

XI. Gergely pápa Mátéfi Balázs veszprémi papot a zágrábi őr-kanonokságban megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio (. .) preposito ecclesie sancti Petri de Veteribuda Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Sane peticio pro parte dilecti filii Blasii Mathei presbyteri Wesprimiensis diocesis nobis nuper exhibita continebat, quod olim custodia thesauraria nuncupata ac canonicatus et prebenda ecclesie Zagrabiensis, quos dilectus filius Nicolaus Pauli rector parochialis ecclesie sancti Johannis de Patak Strigoniensis diocesis ultimus custos et canonicus dicte Zagrabiensis ecclesie in ipsa ecclesia tunc temporis obtinebat, per liberam resignacionem Nicolai predicti per eum de ipsis thesauraria ac canonicatu et prebenda in manibus venerabilis fratris nostri Stephani episcopi Zagrabiensis sponte factam et per eundem episcopum auctoritate ordinaria admissam, vacantibus, idem episcopus, cum ad episcopum Zagrabiensem, qui est pro tempore, ipsorum custodie ac canonicatus

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés végrehajtásával a milánói érseket, a recaneti püspököt és a háji prépostot megbízza.

et prebende collacio et provisio eciam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertineant, custodiam ac caconicatum et prebendam predictos sic vacantes predicto Blasio auctoritate ordinaria predicta contulit et providit eciam de eisdem canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent, aut dictorum custodie ac canonicatus et prebende provisio esset ad dictam sedem secundum statuta Lateranensis concilii legitime devoluta. Cum autem, . . . dictus Blasius . . . dubitet, dictos custodiam ac canonicatum et prebendam fore tempore collacionis et provisionis huiusmodi disposicioni apostolice reservatos, aut ad dictam sedem provisionem eorum secundum dicta statuta devolutam fuisse, et propterea se posse super eis imposterum molestari, nos . . . discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . eidem Blasio apostolica auctoritate concedas, quod collacio et provisio predicte et quecunque inde secuta perinde a dato presencium, dummodo dictus Nicolaus, familiaris noster, non fuerit, valeant, et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si de custodia ac canonicatu et prebenda predictis nulla per dictam sedem specialis reservacio facta foret, aut alias eorum disposicio ad eandem sedem secundum statuta predicta devoluta minime extitisset. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, quinto kalendas Septembris, anno quarto-

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XX. f. 181. t.)

CCLXXVI.

1374. Augusztus 28.

XI. Gergely pápa Czudar Imre fehérvári prépostot fölhatalmazza, hogy két fehérvári kanonokságot adományozhasson.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Emerico, preposito ecclesie Albaregalis Wesprimiensis diocesis salutem etc . . . Discrecioni tue conferendi hac vice dumtaxat duos canonicatus ecclesie Albaregalis Wesprimiensis diocesis . . . auctoritate apostolica duabus personis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas, eciam si quelibet personarum ipsarum unum aliud beneficium ecclesiasticum obtineat, . . . ac faciendi eadem auctoritate quamlibet personarum predictarum, vel earum procuratores ipsarum nomine in eadem ecclesia in canonicum recipi et in fratrem, . . . reservandi quoque auctoritate predicta donacioni tue duas prebendas ipsius ecclesie, si que huiusmodi tue reservacionis tempore vacabunt, vel cum extunc vacaverint, . . . singulis ex personis predictis post acceptacionem huiusmodi conferendas . . . ac inducendi . . . personas easdem, vel procuratores suos ipsarum nomine in corporalem possessionem prebendarum . . . et deffendendi inductas . . . plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem . . . volumus autem, quod de

nominibus personarum, quibus canonicatus et prebendas predictos per te conferri continget et de die collacionis huiusmodi cancellariam nostram, seu collectorem fructuum et proventuum eidem cancellarie debitorum in illis partibus deputatum certificare procures. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, quinto kalendas Septembris, anno quarto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXI. f. 386.)

CCLXXVII.

1374. Augusztus 28.

XI. Gergely pápa Balázsfi Domonkosnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis (Ladislao) abbati monasterii sancti Adriani de Zalava(r) Wesprimiensis diocesis et — preposito Wesprimiensi ac — decano sancti Agricoli Avinionensis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Dominicus Blasy, clericus Zagrabiensis diocesis apud nos fide dignorum commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Wesprimiensis, quos quondam Petrus, plebanus de Marzali ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacare noscantur ad presens, nos . . . discrecioni vestre . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus, redditus et proventus ipsos canonicatum et prebendam obtinenti pro tempore et in eadem ecclesia residenti, ultra quadraginta florenos auri communi extimacione, ut idem Dominicus asserit, non valent annuatim, si, ut premittitur, vacant et tempore datarum presencium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum, eciam si dicti canonicatus et prebenda sint disposicioni apostolice reservati, seu eorum collacio ad sedem apostolicam secundum statuta Lateranensis concilii legitime devoluta existat, dum modo huiusmodi fructus, reditus et proventus ipsos canonicatum et prebendam pro tempore obtinenti et in dicta ecclesia residenti ultra quadraginta florenos auri communi extimacione non valeant annuatim, ut prefertur, eidem Dominico . . . auctoritate apostolica conferre et assignare curetis . . . Datum Novis, Avinionensis diocesis, quinto kalendas Septembris, pontificatus nostri anno quarto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXII. f. 442.)

CCLXXVIII.

1374. Augusztus 28.

XI. Gergely pápa a kanizsai plébániai templomnak búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc . . . Cupientes igitur, ut ecclesia eiusdem sancte Marie de Kanisa Wesprimiensis diocesis congruis honoribus frequentetur, et ut Christi fideles causa devocionis eo libencius confluant ad eandem, quo ibidem uberius dono celestis gracie conspexerint se refectos, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis Domini nostri Jesu Christi et penthecostes et in nativitatis, annunciacionis, purificationis et assumpcionis eiusdem beate Marie Virginis et nativitatis beati Johannis Baptiste, dictorum, apostolorum Petri et Pauli ac ipsius ecclesie dedicacionis festivitatibus et celebritate omnium sanctorum et per ipsarum nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis, corporis Christi ac nativitatis beati Johannis et apostolorum Petri et Pauli festivitatum octavas et per sex dies dictum festum penthecostes inmediate sequentes ecclesiam ipsam devote visitaverint, annuatim singulis videlicet festivitatum, celebritatis et dedicacionis, octavarum quoque et dictorum sex dierum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint . . . centum dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post decennium a dato earum computandum minime valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus ecclesiam predictam aliqua indulgencia imperpetuum, vel ad certum tempus necdum elapsum duratura fuerit apostolica auctoritate concessa, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris, vel momenti. Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, quinto kalendas Septembris, anno quarto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXI. f. 387.)

CCLXXIX.

1374. September 2.

XI. Gergely pápa Aczél István fehérvári oltár-javadalmas részére egri kanonokságot reservál.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Stephano Azil, rectori altaris sancti Martini, siti in ecclesia Albaregalis Wesprimiensis diocesis salutem et apostolicam

benedictionem. . . . Cum itaque . . . dilectus filius Alexander Zudar, canonicus Agriensis in domo sancti Stephani ordinis fratrum cruciferorum Wespremiensis diocesis ipsius ordinis regulari suscepto habitu in fratrem receptus existat et propterea canonicatus et prebenda ecclesie Agriensis, quos ipse Alexander tunc temporis obtinebat, prout adhuc obtinet, quamprimum ipse Alexander dictum ordinem expresse professus fuerit, vacare sperentur, nos . . . predictos canonicatum et prebendam, cum illos ut prefertur, vel post lapsum anni probacionis sue, aut eciam ante, si constiterit evidenter, eundem Alexandrum vitam voluisse absolute mutare, seu cum idem Alexander scienter habitum professorum receperit, illumque per triduum gesstaverit, vacare contigerit, conferendos tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod altare sancti Martini situm in ecclesia Alberegalis predicte diocesis obtines et quod hodie tibi de lectoratu dicte ecclesie Agriensis, qui tunc certo modo vacare sperabatur, per alias litteras nostras mandamus provideri . . . Datum apud Pontemsorgie, Avinionensis diocesis, quarto nonas Septembris, pontificatus nostri anno quarto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXII. f. 709. t.)

CCLXXX.

1375. Márczius 13.

XI. Gergely pápa megengedi, hogy Mihálfi Gergely veszprémi clericust gyóntatója egy ízben az általános feloldozás kegyelmében részesíthesse.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Georgio Michaelis, clerico Wesprimiensis diocesis salutem etc. — Provenit . . .[1] Datum Avinione, tertio idus Marcii, anno quinto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXII. fol. 286.)

---

[1] L. 69. számot.

CCLXXXI.

1375. November 7.

XI. Gergely pápa a budai karmeliták templomának búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc . . . Cupientes igitur, ut ecclesia fratrum Budensium, ordinis beate Marie de Montecarmeli, Wesprimiensis diocesis congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis, corporis Domini nostri Jesu Christi, penthecostes, necnon in nativitatis, annunciacionis, purificacionis et assumptionis beate Marie virginis, et nativitatis beati Johannis Baptiste, dictorum (sanctorum) apostolorum Petri et Pauli et dicte ecclesie dedicacionis festivitatibus ac celebritate omnium sanctorum et per octavas ipsarum nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis Domini, necnon ipsius beate Marie virginis nativitatis, et assumptionis ac nativitatis dicti beati Johannis et apostolorum Petri et Pauli festivitatum et per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes prefatam ecclesiam devote visitaverint, annuatim singulis (die)bus festivitatum et celebritatis centum, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, quibus predictam ecclesiam visitaverint, . . . quinquaginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post decem annos minime valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam, seu ad fabricam ipsius ecclesie manus porrigentibus adiutrices, aut alias inibi pias elemosinas erogantibus aliqua indulgencia imperpetuum, vel ad certum tempus mondum elapsum duratura auctoritate apostolica fuerit concessa, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris, vel momenti. Datum Avinione, septimo idus Novembris, anno quinto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXV. f. 232 t.)

CCLXXXII.

1375. November 28.

XI. Gergely pápa Lőrinczfi Miklós veszprémi papot a fehérvári kanonokságban megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Laurencii, presbytero Vesprimiensis diocesis salutem etc . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie Alba-

regalis Vesprimiensis diocesis per obitum quondam Ladislai, dicti nepotis, ipsius ecclesie canonici, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus, tu vigore quarumdam litterarum nostrarum, per quas beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura ad collacionem, vel presentacionem dilectorum filiorum prepositi et capituli ecclesie predicte in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum scripsimus, tibi concessarum expectabas, prefatos canonicatum et prebendam sic vacantes, tibique ex ordine debitos infra tempus legitimum acceptasti et de illis tibi provideri fecisti canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent. Cum autem . . . tu dubites, dictos canonicatum et prebendam tempore acceptacionis, seu provisionis huius modi fore disposicioni apostolice specialiter reservatos, teque posse propterea super eis imposterum molestari, nos . . . tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et tibi apostolica auctoritate concedimus, quod acceptacio et provisio predicte et quecunque inde secuta perinde a dato presencium, dummodo dictus Ladislaus, familiaris sedis apostolice, dum viveret, non fuerit, dictique canonicatus et prebenda tibi ex ordine deberentur, . . . valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac si de dictis canonicatu et prebenda nulla per sedem predictam specialis reservacio facta foret . . . Datum Avinione, quinto kalendas Decembris, anno quinto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXV. f. 324.)

CCLXXXIII.

1375. Deczember 13.

XI. Gergely pápa Alzonai Raymund ó-budai kanonoknak esztergomi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio preposito ecclesie sancti Johannis Baptiste in castro Quinqueecclesiensi salutem etc. . . . Dudum siquidem omnes canonicatus et prebendas, ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam vacancia et inantea vacatura collacioni et disposicioni nostre reservantes decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate . . . contingeret attemptari. Cum itaque postmodum canonicatus et prebenda ecclesie Strigoniensis, quos venerabilis frater noster Thomas, episcopus Corbaviensis tempore promocionis per nos facte de ipso ad ecclesiam Corbaviensem tunc pastore carentem, obtinebat, per huiusmodi promocionem et munus consecracionis eidem Thome de mandato nostro apud eandem sedem impensum, apud sedem ipsam vacaverint et vacare noscantur ad presens, nullusque preter

nos hac vice de illis disponere potuerit, neque possit, reservacione et decreto obsistentibus huiusmodi, nos volentes dilectum filium Raymundum de Alzona, canonicum ecclesie sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis[1] diocesis . . . favore prosequi gracioso, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . predictos canonicatum et prebendam sic vacantes . . . eidem Raymundo auctoritate nostra conferre et assignare procures. . . . Non obstantibus . . . quod idem Raymundus canonicatum et prebendam ecclesie sancti Petri predicte noscitur obtinere . . . Datum Avinione, idibus Decembris anno quinto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXVI. f. 260 t.)

CCLXXXIV.

1375. Deczember 26.

XI. Gergely pápa Buki Lőrincznek ó-budai kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Laurencio Petri de Buki, canonico ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . volentes itaque tibi . . . consideracione carissime in Christo filie nostre Elizabet, regine senioris Ungarie illustris, pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis, graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis . . . auctoritate apostolica tibi conferimus, . . . prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Avinione, septimo kalendas Januarii, anno quinto.[2]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXIII. f. 65 t.)

CCLXXXV.

1375. Deczember 26.

XI. Gergely pápa Várdai Benedeknek fehérvári kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio preposito ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis salutem etc . . . volentes igitur dilectum filium Michaelem Benedicti de Varda clericum Jauriensis diocesis . . . consideracione

---

[1] V. ö. CLXXI. számot.

[2] Ugyanazon napon rendelkezésének foganatosításával a váczi püspököt, az avignoni dékánt és a veszprémi püspöki helynököt megbízza.

carissime in Christo filie nostre Elizabeth, regine Ungarie senioris illustris pro eodem Michaele super hoc nobis humiliter supplicantis, favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . ei de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis . . . auctoritate apostolica providere procures . . . Prebendam vero, . . . conferendam eidem Michaeli . . . donacioni tue eadem auctoritate reserves . . . Nos enim . . . exnunc perinde irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam . . . contigerit attemptari ac si nos die datarum presencium eidem Michaeli contulissemus canonicatum dicte ecclesie ac prebendam . . . conferendam sibi donacioni apostolice cum interposicione decreti (?) duxissemus specialiter reservandam. Datum Avinione, septimo kalendas Januarii, anno quinto.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXVI. f. 371.

CCLXXXVI.

1376. Január 16.

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket, a veszprémi püspököt és a czikadori apátot a pécsi püspök részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Johanni) archiepiscopo Strigoniensi et (Ladislao) episcopo Vesprimiensi ac dilecto filio (Andree) abbati de Chikodor Quinqueecclesiensi diocesis salutem etc.

(Valentino episcopo Quinqueecclesiensi conservatores constituuntur.)[1]

Datum Avinione decimo septimo kalendas Februarii anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 289. fol. 498.)

CCLXXXVII.

1376. Február 4.

XI. Gergely pápa Lukácsfi Imre veszprémi kanonok részére a veszprémi káptalanban magasabb fokozatú javadalmat reservál.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio officiali Strigoniensi salutem etc . . . Volentes itaque dilectum filium Emericum Luchacii, canonicum Vesprimiensem . . .

[1] L. 49. számot.

favoribus prosequi graciosis . . . discrecioni tue . . . mandamus, quatenus si . . . dictum Emericum . . . alias ydoneum ad dignitatem, vel personatum, seu officium curatum obtinendum esse repereris, vel eciam si bene non cantaret, . . . dignitatem, personatum, vel officium cum cura, vel sine cura, dummodo dignitas huiusmodi in eadem ecclesia post pontificalem maior non existat et si forsan ita esse non repereris, . . . dum modo ipsum alias . . . ad obtinendum officium sine cura ydoneum esse repereris . . . si . . . in dicta ecclesia vacat ad presens, vel cum vacaverit, . . . conferendam, vel conferendum dicto Emerico . . . donacioni tue auctoritate nostra reserves . . . Non obstantibus, . . . quod idem Emericus eiusdem Vesprimiensis ac de Titulio Colocensis diocesis ecclesiarum canonicatus et prebendas noscitur obtinere. Volumus autem, quod ipse, quamprimum vigore presencium huiusmodi dignitatis, personatus, vel officii fuerit possessionem pacificam assecutus, dictos canonicatum et prebendam dicte ecclesie de Titulio . . . omnino . . . dimittere seneatur . . . Datum Avinione secundo nonas Februarii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 290. fol. 226.)

CCLXXXVIII.

1376. Február 26.

XI. Gergely pápa Antalfi Lőrinczнek fehérvári kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio preposito ecclesie Vesprimiensis salutem etc. . . . volentes igitur dilectum filium Laurencium Anthonii clericum Cenadiensis diocesis . . . favoribus prosequi graciosis, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus . . . eidem Laurencio de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis . . . auctoritate nostra providere procures . . . Prebendam vero, . . . conferendam eidem Laurencio . . . donacioni tue auctoritate predicta reserves . . . Non obstantibus . . . quod dudum eidem Laurencio, ut asserit, de canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis, qui tunc certo modo vacare sperabantur, eidem Laurencio graciose concessimus provideri. Volumus autem, quod ipse Laurencius, quamprimum vigore presencium huiusmodi canonicatus et prebende ecclesie sancte Marie fuerit possessionem pacificam assecutus, prefata concessionis gracia, super qua littere apostolice minime sunt confecte, sit cassa et irrita ac nullius roboris, vel momenti . . . Datum Avinione, tertio kalendas Marcii, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 290. f. 443.)

CCLXXXIX.

1376. Arpil 5.

XI. Gergely pápa a veszprémi püspököt a javadalmától megfosztott Miklós váczi püspök ügyében bíróul rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri (Ladislao) episcopo Vesprimiensi salutem etc. Exhibita nobis pro parte . . . Nicolai Demetrii de villa sancti Martini canonici ecclesie Waciensis peticio continebat, quod licet olim sibi de canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie . . . provisum fuisset, ipseque eos assecutus extitisset . . . tamen . . . Johannes archiepiscopus Strigoniensis, tunc episcopus Waciensis et . . . capitulum eiusdem ecclesie ac Jacobus Rufi Nicolai . . . falso asserentes eosdem canonicatum et prebendam ad dictum Jacobum pertinere . . . ipsum Nicolaum eiusdem canonicatu et prebenda spoliarunt . . . Fraternitati tue mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi . . . decernas, faciens quod decerneris, auctoritate nostra firmiter observari . . . Datum Avinione nonas Aprilis pontificatus nostri anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 289. fol. 691.)

CCXC.

1376. Május 31.

XI. Gergely pápa az esztergomi és kalocsai érsekeket, a somogyvári apáttal, a zágrábi püspök részére jogvédőkké rendeli.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Stephano) archiepiscopo Colocensi, (Valentino) episcopo Quinqueecclesiensi et dilecto filio (Ladislao) abbati monasterii Symigiensis Vesprimiensis diocesis salutem etc.

(Demetrio episcopo Zagrabiensi conservatores constituuntur.)[1]

Datum Avinione secundo kalendas Junii anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 289. fol. 506.)

---

[1] L. 49. számot.

CCXCI.

1376. Október 1.

XI. Gergely pápa Mátyásfi Gergelynek fehérvári kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Gregorio Mathie, canonico ecclesie sancte Marie Alberegalis Wespremiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem . . . Canonicatum ecclesie sancte Marie Alberegalis Wespremiensis diocesis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Prebendam vero, . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Volumus autem, quod quamprimum presentes litteras habueris expeditas, vel per te steterit, quominus habeas easdem infra unum mensem de Romana curia recedas, alioquin ipso facto excommunicacionis sentenciam incurras et per unum annum inhabilis existas ad quecunque beneficia ecclesiastica a sede predicta impetranda . . . Datum in monasterio sancti Victoris prope Massiliam, kalendis Octobris, anno sexto.[1]

(Regesta Vaticana. Volumen 290. f. 477.)

CCXCII.

1377. Február 10.

XI. Gergely pápa a veszprémi székesegyház részére búcsút engedélyez.

Gregorius episcopus etc. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc . . . cum itaque, sicut accepimus, regine Ungarie pro tempore existentes in ecclesia Vesprimiensi coronari et alia insignia reginalia recipere et sepelliri consueverint, ibidemque caput beati Georgii martiris et alie sanctorum reliquie honorifice conserventur, nos eciam consideratione carissime in Christo filie nostre Elizabeth, regine Unguarie illustris nobis . . . supplicantis, cupientes, ut ecclesia ipsa, que a prefatis reginis fundata et dotata existit, congruis honoribus frequentetur omnibus vere penitentibus et confessis qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurectionis, ascensionis, corporis Domini nostri Jesu Christi, penthecostes, nec non nativitatis, annunciaconis, purificacionis, assumptionis beate Marie virginis ac nativitatis beati Johannis baptiste et dictorum Apostolorum festivi-

[1] Ugyanezen napon a rendelkezés foganatosításával a veszprémi prépostot, az ó-budai prépostot és a római szent Celsus egyház archipresbyterét megbízza.

tatibus ac celebritate omnium sanctorum et per octavas ipsarum nativitatis, epiphanie, resurectionis, ascensionis et corporis Domini, nec non nativitatis assumptionis beate Marie ac nativitatis beati Johannis et apostolorum predictorum festivitatum et per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes ecclesiam ipsam devote visitaverint, annuatim singulis diebus festivitatum et celebritatum centum, et octavarum ipsarum et predictorum sex dierum, diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, ut prefertur, quinquaginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus, presentibus post decem annos minime valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus ecclesiam predictam, seu ad fabricam ipsius manus porrigentibus adiutrices, aut alias inibi pias elemosinas erogantibus aliqua indulgencia imperpetuum, vel ad tempus certum nondum elapsum duratura auctoritate apostolica fuerit concessa, huiusmodi presentes littere nullius existant roboris, vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto idus Februarii anno septimo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXIX. f. 35.)

CCXCIII.

1377. Április 8.

XI. Gergely pápa Istvánfi Jánosnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Johanni Stephani, canonico Vesprimiensi salutem etc . . . Volentes itaque tibi in presbyteratus ordine constituto . . . graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Vesprimiensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Prebendam vero, necnon dignitatem, personatum, vel officium cum cura, vel sine cura, dummodo dignitas ipsa in eadem ecclesia maior post pontificalem non existat, . . . conferendas, vel conferendos, seu conferenda tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod in ecclesia sancte Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis canonicatum et prebendam nosceris obtinere . . . Datum Rome, apud sanctum Petrum sexto idus Aprilis, anno septimo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXX. f. 169 t.)

[1] Ezen rendelkezés végrehajtásával az esztergomi érseket, a fehérvári prépostot és az osnabrücki őrkanonokot bízza meg.

CCXCIV.

1377. *April 27.*

XI. Gergely pápa Istvánfi János győri kanonoknak az egykor János-lovagoktól birt ó-budai és esztergomi javadalmakat adományozza.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri episcopo Wesprimiensi salutem etc. . . . Hodie siquidem dilecto filio Johanni Stephani canonico Jauriensi de magistratu ecclesiarum sancte trinitatis de calidis aquis in Buda Wesprimiensis diocesis et Sancti Stephani prope Strigonium, invicem canonice unitarum, ordinis cruciferorum . . . mandavimus provideri . . . Cum itaque dicti canonicatus et prebenda vacare speretur, nos volentes dilectum filium Jacobum Michaelis clericum Quinqueecclesiensis diocesis favore prosequi gracioso . . . mandamus quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos . . .conferendos prefato Jacobo . . . reserves . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto kalendas Marcii anno septimo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXX. f. 384.)

CCXCV.

1377. *Május 5.*

XI. Gergely pápa Fülöpfi Miklósnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio, Nicolao Philippi, canonico Vesprimiensi salutem etc. . . . Volentes itaque tibi . . . consideracione dilecti filii nostri Petri, sancte Marie in via lata diaconi cardinalis pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantis graciam facere specialem, canonicatum ecclesie Vesprimiensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Prebendam vero . . . conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod altare sancte crucis, situm in ecclesia beate Marie Albaregalis Vesprimiensis diocesis nosceris obtinere . . . Datum Rome, apud sanctum Petrum, tertio nonas Maii, anno septimo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXX. f. 340 t.)

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés foganatosításával az akadiai püspököt, a tihanyi apátot és a fehérvári prépostot megbízza.

CCXCVI.

1377. Május 29.

XI. Gergely pápa Miklós ó-budai kanonok részére a zágrábmegyei dombrói plébániát reserválja.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Nicolao Enok, canonico ecclesie Budensis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Nuper siquidem dilecto filio Johanni Johannis de Crisis, canonico ecclesie Zagrabiensis de canonicatu cum reservacione prebende ac dignitatis, personatus, vel officii eiusdem ecclesie cum cura, vel sine cura tunc inibi vacancium, seu vacaturarum, vel vacaturorum, per nostras certi tenoris litteras duximus providendum, volentes inter cetera, quod idem Johannes, quam primum vigore ipsarum litterarum canonicatum et prebendam, vel dignitatem, aut personatum, seu officium huiusmodi foret pacifice assecutus, parrochialem ecclesiam sancti Martini de Dombro Zagrabiensis diocesis, quam tunc temporis obtinebat, prout adhuc obtinet, quamque extunc vacare decrevimus, omnino dimittere teneretur, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque propterea dicta parrochialis ecclesia vacare speretur in brevi, nos volentes tibi in presbyteratus ordine constituto . . . graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam, cuius fructus, redditus et proventus sexaginta florenorum auri secundum communem extimacionem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, cum eam premisso, vel alio quovis modo, preterquam per ipsius Johannis obitum, vacare contigerit, conferendam tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod canonicatum et prebendam Budensem et plebanatum curatum de Kamar Vesprimiensis diocesis ecclesiarum nosceris obtinere. Volumus autem, quod quam primum vigore presencium dicte parrochialis ecclesie fueris possessionem pacificam assecutus, prefatum plebanatum, quem, ut prefertur, obtines, quemque extunc vacare decernimus, omnino, prout eciam ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis . . . Datum Rome, apud sanctam Mariam maiorem, quarto kalendas Junii, pontificatus nostri anno septimo.[2]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXXI. fol. 360 t.)

[1] Ugyanazon napon a rendelkezés végrehajtásával a római szent Balázs-kolostor apátját, a glogonczai prépostot és a császmai őrkanonokot megbízza.

CCXCVII.

1377. *Junius* 5.

XI. Gergely pápa Miklósfi András veszprémi pap részére az egri káptalan adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Andree Nicholai, presbytero Vesprimiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem . . . Beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, si cum cura, vingintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti secundum taxacionem decime valorem annuum non excedent, ad collacionem, provisionem, presentacionem, seu quamvis aliam disposicionem venerabilis fratris nostri episcopi et dilectorum filiorum capituli agriensis communiter, vel divisim pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, . . . conferendum tibi . . . donacioni apostolice reservamus . . . Datum Anagnie, nonæ Junii, pontificatus nostri anno septimo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXXI. fol. 391 t.)

CCXCVIII.

1377. *Julius* 3.

XI. Gergely pápa a somogyvári apátot pápai káplánná nevezi ki.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Ladislao, abbati monasterii sancti Egidii de Symigio Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Te in nostrum et dicte sedis capellanum gratiose recipimus et nostrorum ac ipsius sedis capellanorum consorcio favorabiliter aggregamus, intendentes, quod per hoc favoris apostolici presidia plenius sorciaris . . . Datum Anagnie, quinto nonas Julii, anno septimo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXIX. f. 307.)

---

[1] Ugyanezen napon a rendelkezés végrehajtásával az esztergomi érseket, az ó-budai prépostot és a veszprémi püspöki helynököt megbizza.

CCXCIX.

1377. *Szeptember 15.*

XI. Gergely pápa Istvánfi Jánost a veszprémi kanonokságban és segesdi főesperességben megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Johanni Stephani, alias dicto de Norab, canonico ecclesie Vesprimiensis ac archidiacono Seghesdiensi in eadem ecclesia salutem etc. . . . Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis ac archidiaconatu Seghesdiensi in eadem ecclesia, quos quondam Jacobus dictus Sughoo eult (?) ipsius ecclesie canonicus ac archidiaconus Seghesdiensis in eadem ecclesia, dum viveret, obtinebat, per ipsius Jacobi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacantibus, tu vigore quarumdam litterarum nostrarum, per quas canonicatum dicte ecclesie obtinens, prebendam, necnon dignitatem, personatum, vel officium cum cura, vel sine cura, dummodo dignitas ipsa in eadem ecclesia maior post pontificalem non existeret, ibidem expectabas, prebendam ac archidiaconatum predictos sic vacantes, tibique ex ordine debitos, prout ex ipsarum forma poteras litterarum, infra tempus legitimum acceptasti et de ipsis tibi provideri fecisti canonice, nisi apostolice reservaciones obstarent. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, tu dubites, prebendam et archidiaconatum predictos, aut eorum alterum tempore acceptacionis, seu provisionis huiusmodi fore disposicioni apostolice reservatos, teque posse propterea super eis inposterum molestari, nos volentes te in presbyteratus ordine constitutum . . . favore prosequi gratioso, . . . apostolica tibi, canonicatum et prebendam ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis obtinenti, auctoritate concedimus, que acceptacio et provisio predicte et quecunque inde secuta perinde a dato presencium, dummodo prefatus Jacobus, familiaris noster non fuerit, dictique prebenda et archidiaconatus tibi ex ordine deberentur, ut prefertur, etiam si ad eundem archidiaconatum consueverit quis per electionem assumi, valeant et plenam roboris firmitatem obtineant, ac si de ipsis prebenda et archidiaconatu, vel eorum altero nulla per sedem apostolicam specialis reservacio facta foret . . . Datum Anagnie, septimo decimo kalendas Octobris, anno septimo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXIX. f. 533. t.)

CCC.

1377. *Szeptember 30.*

XI. Gergely pápa Bogáthi Jánost az ó-budai prépostságban megerősíti.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Johanni de Bogath preposito ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum siquidem felicis recordacionis Urbanus papa V. predecessor noster . . . de prepositura ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis, que tunc certo modo vacare sperabatur, per suas certi tenoris litteras tibi provideri mandavit, . . . Postmodum vero . . . de prepositura predicta tunc vacante tibi fuit earumdem litterarum auctoritate provisum, tuque eam assecutus, eam extunc bona fide tenuisti et possedisti, prout tenes et possides pacifice et quiete. Cum autem . . . in prefatis litteris, que te, ut asseris, absente impetrate fuerunt, loco cognominis tui, videlicet de Bogath, per errorem positum fuerit de Novoforo, et propterea dubites te posse forsan super eadem prepositura imposterum molestari, nos . . . apostolica tibi auctoritate concedimus, quod littere nostre predicte et processus habiti per easdem, necnon provisio et assecucio supradicte et quecunque inde secuta perinde a dato presencium valeant et plenam obtineant roboris firmitatem, ac si in eisdem litteris de Bogath cognominatus extitisses. Et insuper prefatos fructus, redditus et proventus per te ex eadem prepositura, ut prefertur, perceptos, si et in quantum indiges, tibi de ampliori gratia remittimus et donamus . . . Datum Anagnie, secundo kalendas Octobris, anno septimo.

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXIX. f. 536.)

CCCI.

1377. *Október 2.*

XI. Gergely pápa Péter győri püspököt a veszprémi püspökségre áthelyezi.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri Petro, episcopo Vesprimiensi salutem et apostolicam benedictionem . . . Sane ecclesia Vesprimiensis ex eo pastoris solatu destituta, quod nos hodie venerabilem fratrem nostrum Ladislaum Varadiensem, tunc Vesprimiensem episcopum, licet absentem, a vinculo, quo ipsi Vesprimiensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, eum ad ecclesiam Varadiensem, tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum, preficiendo eum eidem

Varadiensi ecclesie in episcopum et pastorem, nos ad provisionem ipsius Vesprimiensis ecclesie celerem et felicem, ne longe vacacionis exponeretur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberacionem, quam de preficiendo eidem Vesprimiensi ecclesie personam utilem et eciam fructuosam cum dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te, episcopum Jauriensem consideratis multiplicium virtutum meritis, quibus personam tuam . . . Altissimus insignivit, quodque tu, qui regimini Jauriensis ecclesie hactenus laudabiliter prefuisti, prefatam Vesprimiensem ecclesiam scies et poteris auctore Domino salubriter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam dicte Vesprimiensi ecclesie, quam eius gregi dominico salubriter providere, te a vinculo, quo dicte Jauriensi ecclesie, cui tunc preeras, tenebaris, de ipsorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Vesprimiensem ecclesiam auctoritate apostolica transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administracionem ipsius Vesprimiensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi tribuendo licenciam ad eandem Vesprimiensem ecclesiam transeundi, firma spe, fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos prefata Vesprimiensis ecclesia per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque suscipiet in eisdem spiritualibus et temporalibus incrementa. Volumus autem et tibi tenore presencium mandamus, quatinus antequam possessionem administracionis bonorum mense tue episcopalis Vesprimiensis assequaris, fidelitatis debite prestes iuramentum sub forma, quam venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Jauriensi sub bulla nostra mittimus interclusam, quibus et eorum cuilibet per alias litteras nostras mandamus, ut a te nostro et Romane ecclesie nomine huiusmodi recipiant iuramentum. Quocirca fraternitati tue . . . mandamus, quatenus ad prefatam Vesprimiensem ecclesiam cum gracie nostre benedictionis accedens curam et administracionem predictæ sic diligenter geras et solicite prosequaris, quod ipsa Vesprimiensis ecclesia gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur, tuque preter retribucionis eterne premium nostre benedictionis augmentum ac ipsius sedis graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Anagnie, sexto nonae Octobris, pontificatus nostri anno septimo.[1]

(Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXX. f. 85.)

[1] Ugyanazon napon a veszprémi káptalanhoz, papsághoz és hivekhez, ugyszintén az esztergomi érsekhez és a királyhoz a szokásos értesítő-iratokat intézi.

CCCII.

1377. Október 9.

XI. Gergely pápa az esztergomi érseket és a győri püspököt megbízza, hogy a veszprémi püspöktől a hűségi esküt átvegyék.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Johanni) archiepiscopo Strigoniensi et (Petro) episcopo Jauriensi salutem etc. Cum nuper . . . Petrum Vesprimiensem olim Jauriensem episcopum . . . ad ecclesiam Vesprimiensem . . . duxerimus transferendum, nos volentes eiusdem episcopi, in illis partibus commorantis, parcere laboribus, . . . mandamus quatenus vos, vel alter vestrum, ab eodem episcopo . . . fidelitatis debite recipiatis iuramentum . . . Datum Anagnie septimo idus Octobris pontificatus nostri anno septimo.

(Regesta Avinionensia Tom. XXIX. ep. 343. — THEINER. Monumenta Slavorum Meridionalium. I. 382.)

CCCIII.

1378. Január 19.

XI. Gergely pápa és az ó-budai Klarissza-apáczák kezdésére XI. Benedek pápának a Klarissza-rend javára kiállított kiváltság-levelét átírja.

Gregorius episcopus etc. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventus monasterii sancte Marie de Veteri Buda ordinis sancte Clare Vesprimiensis diocesis etc. Vestre devocionis sinceritas promeretur, ut nos . . . petitiones vestras . . . admittamus; tenorem igitur cuiusdam privilegii . . . Benedicti pape XI. . . . universis abbatissis et monasteriis ordinis sancte Clare . . . concessi . . . de verbo ad verbum, ad vestre supplicationi instantiam, presentibus annotari fecimus, . . . Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, huiusmodi privilegium auctoritate apostolica innovamus . . . Dutum Rome apud sanctum Petrum quartodecimo kalendas Februarii anno octavo.

(Regesta Vaticana Volumen 287. f. 227. És Regesta Avinionensia Gregorii XI. Tom. XXXII. f. 31. t.)

CCCIV.

1380. April 25.

A pápai kincstartó nyugtatványa a Benedek veszprémi püspök részéről lefizetett díjakról.

Universis presentes litteras inspecturis Marinus miseracione divina archiepiscopus Tarentinus, domini pape camerarius salutem in domino. Ad universitatis vestre noticiam tenore presencium deducimus, quod reverendus in Christo pater, dominus Benedictus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Vesprimiensis, pro resta, seu complemento sui communis servicii, in quo est camere apostolice obligatus, quadringentos quinquaginta florenos auri ipsi camere, necnon de minutis serviciis nonaginta florenos auri, quolibet floreno pro quadraginta grossis monete regni Ungarie computato, nobis recipientibus nomine et pro parte camere apostolice per manus venerabilis viri domini Demetrii Nicolai, canonici eiusdem ecclesie Vesprimiensis, procuratoris sui tempore debito solvi fecit. De quibus sic solutis, ipsum dominum episcopum, ecclesiam suam ac successores suos . . . absolvimus tenore presencium in totum . . . Insuper ipsum dominum episcopum a suspensionis, excommunicationis et interdicti sentenciis ac reatu periurii et aliis penis, quos et quæ incurrit propter solucionem predictorum non factam termino sibi super hoc prefixo auctoritate, qua fungimur in hac parte, duximus absolvendum, secum super irregularitate, si quam contraxit, interea sic ligatus se immiscendo divinis, vel aliæ, non tamen in contemptum clavium, eadem auctoritate misericorditer dispensantes. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus nostrique sigilli camerariatus officii appensione muniri. Datum Bude Vesprimiensis diocesis predicte in hospicio habitacionis nostre sub anno domini millesimo trecentesimo octuagosimo, indictione tercia, die vigesimaquinta mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani digna Dei providencia pape sexti anno tercio.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, 32. sz.

CCCV.

1389. November 12.

IX. Bonifácz pápa Miklósfi Balázsnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Preposito ecclesie Quinqueecclesiensis, salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Blasium Nicolai clericum Quinquecclesiensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis ac virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, nec non consideratione dilecti filii nostri Valentini tituli sancte Sabine presbyteri Cardinalis, pro ipso Blasio nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem dictum Blasium ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis . . . provideas . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum secundo idus Novembris anno quinto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. I. f. 204. t. Monumenta Vaticana. Series I. Tomus. III. 19.)

CCCVI.

1389. November 14.

IX. Bonifácz pápa Füredi Istvánnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Episcopo Jauriensi salutem etc. . . . Volentes itaque dilectum filium Stephanum Georgii de Fyred clericum Vesprimiensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis ac virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore prosequi gratioso, Fraternitati tue . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinationem, dictum Stephanum ad hoc ydoneum reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis dicte diocesis . . . provideas . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimo octavo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XII. f. 181. Monumenta. 27.)

CCCVII.

1389. November 14.

IX. Bonifácz pápa Harsáni Jánosnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Tichonio Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Johannem dictum de Harsan presbyterum Colocensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore prosequi gratioso, discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem dictum Johannem ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis, que Romane ecclesie immediate subiecta existit . . . provideas . . . Non obstantibus . . . quod superdicto Johanni de Boznensis et Vesprimiensis ecclesiarum cum dignitate, personatu, vel officio canonicatibus, sub expectationibus prebendarum, gratiose concessimus provideri. Datum Rome apud Sanctum Petrum decimooctavo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XII. f. 194 t. Monumenta. 28.)

CCCVIII.

1389. November 14.

IX. Bonifácz pápa Arnadi Istvánnak ó-budai kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Stephano Galli de Arnad canonico ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque, tibi premissorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis . . . tibi conferimus. . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimo octavo kalendas Decembris pontificatus nostri anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XIII. f. 6. Monumenta. 28.)

[1] Ugyanezen napon a rendelet végrehajtásával a monopolisi püspököt, a veszprémi prépostot és a fehérvári őrkanonokot megbízza.

CCCIX.

1389. November 14.

IX. Bonifácz pápa Zalai Jakab veszprémi clericusnak győri kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Abbati monasterii sancti Martini de Sacromonte Pannonie Jauriensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque dilectum filium Jacobum Nicolai de Zala clericum Vesprimiensis diocesis . . . favore prosequi gratioso, Discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinationem, dictum Jacobum, ad obtinendum canonicatum et prebendam ecclesie Jauriensis, ydoneum esse reppereris, eidem canonicatum ecclesie predicte . . . providere procures, . . . et si per examinationem hujusmodi dictum Jacobum . . . ydoneum ad obtinendum dignitatem, personatum vel officium fore inveneris . . . prebendam vero, nec non dignitatem, personatum vel officium ipsius ecclesie, dummodo dignitas ipsa maior post pontificalem in eadem ecclesia non existat; et si forsan ita esse non reppereris, . . . dummodo ipsum alias, per eandem examinationem, ad obtinendum prebendam et officium sine cura ydoneum esse inveneris, . . . prebendam et officium sine cura dumtaxat, si que, aut si qui, vel si qua in dicta ecclesia vacat, seu vacant ad presens, vel cum illas, vel illos, seu illa simul vel successive vacare contigerit, quas vel quos seu que dictus Jacobus . . . infra unius mensis spatium, postquam sibi . . . vacatio illius, vel illorum innotuerit, duxerit acceptandas, vel acceptandos, seu acceptanda, conferendas, vel conferendos, seu conferenda eidem Jacobo, post acceptationem hujusmodi . . . donationi tue . . . reserves. . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimooctavo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XV. f. 16. Monumenta. 29.)

CCCX.

1389. November 16.

IX. Bonifácz pápa Turi Gergelynek fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifatius etc. Dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Tichonio Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Gregorium Valentini de Twr presbyterum Vesprimiensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum

intuitu, favore prosequi gratioso, Discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem, dictum Gregorium ad hoc ydoneum esse reppereris . . . ei de canonicatu ecclesie beate Marie Alberegalis dicte diocesis . . . provideas. . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimosexto kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VI. f. 48. Monumenta 30.)

CCCXI.

1389. November 16.

IX. Bonifácz pápa Csemendi Péternek fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Petro Nicolai de Chemend canonico beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque tibi, premissorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, canonicatum beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis . . . conferimus . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimo sexto kalendas Decembris anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VI. f. 164. Monumenta 31.]

CCCXII.

1389. November 16.

IX. Bonifácz pápa Jánosfi Domonkos részére a veszprémi káptalanban méltóságot reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Thihonio Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Dominicum Johannis clericum Vesprimiensem, qui, ut asseritur, de nobili genere procreatus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore prosequi gratioso, Discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinacionem, dictum Dominicum . . . ydoneum ad obtinendum dignitatem, vel personatum esse reppereris . . . dignitatem vel personatum, dummodo dignitas ipsa in Vesprimiensi maior post pontificalem et in Collegiata ecclesiis principalis non existat; et si forsan ita esse non inveneris, . . . dummodo ipsum alias ad obti-

[1] Ugyanazon napon a rendelet végrehajtásával a todi püspököt, a somogyvári apátot és a veszprémi prépostot megbízza.

nendum officium sine cura ydoneum esse reppereris, super quibus tuam conscientiam oneramus, officium sine cura dumtaxat, si qua, vel si quis, aut si quod in eadem Vesprimiensi vel aliqua ex Collegiatis ecclesiis civitatis vel diocesis Vesprimiensis vacat ad presens, vel cum vacaverit, quam vel quem seu quod dictus Dominicus . . . infra unius mensis spatium, postquam sibi . . . vacatio illius innotuerit, duxerit acceptandam, vel acceptandum, conferendam vel conferendum dicto Dominico . . . donationi tue . . . reserves. . . . Non obstantibus . . . quod nuper eidem de canonicatibus sub expectationibus prebendarum predicte Vesprimiensis et beate Marie Virginis Alberegalis Vesprimiensis diocesis ecclesiarum per alias diversas nostras literas gratiose mandavimus provideri . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimo sexto kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XI. f. 60 t. Monumenta. 32.)

CCCXIII.

1389. November 17.

IX. Bonifácz pápa Miklósfi Péternek fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Petro Nicolai canonico ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque tibi, premissorum meritorum intuitu, gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis . . . tibi conferimus . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum decimoquinto kalendas Decembris anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XII. f. 239. Monumenta 34.)

CCCXIV.

1389. November 19.

IX. Bonifácz pápa Besenyői Pálnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Paulum Ladislai de Bessenie clericum Vesprimiensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et vir-

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a todi püspököt, a tihanyi apátot és a veszprémi prépostot megbízza.

tutum meritis, apud nos multipliciter commendatum . . . favore prosequi gratioso, Fraternitati tue . . . mandamus, quatenus si, per diligentem examinationem, dictum Paulum ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, ei de canonicatu ecclesie Alberegalis . . . provideas. . . . Datum Rome apud Sanctum Petrum tertiodecimo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XV. f. 129. Monumenta 36.)

CCCXV.

1389. November 20.

IX. Bonifácz pápa Miklósfi Mihálynak ó-budai kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Michaeli Nicolai canonico ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque tibi, qui presbyter es, . . . gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie sancti Petri de Veteribuda Vesprimiensis diocesis . . . tibi conferimus. Non obstantibus . . . quod, ut asseris, magistratum altaris sancte Helene siti in ecclesia Waciensi nosceris obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum duodecimo kalendas Decembris pontificatus nostri anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VI. f. 53. Monumenta 39.)

CCCXVI.

1389. November 20.

IX. Bonifácz pápa Kővágóőrsi Egyednek fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Thiconio, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Egidium Michaelis de Kuvagowrs, clericum Vesprimiensis diocesis, apud nos de vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, favore prosequi gratioso, Discretioni tue . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinationem, dictum Egidium ad hoc ydoneum esse reppereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem Egidio de canoni-

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a todi püspököt, a váczi prépostot és az ó-budai őrkanonokot megbízza.

catu ecclesie beate Marie Alberegalis, dicte diocesis, que Romane ecclesie immediate subiecta existit, . . . providere procures. Non obstantibus . . . quod nuper dicto Egidio, ut asseritur, de canonicatu, sub expectatione prebende ac dignitatis, personatus, vel officii ecclesie Vesprimiensis gratiose concessimus provideri. Datum Rome apud sanctum Petrum duodecimo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XII. f. 295 t. Monumenta 44.)

CCCXVII.

1390. Január 29.

IX. Bonifácz pápa a veszprémi apácza-kolostor templomának búcsút engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christi fidelibus . . . etc. Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii monialium beate Marie virginis Vesprimiensis, Cisterciensis ordinis, a Christi fidelibus . . . congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus . . . , qui in nativitatis, assumptionis, purificationis, conceptionis et annuntiationis beate Marie virginis festivitatibus eandem ecclesiam devote visitaverint, annuatim singulis videlicet festivitatum duos annos et quadraginta dies de iniunctis penitenciis misericorditer relaxamus. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto kalendas Februarii pontificatus nostri anno primo.

(Eredetije az országos levéltárban. D. L. 7559. szám. Monumenta 57.)

CCCXVIII.

1390. Február 13.

IX. Bonifácz pápa a babocsai plébánia-templomnak búcsút engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christi fidelibus . . , Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia sancti Egidii de villa Babocha,[1] Wesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur, et etiam conservetur, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem, et ad huiusmodi conservationem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli aposto-

[1] Ma is plébánia a csurgói kerületben.

lorum, eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo ipsius sancti Egidii ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim, et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias ipsam ecclesiam visitantibus, aut ad eius fabricam, seu reparationem manus porrigentibus adiutrices, aut inibi pias elemosinas erogantibus, seu alias aliqua alia indulgentia, in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum, duratura, per nos concessa fuerit, presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum idibus pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VIII. f. 23. t. Monumenta 57.)

CCCIX.

1390. Márczius 4.

IX. Bonifácz pápa Miklósfi Istvánnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Stephano Nicolai Fabri de Jauria canonico ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, calutem etc. . . . Volentes itaque tibi, premissorum meritorum intuitu, gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . tibi conferimus. . . . Non obstantibus, . . . quod, ut asseris, parochialem ecclesiam sancti Gothardi Jauriensis diocesis, cuius fructus, redditus et proventus duodecim florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, obtines, et nos nuper tibi de canonicatu, sub expectatione prebende, ecclesie Jauriensis gratiose per alias nostras litteras mandavimus provideri. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Martii pontificatus nostri anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VI. f. 103. Monumenta. 60.)

---

[1] Ugyanezen napon a végrehajtással a tódi püspököt, a szent-mártoni apátot és a győri prépostot megbízza.

CCCXX.

1390. *April 15.*

IX. Bonifácz pápa Detreh Mihálynak veszprémi kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclcsie beate Marie Virginis Albe-re galis, Vesprimiensis diocesis, Salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Michaelem Detrech cononicum ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinationem, dictum Michaelem ad hoc ydoneum esse reppereris, eidem de canonicatu ecclesie Vesprimiensis . . . provideas . . . et, si per examinationem eandem, dictum Michaelem . . . ydoneum ad obtinendum dignitatem, personatum vel officium ipsius ecclesie Vesprimiensis, . . . donationi tue . . . reserves . . . Non obstantibus, . . . quod dictus Michael, ut asserit, canonicatum et prebendam dicte ecclesie beate Marie virginis Alberegalis noscitur obtinere. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Maii anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Liber. XIII. f 204. Monumenta 61.)

CCCXXI.

1390. *Június 8.*

IX. Bonifácz pápa Szepesi János erdélyi kanonok részére a szepesi, fehérvári és titeli prépostságok közől azt, a melyiket megüresedésök alkalmával bírni óhajtja, reserválja.

Bonifacius etc. Dilecto filio Johanni Jacobi de Sippus canonico ecclesie Albensis, Transsilvane diocesis, decretorum doctori, salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, in sancti Martini Sipsiensis una et in sancte Marie Alberegalis alia ac in sancte Sapientie Titulensis, Strigoniensis, Vesprimiensis et Colocensis, ecclesiis alia prepositure ad *presentationem Regis Ungarie, qui est pro tempore, tam ex privilegio Sedis Apostolice speciali, quam etiam de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinentes* esse noscuntur, nos volentes tibi . . . consideratione . . . Sigismundi regis et . . . Marie regine Ungarie illustrium, pro te dilecto suo nobis super hoc humiliter supplicantibus, gratiam facere specialem, unum ex huiusmodi preposituris, cuius fructus . . . centum et viginti marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt . . . si qua vacet ad presens, vel cum vacaverit, quod tu . . . infra unius mensis spatium, postquam tibi . . . vacatio illius innotuerit,

duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptationem huiusmodi, . . . donationi apostolice reservamus. Non obstantibus, . . . quod canonicatum et prebendam ac archidiaconatum de Doboka in ecclesia Albensi, Transilvane diocesis, . . . obtines. Volumus autem, quod quamprimum vigore presentium prepositurum huiusmodi fueris pacifice assecutus, archidiaconatum predictum . . . dimittere tenearis. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto idus Junii pontificatus nostri anno primo.[1]

(Regesta Datariæ. Annus I. Lib. — F. 79. Monumenta. 65.)

CCCXXII.

1390. Október 26.

IX. Bonifácz pápa Antalfi Györgynek veszprémi kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilectis filiis Tikoniensi ac de Zhircz monasteriorum abbatibus ac lectori beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Georgius Antonii clericus Vesprimiensis fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Vesprimiensis, quos quondam Emericus Parui ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Emerici obitum, . . . vacent ad presens et tanto tempore vacaverint, quod eius collatio ad sedem apostolicam legitime devoluta existat, licet bone memorie Benedictus episcopus Vesprimiensis fructus et proventus ipsorum canonicatus et prebende usibus trium rectorum altarium, in dicta ecclesia sitorum, de facto, ut asseritur, applicarit, . . . mandamus, quatenus . . . si, vocatis huiusmodi rectoribus et aliis, qui fuerint evocandi, reppereritis ita esse, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quadraginta florenorum auri, . . . valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui specialiter ius quesitum . . . prefato Georgio apostolica auctoritate conferre et assignare curetis. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum septimo kalendas Novembris pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. CXXXII. f. 32. Monumenta 73.)

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a todi püspököt, a veszprémi prépostot és a szepesi őr-kanonokot megbízza.

CCCXXIII.

1390. November 2.

IX. Bonifácz pápa Nyékvári Domonkosnak ó-budai kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Tudensi et dilectis filiis preposito ac cantori ecclesie Waciensis salutem etc. Laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Dominicus Michaelis de Nyekvar, clericus Quinqueecclesiensis diocesis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Petrus Benefia cantor ipsius ecclesie, dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, . . . vacaverint et vacent ad presens; . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum . . . proventus quadraginta florenorum auri, se . . . valorem annuum, ut ipse Dominicus asserit, non excedunt, . . . prefato Dominico, . . . conferre et assignare curetis. . . . Non obstantibus, . . . quod dudum eidem Dominico de canonicatibus sub expectationibus prebendarum Waciensis et sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis, diocesis, ecclesiarum per alias nostras litteras mandavimus provideri. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Novembris pontificatus nostri anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. VI. f. 272 t. Monumenta 76.)

CCCXXIV.

1390. November 2.

IX. Bonifácz pápa Sagódi Mihály veszprémi clericusnak váczi kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Waciensi salutem etc. Volentes igitur dilectum filium Michaelem Petri de Sagwd, clericum Vesprimiensis diocesis, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si, per diligentem examinationem, dictum Michaelem ad hoc ydoneum esse reppereris, . . . ei de canonicatu ecclesie Waciensis, . . . provideas. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Novembris anno primo.

(Regesta Datariæ. Bonifacii IX. Annus I. Lib. XIII. f. 83 t. Monumenta 78.)

CCCXXV.

1390. November 2.

IX. Bonifácz pápa Péterfi Jánosnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Johanni Petri canonico ecclesie beate Marie Virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . tibi conferimus . . . Non obstantibus, . . . quod, ut asseris, parochialem ecclesiam sancti Emerici de Babarczy, Quinqueecclesiensis diocesis, nosceris obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Novembris anno primo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XV. f. 122. Monumenta 79.)

CCCXXVI.

1390. November 3.

IX. Bonifácz pápa a János-lovagok budai és esztergomi javadalmait, a melyektől Istvánfi Péter mestert megfosztja, Tamás fehérvári kanonoknak adományozza.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie omnium sanctorum, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Religionis zelus, vite ac morum honestas aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Thomas Ladislai, canonicus ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Hodie siquidem ad audientiam nostram deducto, quod dilectus filius Petrus Stephani magister sancte trinitatis de Calidis aquis de suburbio Budensi, dicte diocesis, et sancti Stephani regis Strigoniensis, domorum sepulcri dominici Jerosolimitani invicem canonice unitarum, ordinis sancti Augustini, quondam Damianum de Sancto Rege laicum inhumaniter interfecerat; nos attendentes, quod, veris existentibus supradictis, idem Petrus magistratu dictarum domorum, . . . reddiderat se indignum, tibi per nostras litteras dedimus in mandatis, ut vocatis dicto Petro et aliis, qui forent evocandi, super premissis inquireres auctoritate nostra diligentius veritatem, et si per inquisitionem hujusmodi invenires, ita esse,

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a segoviai püspököt, a pécsváradi apátot és a veszprémi prépostot megbízza.

eundem Petrum dicto magistratu sententialiter privares, . . . Et etiam accepto, quod idem Thomas cupiebat una cum dilectis filiis fratribus dictarum domorum in dictis domibus sub regulari habitu virtutum domino famulari, nos tibi per alias nostras litteras mandavimus, ut eundem Thomam, si esset ydoneus et aliud canonicum non obsisteret, auctoritate nostra recipi faceres in predictis domibus, . . . in fratrem, . . .[1] et voluimus, quod ipse Thomas, quamprimum eundem ordinem foret expresse professus, vel annus probationis esset elapsus, aut si evidenter constaret ipsum absolute vitam voluisse mutare, . . . canonicatum et prebendam ac rectoratum altaris sancti regis Ladislai, siti in predicta ecclesia beate Marie, quos tunc temporis obtinebat, . . . omnino dimittere teneretur . . . Attendentes igitur, quod, . . . idem Thomas ad regimen dictarum domorum utilis et alias ydoneus esset, . . . mandamus, quatenus, si per te dictum Petrum eodem magistratu sententialiter privari et ab eo amoveri contigerit, ut prefertur, dictum magistratum ab ecclesia sepulcri dominici Jerosolimitani dicti ordinis dependentem, et per canonicos ecclesie seu fratres ordinis predictorum solitum gubernari, . . . cujus proventus trecentarum marcharum argenti, . . . valorem annuum, ut ipse Thomas asserit, non excedunt, cum illum, ut prefertur, vacare contigerit, . . . eidem Thome, postquam ipse dictum ordinem fuerit expresse professus, auctoritate predicta, conferas et assignes. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Novembris anno primo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. XI. f. 221. Monumenta. 80.)

CCCXXVII.

1390.

IX. Bonifácz pápa Jánosfi Tamásnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Bonifacius Dilecto filio preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Volentes itaque dilectum filium Thomam Johannis, rectorem altaris sancte Affre siti in ecclesia Vesprimiensi . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus . . . ei de canonicatu dicte ecclesie provideas . . .

(A pápai írásnak csak töredéke van meg: Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus I. Lib. — F. 208 t. Monumenta 85.)

[1] Az ugyanezen napon kelt pápai rendelet ezen irat után következik a regesta kötetben.

CCCXXVIII.

1390. November 10.

IX. Bonifácz elrendeli, hogy János veszprémi kanonok a részére adományozott győri kanonokságba, a melytől megfosztatott, visszahelyeztessék.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Johannis Moysi, canonici Vesprimiensis, petitio continebat, quod, licet olim ipse canonicatum et prebendam ecclesie Jauriensis tunc per obitum quondam Thome, vulgo Istentamasa, canonici ipsius ecclesie, vacantes assecutus fuisset canonice, illosque aliquamdiu tenuisset et possedisset, et nunc etiam teneret et possideret pacifice et quiete; quia tamen postmodum venerabilis frater noster Johannes episcopus Jauriensis predictum Johannem Moysi eisdem canonicatu et prebenda, contra iustitiam, spoliavit, et dilectum filium Stephanum Petri, qui se gerit pro clerico Vesprimiensi, in eisdem canonicatu et prebenda de facto intrusit, prefatus Johannes Moysi, sentiens exinde se indebite gravari, ad sedem apostolicam appellavit, . . . Nos igitur, . . . mandamus, quatenus eodem Johanne Moysi ad possessionem eorundem canonicatus et prebende, prout iustum fuerit, per te restituto, ac vocatis eisdem episcopo et Stephano, . . . quod iustum fuerit, . . . decernas . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto idus Novembris anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XII. f. 50 t. Monumenta 90.)

CCCXXIX.

1390. November 27.

IX. Bonifácz pápa Péter mestert apostoli auditort egy fehérvári kanonokság tárgyában, Pálfi György és Győrfi István között fenforgó perben biróul rendeli.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Petro Gasconis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilis probitatis ac virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Georgius Pauli, presbiter Agriensis diocesis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Georgii petitio continebat, quod orta dudum, inter ipsum et

Stephanum Georgii, presbiterum dicte diocesis, super canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, de quibus tunc per obitum quondam Johannis Petri ipsius ecclesie, canonici, . . . vacantibus, Georgius, sibi auctoritate apostolica gratiose et canonice mandatum fuisse provideri, dictumque Stephanum se gratie et mandato huiusmodi, contra iustitiam, opposuisse et opponere ac fecisse et facere, quominus gratia et mandatum predicta debitum sortirentur effectum, . . . dictumque Stephanum eosdem canonicatum et prebendam occupasse et detinuisse ac detinere indebite occupatos, Stephanus et Georgius predicti eosdem canonicatum et prebendam ad se de iure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, nos causam huiusmodi tibi, ad instantiam dicti Georgii, audiendam commisimus et fine debito terminandam, non obstante, quod causa ipsa, de sui natura, ad eandem curiam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset, et cum potestate citandi eundem Stephanum extra eandem curiam ad partes, quotiens opus esset, tuque citationem extra eandem curiam contra eundem Stephanum, ad instantiam predicti Georgii, in forma consveta dumtaxat diceris decrevisse. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, idem Stephanus, per multa tempora, publicus concubinarius fuerit et adhuc quandam concubinam publice teneat, et ex ea filios procreaverit, ipseque per ordinarium loci sepe auctoritate ordinaria monitus extiterat, ut dictam concubinam dimitteret, ipseque Stephanus id facere contumaciter non curaverit, neque curet, necnon etiam quedam instrumenta publica falsificaverit . . . mandamus, quatenus, si idem Georgius se in forma iuris voluerit ad penam talionis inscribere et dictum Stephanum de premissis accusare, postquam se inscripserit, et ipsum Stephanum coram te accusaverit de premissis, vocato dicto Stephano et aliis, qui fuerint evocandi, . . . quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, . . . et nichilominus, si per te prefatum Stephanum huiusmodi iure sententialiter privari et ab eo amoveri contigerit, eundem Georgium, . . . in omni iure et ad omne ius huiusmodi, si quod eidem Stephano tempore dicte privationis in eisdem canonicatu et prebenda, quorum fructus, . . . sexaginta florenorum auri, . . . valorem annuum, ut ipse Georgius asserit, non excedunt, . . . auctoritate nostra surroges, dictumque ius sibi conferes et provideas etiam de illo; . . . non obstante, quod idem Georgius, ut asserit, auctoritate quarundam litterarum nostrarum gratiose sibi concessarum, per quas beneficium ecclasiasticum cum cura vel sine cura ad . . . dispositionem . . . episcopi Vesprimiensis pertinens expectabat, parochialem ecclesiam sancti Laurentii prope oppidum Alberegalis, dicte diocesis, cuius fructus . . . trigintaduorum florenorum auri, . . . valorem annuum, non excedunt et ad collationem dicti episcopi pertinentem, infra tempus legitimum acceptavit, et quod dudum sibi de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitatis, . . . ecclesie Waradiensis gratiose concessimus providere. Volumus autem, quod ipse Georgius, quamprimum . . . canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie beate Marie fuerit

pacifice assecutus, dictam parochialem ecclesiam, . . . omnino dimittere teneatur, . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto kalendas Novembris anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. — F. 66. Monumenta 94.)

CCCXXX.

1390. Decz̨ember 2.

IX. Bonifácz pápa Gálfi Györ̨gynek fehérvári kanonokságot adományoz̨.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie Quinqueecclesiensis salutem etc. . . . Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie beati Marie Alberegalis ac parochialis ecclesia sancti Dominici de dicta Alberegali, Vesprimiensis diocesis, quas quondam Petrus, dictus Ingaltalam, canonicus ac parochialis ecclesie rector, dum viveret, obtinebat, per ipsius Petri obitum, . . . vacaverint et vacent ad presens, nos volentes dilectum filium Georgium Galli, canonicum ecclesie Orodiensis, Cenadiensis diocesis, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem dictum Georgium, . . . ydoneum ad ecclesiam parochialem predictam obtinendam esse reppereris, . . . canonicatum et prebendam ac parrochialem ecclesiam predictos, quorum fructus, . . . centum florenorum auri, . . . ut ipse Georgius asserit, non excedunt, . . . eidem conferre et assignare curetis. Non obstantibus, . . . quod dictus Georgius, ut asserit, canonicatum et prebendam ecclesie Orodiensis predicte, . . . noscitur obtinere. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Decembris anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. CLXXX. f. 5. Monumenta. 99.)

CCCXXXI.

1390. Decz̨ember 16.

IX. Bonifácz pápa a hantai prépostságot, azon esetre, ha attól a gyilkosságról vádolt Garázda András prépost megfosztatnék, János veszprémi kanonoknak adományozza.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Jacobo Floriani, cappellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, salutem etc. Vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Johannes Meysi, canonicus Vesprimiensis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem

ad audientiam felicis recordationis Urbani pape VI., predecessoris nostri, deducto, quod Andreas Garasda, prepositus ecclesie sancti Michaelis de Hanta, Vesprimiensis diocesis, . . . quondam Lucam priorem prioratus in Nadasd, ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, et Stephanum de villa Wislac ac Jacobum de Polonia laicos crudeliter interfici mandaverat et fecerat, dictus predecessor episcopo Jauriensi . . . (dedit in mandatis), ut . . . super premissis inquireret . . . veritatem, et si per inquisitionem huiusmodi inveniret prefatum Andream huiusmodi homicidia vel ipsorum aliquod perpetrasse, eundem Andream prefata prepositura . . . amoveret realiter ab eadem; et per alias suas litteras eidem episcopo dedit in mandatis, ut si dictum Andream prefata prepositura per eum privari contingeret, ut prefertur, eandem prepositurам dilecto filio Andree Petri, preposito ecclesie sancti Adalberti Jauriensis, eadem auctoritate conferret . . . Et deinde, . . . antequam ad executionem predictarum litterarum procederetur, prefatus Andreas Garasda, ut executionem earundem litterarum impediret, causam, quam super dicta prepositura et eius occasione contra prefatum Andream Petri movere intendebat, tibi per dictum predecessorem audiendam committi obtinuit, . . . et subsequenter, postquam tu ad nonnullos actus in causa huiusmodi inter partes ipsas processeras, . . . predecessor ille totum illud, quod dicto episcopo circa premissa commissum fuit audiendum et fine debito terminandum, successive tibi commisit, ut dictum Andream Garasda, ad partes citari facere posses, non obstante, quod causa ipsa de sui natura ad curiam ipsam legitime devoluta et apud eam tractanda et finienda non esset. Cum autem, . . . premissis sic precedentibus, prefatus Andreas Petri prepositurам dicte ecclesie sancti Adalberti, que dignitas est, tunc vacantem, auctoritate apostolica sibi collata, fuerit pacifice assecutus, nos, . . . mandamus, quatenus, si . . . prefatum Andream Garasda predicta prepositura ecclesie sancti Michaelis per te privari et ab ea amoveri contigerit, . . . eandem prepositurам ecclesie sancti Michaelis, cuius fructus, . . . ducentorum et quadraginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . dicto Johanni . . . conferas . . . Non obstantibus, . . . quod idem Johannes, ut asserit, canonicatum et prebendam Vesprimiensis (ecclesie) obtinet, et super canonicatu et prebenda Jauriensis, quorum omnium fructus . . . octuaginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, in dicto palatio litigat, et nos nuper sibi de Vesprimiensis et Jauriensis predictarum dignitatibus seu personatibus vel officiis vacantibus vel vacaturis, necnon de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitatis vel personatus seu officii Agriensis ecclesiarum generose concessimus provideri. Volumus autem, . . . quod, quamprimum ipse prefatam prepositurам ecclesie sancti Michaelis fuerit pacifice assecutus, huiusmodi concessionum gratie . . . sint cassa et irrita . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Januarii anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XV. f. 108. t. Monumenta 106.)

CCCXXXII.

1390. Deczember 21.

IX. Bonifácz pápa a budavári plébániatemplom egyik oltárának búcsút engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christi fidelibus . . . salutem etc. . . . Cupientes igitur, ut altare sancti spiritus situm in parochiali ecclesia beate Marie Magdalene de Buda, Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus, qui in dicti sancti spiritus festivitate et in dedicatione ipsius altaris prefatum altare devote visitaverint annuatim, et ad eius fabricam manus porrexerint adiutrices, . . . duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Rome apud sanctum Petrum duodecimo kalendas Januarii anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XV. f. 191. Monumenta 112.)

CCCXXXIII.

1390. Deczember 24.

IX. Bonifácz pápa a tihanyi apátnak és két veszprémmegyei asszonynak gyóntatóját felhatalmazza, hogy azokat egy ízben az általános feloldozás kegyelmében részesíthesse.

Bonifacius etc. Dilecto filio Georgio abbati Monasterii de Tykonio et dilectis in Christo filiabus Agneti, relitce quondam Johannis vidue, ac Agneti, uxori Jacobi laici, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Devotionis etc. Datum Rome apud sanctum Petrum nono kalendas Januarii anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XV. f. 246. t. Monumenta 119.)

CCCXXXIV.

1391. Január 2.

IX. Bonifácz Carbono Vilmos mesternek fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Carbono, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, notario nostro, salutem etc. Grata

tue devotionis obsequia, que nobis et apostolice sedi, hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis ex virtutum merita, . . . nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem beneficia ecclesiastica quorumcumque collectorum et succollectorum . . . camere apostolice . . . vacantia et in antea vacatura, collationi et dispositioni nostre reservantes, canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie oppidi Alberegalis ac parochialis ecclesia sancti Dominici extra muros ejusdem oppidi, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Petrus de Somagywar . . . obtinebat, per ipsius Petri obitum, qui fructuum et proventuum predicte camere debitorum in civitate Vesprimiensi et diocesi predicta succollector existens extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, . . . tibi, . . . canonicatum et prebendam ac parochialem ecclesiam predictos, quorum fructus . . . ducentorum florenorum auri . . . valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, . . . conferimus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Januarii anno secundo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. CLXXX. f. 124. Monumenta 122.)

CCCXXXV.

1391. Január 6.

IX. Bonifácz Balázs veszprémi kanonok részére a veszprémi püspök és káptalan adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito beate Marie virginis Albaregalis Wesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Volentes itaque dilectum filium Blasium Egidii canonicum Wesprimiensis ecclesie . . . favore prosequi gratioso . . . mandamus, quatenus . . . beneficium ecclesiasticum, cuius fructus, . . . si cum cura vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, ad collationem . . . episcopi et . . . capituli Wesprimiensis . . . pertinens . . . reserves . . . Non obstantibus, . . . quod dictus Blasius canonicatum et prebendam ecclesie predicte noscitur obtinere . . . Datum apud sanctum Petrum octavo idus Januarii pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XVIII. f. 108. Monumenta 124.)

---

[1] Ugyanezen napon a végrehajtással a traui és veszprémi püspököket, a tihanyi apáttal, megbízza.

CCCXXXVI.

1391. Január 9.

IX. Bonifácz pápa Alsáni Bálint pécsi bibornok-püspököt, a fehérvári préposttól Garai Miklós emberei ellen, kik elfogták és kirabolták, indítandó perben bíróúl rendeli.

Bonifacius etc. Dilecto filio Valentino tituli sancte Sabine presbitero cardinali in regno Ungarie commoranti salutem etc. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Johannis Zudar prepositi ecclesie beate Marie Albe Regalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod cum olim ipse de loco Albaregalis, dicte diocesis, versus quendam locum, ubi clare memorie Elizabeth regina Ungarie tunc residebat, pro certis suis negotiis penes eandem reginam expediendis, transiret, quondam Nicolaus de Gara palatinus regni Ungarie associatis sibi Nicolao Johannis Trutheyl de Neuna et Franchone Konye et Demetrio dicto Parvo domicellis Quinqueecclesiensis, Agriensis et Cenadiensis diocesum, atque nonnullis aliis suis in hac parte complicibus, in eundem prepositum et suos familiares ac quosdam alios, tunc secum transeuntes, absque rationabili causa, atque hostiliter, necnon more predonico irruentes, ipsum prepositum quibusdam pecuniarum summis, necnon novem equis, qui quingentos, et etiam uno curru, in quo ipse prepositus tunc vehebatur et nonnullis vasis argenteis et aureis, atque aliis iocalibus ac rebus et bonis mobilibus diversis ad ipsum prepositum spectantibus, . . . qui mille ducatos auri et ultra valebant, nequiter spoliavit et secum abduxit in predam; ac etiam palatinus necnon armigeri et complices predicti . . . eundem prepositum, non absque manuum iniectione in eum, . . . secum duxerunt et detinuerunt diutius captivum, et multa alia iniurias et damna communiter irrogarunt eidem preposito perperam et iniuste, . . . Quare predictus prepositus nobis humiliter supplicavit, ut causas tam criminales, quam civiles, quas idem prepositus armigeris predictis et complicibus, necnon dilecto filio nobili viro Nicolao nato et heredi eiusdem palatini, militi dicte Quinqueecclesiensis diocesis, . . . movere proponit, alicui probo viro, in partibus illis, committere et alias sibi providere in premissis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque, circumspectioni tue, mandamus, quatenus vocatis eisdem milite, armigeris et complicibus et aliis, qui fuerint evocandi, si de manuum iniectione, necnon captione et detentione huiusmodi tibi constiterit, eosdem armigeros et complices tamdiu excommunicatos publice nuncies quousque passo iniuriam satisfecerint competenter, et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi, super aliis vero auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, summarie simpliciter . . . appellatione remota decernas . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto idus Januarii pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XV. f. 61. t. Monumenta 127.)

CCCXXXVII.

1391. Február 3.

IX. Bonifácz pápa az esztergomi érseket megbízza, hogy Kis Károly királynak Visegrádon elhelyezett tetemének egyházi szertartással való eltemetéséről intézkedjék.

Bonifacius etc. Venerabili fratri archiepiscopo Strigoniensi salutem etc. Exhibita nobis pro parte carissimi in Christo filii nostri Ladislai, regis Sicilie illustris, petitio continebat, quod, licet dudum in clare memorie Carolo olim rege Sicilie, genitore suo, tempore sui obitus signa penitentie apparuerint manifesta, tamen, pretextu quorundam processuum per felicis recordationis Urbanum papam VI. . . . contra dictum Carolum factorum, per quos idem predecessor ipsum excommunicationis sententia innodavit, corpus eiusdem Caroli non fuit traditum ecclesiastice sepulture, sed positum extitit in quadam domo prope monasterium sancti Andree de promontorio castri Wissegradiensis, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, ubi adhuc inhumatum conservatur. Quare pro parte predicti Ladislai regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut . . . corpus predictum . . . ecclesiastice sepulture tradi mandare . . . dignaremur. Nos igitur . . . fraternitati tue . . . mandamus, quatenus, si per summariam informationem per te super hoc recipiendam, reppereris, quod in eodem Carolo tempore sui obitus, ut prefertur, signa penitentie apparuerint, predictum eius corpus a quibuscumque excommunicationis sententiis, quibus ligatus fuisset, absolvas, ipsumque apud ecclesiam dicti monasterii tradi facias ecclesiastice sepulture, . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Februarii pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XV. f. 209. Monumenta. 136. A bulla rövid kivonatát közli Fejér. X. I. 194.)

CCCXXXVIII.

1391. April 27.

IX. Bonifácz pápa Domokosfi Ferencz veszprémi papot kapornaki apáttá nevezi ki. (A bulla utóbb visszavétetett.)

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem etc. Hodie siquidem pro parte dilecti filii Francisci Dominici presbiteri, tue diocesis, nobis

exposito, quod ipse cupiebat in monasterio sancti Salvatoris de Capornuk, ordinis sancti Benedicti, dicte tue diocesis, quod tunc abbate carebat, unacum dilectis filiis conventus dicti monasterii, sub regulari habitu, virtutum domino famulari, . . . tibi per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut . . . eundem Franciscum, si esset ydoneus . . . in dicto monasterio auctoritate nostra recipi faceres in monachum et in fratrem . . . Cum itaque prefatum monasterium per quondam Nicolai ipsius monasterii abbatis obitum, pastoris solatio destitutum existat, nullusque de ipsius provisione preter nos hac vice se intromittere potuerit sive possit . . . et sicut accepimus dictus Franciscus ad regimen eiusdem monasterii, quod, ut asseritur, desolatum existit et minatur ruinam, cuiusque nonnullas possessiones aliqui nobiles partium illarum occupare procurant, alias utilis et ydoneus esset . . . fraternitati tue, de . . . mandamus quatenus, postquam idem Franciscus in monachum dicti monasterii receptus fuerit, ut prefertur, et professionem, iuxta dicti monasterii consvetudinem emiserit regularem, de persona sua, si eum ydoneum et utilem ad regimen ipsius monasterii esse reppereris, dicto monasterio hac vice auctoritate nostra provideas, eumque dicto monasterio preficias in abbatem, . . . munus benedictionis impendas . . . ab eo nostro et ecclesie Romane nomine solitum recipias . . . iuramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus interclusam . . . Per hoc autem episcopo Vesprimiensi, qui fuerit pro tempore, cum dictum monasterium episcopo Vesprimiensi, ordinario iure subesse dinoscatur, nullum imposterum preiudicium generetur. Datum rome apud sanctum Petrum quinto kalendas Maii anno secundo. A lapszélen áll: «Cancellata et cassata de mandato domini nostri pape».

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XVII. f. 59. Monumenta 149.)

CCCXXXIX.

1391. Június 20.

IX. Bonifácz pápa Andrásfi István váradi clericus részére a fehérvári káptalan adományozásához tartozó javadalmat reserwál.

Bonifacius etc. Dilecto filio Stephano Andree, clerico Waradiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes . . . tibi gratiam facere specialem, beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, cujus fructus, . . . si cum cura vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti . . . annuum valorem non excedunt, ad . . . dispositionem . . . prepositi et capituli ecclesie beate Marie Virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . pertinens . . . conferendum tibi . . .

apostolice donationi reservamus. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum duodecimo kalendas Julii anno secundo.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XIX. f. 168. Monumenta 159.)

CCCXL.

1391. Július 3.

IX. Bonifácz pápa Tarkői Pálnak a dömösi prépostságot adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Waciensi salutem etc. . . . Dudum siquidem felicis recordationis Urbanus papa VI. predecessor noster omnes dignitates, . . . ceteraque beneficia ecclesiastica, tunc apud sedem apostolicam vacantia et in antea vacatura, collationi et dispositioni sue reservans . . . prepositura ecclesie beate Margherete Demesiensis, Vesprimiensis diocesis, quam venerabilis frater noster Petrus episcopus Transilvanus, tempore promotionis, per eundem predecessorem facta de ipsa ad ecclesiam Transilvanam tunc vacantem, obtinebat, per huiusmodi promotionem . . . vacante, dictoque predecessore per eum de ipsa prepositura non disposito, . . . sublato, de medio, nos . . . ad apicem summi apostolatus assumpti . . . declaravimus dignitates . . . ceteraque beneficia ecclesiastica supradicta, que tempore obitus eiusdem predecessoris sic reservata vacabant, remansisse et remanere reservationem et decretum affecta . . . Cum itaque dicta prepositura adhuc, . . . vacare noscatur . . . nos volentes dilectum filium Paulum Clementis de Tarkew, clericum Strigoniensis diocesis, qui, ut asseritur de baronum genere procreatus existit, apud nos de nobilitate generis, vite ac morum honestate aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, nec non consideratione . . . Marie, regine Ungarie illustris, pro ipso Paulo nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem dictum Paulum . . . ad obtinendam eandem prepositurам, que dignitas principalis, cui cura imminet animarum et quam quis per electionem assumi in ipsa ecclesia consuevit, ydoneum esse reppereris, . . . dictam prepositurам, que sedi predicte immediate subesse dinoscitur, cuiusque fructus, redditus er proventus centum marcharum argenti . . . annuum valorem non excedunt, . . . eidem Paulo . . . conferas. Datum Rome apud sanctum Petrum quinto nonas Julii anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XIX. f. 288 t. Monumenta 162.)

---

[1] A végrehajtással a todi püspököt, a tihanyi apátot és a győri püspököt megbízza.

CCCXLI.

1391. Julius 17.

IX. Bonifácz pápa Péterfi Domokos ó-budai kanonoknak a temesi főesperességet adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Cenadiensi salutem etc. . . . Hodie siquidem ad audientiam nostram deducto, quod Michael archidiaconus Themessiensis, in ecclesia Cenadiensi, . . . in quondam Francisci Thot et Thome Kewp laicorum personas homicidia perpetravit, et nonnulla alia enormia crimina commiserat, . . . tibi per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut . . . super premissis inquireres veritatem, et si . . . premissa vel aliqua crimina, . . . commisisse reppereres, prefatum Michaelem eodem archidiaconatu auctoritate predicta sententialiter privares . . . Nos volentes dilectum filium Dominicum Petri, canonicum Cenadiensem, . . . ipsumquc in eadem ecclesia amplius honorare, . . . mandamus, quatenus, si per te prefatam Michaelem eodem Archidiaconatu privari . . . contigerit, et per diligentem examinationem eundem Dominicum . . . ad obtinendum dictum archidiaconatum ydoneum esse reppereris, . . . archidiaconatum predictum, eidem conferas . . . Non obstantibus, . . . quod dictus Dominicus, ut asserit, in sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, et in predicta Cenadiensi canonicatus et prebendas et altare sancte Catherine in ipsa Cenadiensi, . . . obtinet, et nuper ei de canonicatu sub expectatione prebende in Zagrabiensi et dignitatis vel personatus seu officii in eadem Cenadiensi ecclesiis gratiose concessimus provideri. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimosexto kalendas Augusti anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II, Lib. XIK. f. 290. Monumenta 163.)

CCCXLII.

1391. Szeptember 14.

IX. Bonifácz pápa a veszprémmegyei, sasadi és örsi plébániák fölött a kegyuraságnak Zsigmond királytól az esztergomi káptalan részére történt adományozását megerősíti.

Bonifacius etc. Ad perpetuam rei memoriam. . . . Petitio pro parte carissimi in Christo filii nostri Sigismundi, regis Ungarie illustris, nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipse attente considerans, quod fructus, redditus et proven-

tus mense dilectorum filiorum capituli ecclesie Strigoniensis erant, prout sunt, tenues adeo et exiles, quod canonici eiusdem ecclesie, qui numero trigintanovem existunt, nequibant, prout nequeunt, ex eis condecentem statum tenere, prout ipsius ecclesie, que metropolitana est, dignitas exigit, . . . iuspatronatus de Sasad et de Vrs parochialium ecclesiarum, plebaniarum nuncupatarum, Vesprimiensis diocesis, ad ipsum regem iusto titulo pertinens, infra quarum parochias modicus populus habitare dinoscitur, et in quibus ecclesiis omnimodo iurisdictio et earum dispositio ad archiepiscopum Strigoniensem pro tempore existentem pertinet, prefato capitulo, . . . donavit atque concessit. Quare pro parte regis et capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut easdem parochiales ecclesias, mense, cuius duorum millium florenorum auri, secundum communem extimationem, valorem annuum, fructus, prouentus et redditus, ut ipse rex asserit, non excedunt, unire, annectere et incorporare, . . . dignaremur. . . . Nos igitur, . . . dictas parochiales ecclesias . . . prefate mense . . . perpetuo unimus . . . Datum apud sanctum Petrum decimooctavo kalendas Octobris pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XX. f. 189. Monumenta. 164.)

CCCXLIII.

1391. Október 2.

IX. Bonifácz pápa a fehérvári káptalan és a fehérvári olvasó-kanonok között tizedek tárgyában fennforgó per eldöntésére birákat rendel.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus . . . Tudensi et Vesprimiensi episcopis et dilecto filio abbati monasterii beate Marie Scotorum in Wienna, Pataviensis diocesis, salutem etc. . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Thome Petri scolastici, lectoris nuncupati, ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis, diocesis, petitio continebat, quod olim ipse in causa per eum, contra dilectos filios cantorem et capitulum eiusdem ecclesie, super quibusdam decimis, novis fructibus et emolumentis tunc expressis, ad ipsum Thomam, iusto titulo, pertinentibus, et quibus iidem cantor et capitulum ipsum Thomam indebite spoliarant illaque usurparant, mota et coram certis auditoribus causarum palatii apostolici ex commissionibus apostolicis diutius ventilata, tres, per quas dicti cantor et capitulum inter cetera in milletrecentis florenis auri de camera . . . ac etiam in expensis in huiusmodi causa factis condemnati fuerunt, diffinitivas sententias . . . reportavit, et . . . apostolicas ad vos sub certa forma litteras impetravit. Cum autem, . . . licet cantor et capitulum prefati cum eodem Thoma postea convenissent, quod ipse Thomas eisdem cantori et capitulo huiusmodi . . . summas remit-

tere deberet et ipsi pro huiusmodi florenorum summis, quedam palatium et vineam ecclesie predicte in eadem diocesi consistentia, similiter tunc expressa, per ipsum Thomam, . . . per duodecim annos possidenda, efficaciter assignarent, . . . ipsaque palatium et vineam sibi realiter assignassent, tamen postea predicti cantor et capitulum eundem Thomam huiusmodi palatio et vinea, que ipse . . . per unum annum et amplius possedit, . . . spoliarint, . . . pro parte dicti Thome nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictas sententias executioni debite demandare ac alias sibi super premissis de opportuno remedio providere . . . dignaremur. Nos itaque, . . . mandamus, quatenus . . . in huiusmodi executionis negotio procedatis, iuxta ipsarum litterarum vobis directarum continentiam et tenorem, et nichilominus processus per vos super hiis habendos, quotiens opus fuerit, auctoritate nostra aggravetis. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto nonas Octobris anno secundo.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus II. Lib. XX. f. 46 t. Monumenta 166.)

CCCXLIV.

1391. Október 6.

IX. Bonifácz pápa Péterfi Tamás fehérvári kanonokot pápai káplánná nevezi ki.

Bonifacius etc. Dilecto filio Magistro Thome Petri, scolastico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, capellano nostro salutem. Virtutibus clarus. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto nonas octobris Pontificatus nostri anno secundo.

(Regesta Vaticana. Volumen 313. f. 192. Monumenta 168.)

CCCXLV.

1391. Deczember 29.

IX. Bonifácz pápa Miklós veszprémi kanonoknak erdélyi kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio archidiacono de Kikilleu in ecclesia Transilvana salutem etc. . . . Volentes igitur dilectum filium Nicolaum Petri, canonicum ecclesie Vesprimiensis, . . . favore prosequi speciali gratioso, . . . mandamus, quatenus, si dictum Nicolaum ad hoc ydoneum esse reppereris, ei de canonicatu ecclesie Transilvane . . . provideas . . . Non obstantibus, . . . quod dictus Nicolaus,

ut asseritur, canonicatum et prebendam predicte ecclesie Vesprimiensis diocesis ac parochialem ecclesiam sancti Laurentii de Ewsi, Vesprimiensis diocesis, noscitur obtinere. Volumus autem quod dictus Nicolaus, quam primum vigore presentium fuerit dignitatem, vel personatum seu officium curatum pacifice assecutus, parochialem ecclesiam prefatam, quam, ut prefertur, obtinet, quamque ex tunc vacare decernimus omnino, prout etiam dictus Nicolaus ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto kalendas Januarii anno tertio.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus III. Lib. XXX. f. 171 t. Monumenta 182.)

CCCXLVI.

1392. Január 30—April 18.

A Maternus veszprémi püspök részéről Rómában fizetendő megerősítési díjak tárgyában kiállított nyilatkozat.

Anno nativitatis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo, nonagesimo secundo indictione tertiadecima, in alma urbe, ubi prefatus dominus noster[1] cum sua Romana curia feliciter residet in thesauraria apostolice camere, coram et presentibus quibus supra, die vero martis, penultima dicti mensis Januarii reverendus pater dominus Jacobus prepositus sancti Georgii Strigoniensis, domini nostri pape referendarius, dominus Adam de Nesetics decretorum doctor, canonicus Olomucensis, dominus Mauricius archidiaconus Sathmariensis et canonicus Transilvanus et dominus Johannes rector parochialis ecclesie in Nepomuk vicarius ecclesie, dominus Gregorius archidiaconus Cracoviensis et dominus Thomas Racz canonicus prebendatus ecclesie sancte Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis, tanquam principales et private persone, obligantes se et eorum bona et beneficia, promiserunt camere et collegio pro communi servitio domini Martini electi Vesprimiensis noningentos florenos auri de camera et quinque servitia consveta.

XVIII. Cardinales.

Indictione XV. die XVIII. Aprilis predictus dominus Jacobus obligatus presentavit mandatum sufficiens in personam sui, ad obligandum se de novo, et se obligavit recurrentibus terminis.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Benedicti, antea predecessoris sui, alios noningentos similes florenos et quinque servitia consveta; solvendo medietatem promissi in festo assumptionis beate Marie vir-

[1] Bonifacius IX.

ginis proxime futuro, et aliam medietatem in festonativitatis domini nostri Jesu Christi extunc proxime secuturo; et recognitus similibus modis et terminis successive, et presentare mandatum sufficiens ratihabitionis obligationis huiusmodi vel de novo se obligandi in primo termino solutiones facte . . .

XX. Cardinales.

(A vaticáni levéltárban: Obligationes Collegii. Vol. 590. fol 112.)

CCCXLVII.

1392. Február 23.

IX. Bonifácz pápa Alörsi Mátyás fehérvári kanonoknak a fehérvári szent-Miklós-prépostságot adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Episcopo Monopolitano et dilectis filiis abbati monasterii sancti Aniani de Tihonio ac lectori ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Vite ac morum honestas, . . . super quibus apud nos dilectus filius Mathias Petri de Allwrs, canonicus ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur . . . Cum itaque, sicut accepimus, prepositura, magistratus nuncupata, in ecclesia sancti Nicolai extra muros Albensis, dicte diocesis, ex eo, quod dilectus filius Martinus Pauli, frater domus sancti Pauli primi heremite prope Budam, ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, tunc clericus secularis existens ac dictam prepositurам obtinens domum ipsam ingressus in ea per fratres eiusdem domus fieri consuetam professionem emisit regularem, vacet ad presens, . . . mandamus, quatenus . . . prepositurам predictam, cujus fructus . . . ducentorum et quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Mathie . . . assignare curetis . . . Non obstantibus, . . . quod idem Mathias, ut asserit, super canonicatu et prebenda beate Marie predicte, quorum possessionem nundum habet, et quorum fructus quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, unam pro se et contra quendam adversarium suum in palatio apostolico litigando, . . . diffinitivam sententiam reportavit, et nos nuper sibi de prefate sancti Nicolai ac Vesprimiensis sub expectationibus prebendarum nec non dignitatis, personatus vel officii cum cura vel sine cura eiusdem Vesprimiensis ecclesiarum canonicatibus gratiose concessimus provideri. Volumus autem, prout idem Mathias id sponte voluit, quod, quamprimum ipse vigore presentium prefatam prepositurам fuerit pacifice assecutus, predicta concessionis gratia in ecclesia Vesprimiensi . . . sint cassa et irrita . . . Datum Rome apud sanctum Petrum septimo kalendas Martii anno tertio.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus III. Lib. XXVI. f. 300 t. Monumenta. 187.)

CCCXLVIII.

1392. *Márczius 1.*

IX. Bonifácz elrendeli, hogy Vetési László a fehérvári kanonokságtól, melyet bitorol, elmozdíttatván, Andrásfi Péter annak a javadalomnak birtokába bevezettessék.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus Tudensi et Vesprimiensi episcopis, ac dilecto filio thesaurario ecclesie Vesprimiensis salutem etc. Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Petri Andree, canonici ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim ipse in causa per eum contra quondam Lucam Francisci clericum super canonicatu et prebenda dicte ecclesie, de quibus tunc certo modo vacaturis eidem Petro auctoritate apostolica provideri mandatum fuerat, et de quibus postmodum vacantibus sibi, vigore mandati huiusmodi, provisum extiterat, et quos idem Lucas indebite occupaverat, mota et in palatio apostolica coram certo auditore causarum dicti palatii, ex commissione apostolica, diutius ventilata, unam diffinitivam, per quam inter cetera dicti canonicatus et prebenda Petro adjudicati et super eis Luce prefato perpetuum silentium impositum fuerat, sententiam reportavit, et super executione dicte sententie, . . . apostolicas ad vos . . . literas impetravit. Cum autem, . . . lite hiusmodi sic indecisa pendente, idem Lucas decesserit, et dilectus filius Thomas Ladislai de Vetes, clericus Transilvane diocesis, se in eisdem canonicatu et prebenda intruserit, illosque similiter detineat indebite occupatos; pro parte dicti Petri fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere sibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. . . . Mandamus, quatenus . . . in huiusmodi executionis negotio tam contra eundem Thomam, quam contra quoscumque alios iam forsan in canonicatu et prebenda predictis intrusos vel imposterum intrudendos, quoad possessionem dictorum canonicatus et prebende ipsi Petro dumtaxat tradendam perinde procedatis, ac si sententia ipsa contra eos lata fuisset. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendas Martii anno tertio.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus III. Lib. XXVI. f. 279 t. Monumenta. 188.)

CCCLXIX.

1392. Deczember 10.

IX. Bonifácz pápa azon bulláját, a melyben Upor István részére a veszprémi prépostságot és a fehérvári káptalani méltóságok egyikét reserválta, hatályon kívül helyezi.

Bonifacius etc. Dilecto filio Stephano Enrici de Upor, canonico Waradiensi, magistro in artibus, salutem etc. . . . Cum itaque dilectus filius Michael dictus Saffar, Prepositus ecclesie Titulensis, Colocensis diocesis, prepositurarn ecclesie predicte, quam obtinet, sponte et libere resignare proponat . . . prepositurarn predictam, . . . tibi conferendam donationi apostolice reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod, ut asseris, . . . nos tibi nuper de canonicatu, . . . sub expectatione . . . dignitatis, personatus, vel officii etiam, cum cura vel sine cura, eiusdem Strigoniensis ac beate Marie Alberegalis . . . Vesprimiensis, . . . nec non de prepositura omnium sanctorum, dicte Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum, tunc certo modo vacantium, gratiose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum vigore presentium huiusmodi prepositure ecclesie Titulensis possessionem fueris assecutus, . . . huiusmodi concessionis gratie, quoad eandem prepositurarn ecclesie omnium sanctorum, nec non ad dignitates, vel personatus, seu officia huiusmodi dumtaxat, et quecunque inde secuta sint cassa es irrita nulliusque roboris vel momenti. . . . Datum Perusii quarto idus Decembris anno quarto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 1. Monumenta. 209.)

CCCL.

1393. Január 16.

IX. Bonifácz pápa Bogáthi András ó-budai kanonoknak a váradi prépostságot adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri archiepiscopo Barensi et dilectis filiis sancti Johannis Baptiste prope flumen Kyris et sancti Stephani de Zenthyog, Waradiensis diocesis, monasteriorum abbatibus salutem etc. Nobilitas generis, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással az esztergomi érseket, a veszprémi és a monopolisi püspököket megbízza.

dilectus filius Andreas Johannis de Bogath, canonicus et cantor ecclesie Budensis, Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque prepositura ecclesie Waradiensis, et vacare noscatur, nos volentes dicto Andree, qui, ut asserit, ex utroque parente de nobili genere procreatus existit, gratiam facere specialem, . . . mandamus, quatenus dictam preposituram, . . . eidem Andree, auctoritate nostra, conferre et assignare curetis. . . . Non obstantibus, . . . quod idem Andreas, ut asserit, canonicatum et prebendam, nec non cantoriam predicte ecclesie Budensis, . . . quorum fructus . . . viginti marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Andreas, quamprimum, . . . prepositurum eandem fuerit assecutus, cantoriam predictam omnino dimittere teneatur . . . Datum Perusii decimoseptimo kalendas Februarii anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 15. Monumenta. 210.)

CCCLI.

1393. Május 28.

IX. Bonifácz pápa Koronkai János veszprémi kanonok részére a veszprémi káptalanban magasabb méltóságot reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes itaque dilectum filium Johannem Ladislai de Koronka, canonicum ecclesie Vesprimiensis, qui, ut asserit, de nobili genere procreatus existit, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus officium sine cura duntaxat, dignitatem, vel personatum dicte ecclesie, cum vacaverint, . . . eidem, . . . conferendam, seu conferendum, donationi tue, auctoritate nostra, reserves. . . . Non obstantibus, . . . quod idem Johannes, ut asserit, in prefata canonicatum et prebendam ac in Ursiensi, Vesprimiensis diocesis, prepositurum obtinet et nos sibi nuper de canonicatu, sub expectatione prebende ac dignitatis, personatus, vel officii, cum cura vel sine, in Zagrabiensi ecclesiis gratiose concessimus provideri. Volumus autem, quod quamprimum idem Johannes dignitatem, aut personatus, vel officii cum cura predicte ecclesie Vesprimiensis possessionem fuerit assecutus, prepositurum, quam obtinet, dimittere teneatur. . . . Datum Perusii quinto kalendas Junii anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 276. Monumenta. 218.)

CCCLII.

1393. Augusztus 12.

A pápai kincstartó nyugtatványa a Maternus püspök részéről lefizetett díjakról.

Marinus miseracione divina sancte Marie nove diaconus cardinalis, domini pape camerarius, universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus per presentes, quod reverendus in Christo pater dominus Maternus episcopus Vesprimiensis pro parte partis sui communis servicii, in quo camere apostolice sub certis penis et sentenciis racione dicte sue ecclesie extitit efficaciter obligatus, nonaginta septem florenos auri de camera, solidos sex, denarios octo monete Romane nobis non facta divisione de minutis serviciis, sed soluto sacro collegio totidem die datarum presencium tempore debito per manus Doffi de Spinis et sociorum mercatorum Florentinensium solvere fecit realiter cum effectu. De quibus sic nobis datis et solutis dictum dominum Maternum episcopum, eiusque heredes et successores et dictam suam ecclesiam tenore presencium quitamus, absolvimus et eciam liberamus. Verum intellecta mole gravaminum pro parte dicti domini episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad solvendum id, in quo pro residuo dictorum serviciorum adhuc ipsi camere remanet efficaciter obligatus, reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa terminum faciende solucionis huiusmodi usque ad festum beatorum Petri et Pauli apostolorum proxime futurum prorogamus et de novo assignamus eidem, ita tamen, quod si in solucione huiusmodi defecerit, in termino sibi de novo constituto penis et sentenciis, quibus antea ligabatur, sit astrictus et eum in hiis scriptis declaramus astringi et relabi ipso facto. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Assisii, sub anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tercio, indictione prima, die duodecima mensis Augusti, pontificatus prefati sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii, divina providencia pape noni anno quarto.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, capsa 109. N. 38.)

CCCLIII.

1393. Augusztus 25.

IX. Bonifácz pápa Vilmos bácsi kanonok részére a veszprémvári prépostságot reserválja.

Bonifacius etc. Dilecto filio Guillelmo de Spyc, canonico Bachiensi, salutem etc. . . . Dudum siquidem dilecto filio Petro Egidii, Preposito ecclesie omnium sanctorum in castro Vesprimiensi, de custodia ecclesie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, tunc certo modo vacante . . . mandavimus provideri . . . Cum itaque propterea dicta prepositura in brevi vacare speretur, nos . . . prefatam preposituram, . . . cuius fructus . . . triginta marcharum argenti . . . annuum valorem . . . non excedunt, . . . conferendam tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . Non obstantibus, . . . quod, ut asseris, canonicatum et prebendam Bachiensis predicte nosceris obtinere, et quod nuper tibi de canonicatu et prebenda Bosnensis ecclesiarum, . . . extitit provisum . . . Datum Assisii octavo kalendas Septembris anno quarto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. — F. 8. Monumenta. 221.)

CCCLIV.

1393. Augusztus 28.

IX. Bonifácz pápa László őrsi plébános részére a veszprémvári prépostságot reserválja.

Bonifacius etc. Dilecto filio cantori ecclesie Strigoniensis salutem etc. . . . Dudum siquidem dilecto filio Petro Egidii, preposito ecclesie omnium sanctorum in castro Vesprimiensi, de custodia ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, tunc certo modo vacante . . . mandavimus provideri, volentes inter cetera, quod idem Petrus, quamprimum . . . prefatam custodiam fuerit pacifice assecutus, prefatam preposituram . . . dimittere teneatur . . . Cum itaque propterea predicta prepositura in brevi vacare speretur, nos volentes dilectum filium Ladislaum, rectorem parochialis ecclesie sancti Martini de Vrs, dicte diocesis, . . . consideratione . . . Sigismundi regis Ungarie illustris, pro dicto Ladislao dilecto suo . . . supplicantis, favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si . . . dictum

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a concordiai püspököt, a tihanyi apátot és a fehérvári prépostot megbízza.

Ladislaum . . . idoneum esse reppereris, . . . prefatam prepositurarn, cuius fructus . . . triginta marcharum argenti . . . annuum valorem . . . non excedunt, . . . eidem Ladislao . . . conferas . . . Non obstantibus . . . quod dictus Ladislaus, ut asseritur, canonicatum et prebendam ecclesie sancti Petri Veteribudensis predicte diocesis ac prebendam etiam, quorum fructus . . . vigintiquinque marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod idem Ladislaus quamprimum . . . prepositurarn eandem fuerit assecutus, parochialem ecclesiam . . . omnino dimittere teneatur. . . . Datum Assisii quinto kalendas Septembris pontificatus nostri anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. — F. 62. Monumenta. 222.)

CCCLV.

1393. Szeptember 21.

IX. Bonifácz pápa János veszprémi kanonoknak az ozdi főesperességet az erdélyi káptalanban adományozza.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus Tudensi et Waradiensi episcopis ac dilecto filio thesaurario ecclesie Transilvane salutem etc. Vite ec morum honestas, . . . super quibus dilectus filius Johannes Johannis Egner canonicus Vesprimiensis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Johannis petitio continebat, quod olim archidiaconatu de Ozd in ecclesia Transilvana, quem quondam Ladislaus Petri de Wylak, Archidiaconus de Ozd, in eadem ecclesia, . . . obtinebat, per eius obitum, . . . vacante, . . . Demetrius episcopus Transilvanus archidiaconatum predictum Johanni prefato, auctoritate ordinaria, contulit . . . Cum autem, . . . dictus Johannes dubitet collationem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, . . . mandamus, quatenus archidiaconatum predictum, . . . eidem Johanni, auctoritate nostra, conferre et assignare curetis. Non obstantibus, . . . quod idem Johannes, ut asserit, canonicatum et prebendam Vesprimiensis, quorum fructus . . . quadraginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, obtinet, et insuper sibi de canonicatu, sub expectatione prebende, Constantiensis, nec non de beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine, ad collationem provisionem, presentationem, seu quamquis aliam dispositionem episcopi Vesprimiensis et capituli singulorumque canonicorum predictorum Vesprimiensium ecclesiarum . . . pertinente, vacante, vel vacaturo, gratiose concessimus provideri. Volumus autem, quod, quamprimum dictus Johannes dicti archidiaconatus possessionem fuerit assecutus, prefata concessionis gratia de huiusmodi beneficio per nos sibi facta, . . . sint cassa et irrita

nulliusque roboris vel momenti. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum undecimo kalendas Octobris anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 138. Monumenta. 224.)

CCCLVI.

1393. November 3.

IX. Bonifácz pápa a budavári plébániatemplom egyik oltárának búcsut engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut altare sanctorum trium regum, Marie Magdalene, Elisabeth et Helene, situm in parochiali ecclesia sancte Marie Budensis, Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad illud, et ad eius conservationem manus promptius porrigant adiutrices, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo eiusdem sancte Marie Magdalene, predictum altare devote visitaverint annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Novembris anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 222. Monumenta 232.)

CCCLVII.

1393. November 3.

IX. Bonifácz pápa az örményesi pálos-kolostor templomának búcsut engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia beate Marie Virginis domus sancti Pauli primi heremite de Eurmenent, ordinis sancti Augustini, Vesprimiensis diocesis, que, ut asseritur, per dilectum filium nobilem virum Nicolaum de Canysa de novo canonice fundata et sufficienter dotata extitit, congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis domini nostri Jesu Christi ac penthecostes, nec non in nativitatis, annunciationis, purificationis et assumptionis eiusdem beate Marie Virginis et nativitatis sancti Johannis baptiste et dictorum apostolorum Petri et Pauli et dicte ecclesie dedicationis festivitatibus, nec non celebritate omnium sanctorum ac predictarum

nativitatis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis et corporis domini ac nativitatis et assumptionis beate Marie et nativitatis S. Johannis Baptiste ac beatorum Petri et Pauli apostolorum predictorum festivitatum octavas, et per sex dies dictum festum penthecostes immediate sequentes, eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim, singulis videlicet festivitatum et celebritatis quinque annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam, . . . seu alias aliqua alia indulgentia . . . per nos concessa fuerit, presentes litere nullius existant roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Novembris anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 238. Monumenta 232.)

CCCLVIII.

1393. November 7.

IX. Bonifácz Kanizsai Miklóst fogadalmától fölmentvén, felhatalmazza, hogy másodízben házasságra léphessen.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem dilectus filius nobilis vir Nicolaus Johannis de Kanitza, miles tue diocesis, ad nos et Romanam gerit ecclesiam, promeretur, ut votis suis, . . . favorabiliter annuamus. Sane petitio, pro parte dicti Nicolai nobis nuper exhibita, continebat, quod dudum ipse, quondam Catherina uxore sua ab hac luce subtracta, matrimonium cum alia muliere non contrahere vovit, quodque, quia genus suum personarum numero postmodum est diminutum, huiusmodi non obstante voto, ad secunda vota transire desiderat. . . . Nos igitur fraternitati . . . mandamus, quatenus, si est ita, hac vice duntaxat votum huiusmodi eidem militi, auctoritate nostra, commutes in alia opera pietatis, . . . Datum Rome apud sanctum Petrum septimo idus Novembris anno quarto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus IV. Lib. II. f. 149. Monumenta. 233.)

CCCLIX.

1393. Május.

IX. Bonifácz pápa Balásfi András veszprémi clericus részére erdélyi kanonokságo reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Vite et morum honestas, . . . quibus apud nos dilectus filius Andreas Blasii de Albere (?), clericus Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur . . . nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum . . . dilectus filius Jacobus Andree, canonicus ecclesie Transsilvane, — — resignare — — mandamus, — — si eam, libere et sponte facere voluerit — recipias et admittas — eosdem canonicatum et prebèndam, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . annuum valorem . . . non excedunt, cum per huiusmodi resignationem vacare — Datum Perusii — anno quarto.

(Csonkán. Regesta Datariæ Bonifacii IX. Lib. — f. 60. Monumenta. 234.)

CCCLX.

1393. November 13.

IX. Bonifácz pápa Pálfi Mihálynak pécsi kanonokságot adományozván, említi, hogy részére korábban fehérvári kanonokságot reservált.

Bonifacius etc. Dilecto filio Michaeli Pauli, canonico ecclesie Quinqueecclesiensis, salutem etc. . . . Canonicatum ecclesie Quinqueecclesiensis . . . tibi conferimus. Non obstantibus, . . . quod nuper tibi, ut asseris, de canonicatu sub expectacione prebende ecclesie beate Marie Virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . gratiosa concessimus providere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum idus Novembris anno quinto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus V. Lib. XLIX. f. 19. Monumenta. 237.)

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással a todi és veszprémi püspököket, az iregi préposttal, megbízza.

CCCLXI.

1393. Deczember 11.

IX. Bonifácz pápa a veszprémvölgyi apáczakolostor kiváltságait megerősíti.

Bonifacius etc. . . . Dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii beate Marie de valle Vesprimiensi, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, . . . vobis et vestro monasterii concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum, a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus, rationabiliter vobis et monasterio vestro predicto indultas, . . . confirmamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio idus Decembris pontificatus nostri anno quinto.

(Eredetije az országos levéltárban. — FEJÉR. X. 11. 199. Monumenta. 238.)

CCCLXII.

1393. Deczember 23.

IX. Bonifácz pápa Péter zseliczi apátot bakonybéli apáttá nevezi ki.

Bonifacius etc. Dilecto filio Petro, abbati Monasterii sancti Mauritii de Beel, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Dudum siquidem quondam Paulo abbate monasterii sancti Mauritii de Beel, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, regimini ipsius monasterii presidente, nos . . . provisionem ipsius monasterii ordinationi et dispositioni nostre ea vice reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis . . . contigerit attemptari. Postmodum vero monasterio predicto per ipsius Pauli abbatis obitum, . . . abbatis regimine destituto, . . . ad te, abbatem monasterii sancti Jacobi de Silizio, ordinis et diocesis predictorum, . . . direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua . . . eidem monasterio sancti Mauritii . . . providemus, teque illi preficimus in abbatem . . . Volumus autem, quod, antequam possessionem administrationis bonorum dicti monasterii sancti Mauritii recipias, in manibus venerabilium fratrum nostrum archiepiscopi Strigoniensis et episcopi Waciensis fidelitatis debite prestes iuramentum, . . . quodque in eodem monasterio

sancti Mauritii solitus monachorum et ministrorum numerus nullatenus minuatur... Datum Rome apud sanctum Petrum decimo kalendas Januarii anno quinto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus V. Lib. XLV. f. 79. Monumenta. 239.)

CCCLXIII.

1394. Január 5.

IX. Bonifácz pápa János veszprémi kanonoknak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Tichonio, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Johannes Nicolai eiusdem ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, . . . vacaverint et vacent ad presens, nos volentes dilectum filium Johannem Ladislai, canonicum Vesprimiensem, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem prefatum Johannem Ladislai ad hoc ydoneum esse reppereris, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum, ut ipse Johannes Ladislai asserit, non excedunt, . . . eidem Johanni Ladislai, auctoritate nostra, conferas et assignes . . . Non obstantibus, . . . quod idem Johannes Ladislai, ut asserit, canonicatum et prebendam Vesprimiensis ac prepositurarn beate Marie Magdalene Wrsiensis,[2] dicte diocesis, quorum omnium octuaginta, obtinet, nec non super canonicatu et prebenda Zagrabiensis, quorum sexaginta florenorum auri fructus . . . valorem annuum non excedunt, in palatio apostolico litigat, et nos dudum sibi de ipsarum Vesprimiensis et Zagrabiensis ecclesiarum dignitatibus, personatibus, vel officiis vacantibus, vel vacaturis gratiose concessimus provideri. Volumus autem, quod idem Johannes Ladislai, quamprimum vigore presentium prefatos canonicatum et prebendam ecclesie beate Marie Alberegalis fuerit pacifice assecutus, dictam prepositurarn, . . . prout ad id se sponte obtulit, dimittere teneatur . . . Datum Rome apud sanctum Petrum nonis Januarii anno quinto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus V. Lib. IV. f. 133. t. Monumenta. 241.)

---

[1] Ugyanazon napon a bakonybéli kolostorhoz és a veszprémi püspökhöz szokásos értesitő íratokat intéz.

[2] Örsi prépostság.

CCCLXIV.

1394. Január 5.

IX. Bonifácz pápa Fehérvári Andrásnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Andree Blasii de Albaregali, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Cum . . . canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Johannes Nicolai Sartoris ipsius ecclesie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Johannis obitum, qui predictorum fructuum et proventuum in civitate et diocesi Vespriminensi, predicte camere debitorum, succollector existens, extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacaverint et vacent ad presens, . . . nos volentes tibi, qui presbyter es, . . . gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum, ut asseris, non excedunt, . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Non obstantibus, . . . quod dudum tibi, ut asseris, de canonicatu et prebenda ecclesie Alberegalis, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, tunc certo modo vacantibus, gratiose concessimus provideri . . . Datum Rome apud sanctum Petrum nonis Januaris anno quinto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus V. Lib. IV. f. 149. t. Monumenta. 242.)

CCCLXV.

1394. Május 25.

IX. Bonifácz pápa Gurin Miklós prágai kanonoknak a budai főesperességet adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri patriarche Gradensi et dilectis filiis sancti Petri de Veteribuda ac sancti Georgii de Viridicampo, Vesprimiensis et Strigoniensis diocesis, prepositis ecclesiarum salutem etc. Litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius Nicolaus dictus Gurin, canonicus ecclesie sancti Petri Wissegradensis, Pragensis diocesis, magister in artibus, fidedigno commendatur testimonio,

[1] Ugyanezen napon a végrehajtással a todi püspököt, az ó-budai prépostot és éneklő-kanonokot megbízza.

nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, archidiaconatus Budensis in ecclesia Vesprimiensi, quam quondam Przivislaus, dictus Con, archidiaconus Budensis . . . obtinebat, per ipsius Przivislai obitum, . . . vacaverit et vacet ad presens, nos volentes eidem Nicolao, qui presbyter est . . . gratiam facere specialem, . . . mandamus, quatenus . . . dictum archidiaconatum, qui curatus et dignitas, non tamen maior post pontificalem, in dicta eeclesia Vesprimiensi existit, cuiusque fructus . . . trigintaquinque marcharum argenti puri . . . valorem annuum, ut ipse Nicolaus asserit, non excedunt, . . . auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum octavo kalendas Junii anno quinto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus V. Lib. IV. f. 64. t.)

CCCLXVI.

1394. Június 21.

IX. Bonifácz pápa a veszprémi püspököt megbízza, hogy az esztergomi Szent István társas káptalan alapítását, bizonyos föltételek alatt, a szentszék nevében erősítse meg.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Johannis Archiepiscopi Strigoniensis petitio continebat, quod olim ipse, . . . sancti Stephani prothomartyris in castro Strigoniensi . . . capellam in collegiatam ecclesiam auctoritate ordinaria erexit, ipsasque prepositurarn et canonicatus ac prebendas de quibusdam ad mensam suam Archiepiscopalem Strigoniensem ac nonnullis ad eum sue persone ratione et certis aliis ad nonnullas parochiales ecclesias, in diocesi Strigoniensi consistentes legitime pertinentibus decimis et bonis sufficienter dotavit, . . . Quare pro parte dicti archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectioni, dotationi, . . . necnon per eum circa premissa statutis et ordinatis, . . . robur apostolice confirmationis adiicere . . . dignaremur. Nos igitur, . . . fraternitate tue, . . . mandamus, quatenus, si prefatus Archiepiscopus infra annum tantum de bonis suis propriis, quantum de iisdem mense bonis, sive decimis ad eam pertinentibus pro dictorum prepositi et canonicorum et prebendarum dote, ut premittitur, assignavit, prefate mense restituere voluerit, et cum effectu restituet, erectionem, dotationem, unionem, . . . necnon ordinationes et statuta predicta, . . . authoritate nostra confirmes . . . Datum Rome apud sanctum Petrum undecimo kalendas Julii pontificatus nostri anno quinto.

(Eredetije az esztergomi primási levéltárban. — Fejér. X. II. 196 Monumenta. 261.)

CCCLXVII.

1395. Január 18.

IX. Bonifácz pápa Lukács ó-budai prépostot fölhatalmazza, hogy a mikor Rómában vagy a királyi udvarnál időzik, javadalmai jövedelmeit élvezhesse.

Bonifacius etc. Dilecto filio Luce Demetrii preposito ecclesie sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut in Romana curia aut nostris et Romane ecclesie, seu . . . Sigismundi regis vel . . . Marie, regine Ungarie, illustrium servitiis insistendo, aut in aliquo beneficiorum tuorum ecclesiasticorum, que nunc in quibusvis ecclesiis sive locis obtines, et in futurum obtinebis, residendo, fructus, redditus et proventus prepositure ecclesie sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, et aliorum quorumcumque beneficiorum tuorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, que ad presens obtines et in posterum obtinebis, . . . quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, libere percipere valeas . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas februarii anno sexto.[1]

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus VI. Lib. LIII. f. 222. t. Monumenta. 288.)

CCCLXVIII.

1395. Márczius 2.

IX. Bonifácz a fehérvári szent Miklós-prépostság ügyében hosszú időn át folyt pernek véget vetvén, a prépostságot Vörös Jakab erdélyi kanonoknak adományozza.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Paulo de Dugnano, capellano nostro, et causarum palatii apostolici auditori, salutem etc. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia, super quibus apud nos dilectus filius Jacobus dictus Rufus canonicus Transilvanus fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Olim siquidem pro parte dicti Jacobi nobis exposito, quod orta dudum inter ipsum et dilectum filium Mathiam Petri de Albis, qui se gerit pro canonico ecclesie beate Marie Virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, super perpetuum prioratum sive magistratum nuncupatum, ecclesie sancti Nicolai

[1] Ugyanazon napon a végrehajtással az aqui püspököt, a mogyoródi és dömösi prépostokat megbízza.

extra muros Alberegalis, dicte diocesis, quam tunc per liberam resignationem dilecti filii Martini Pauli, tunc ipsius ecclesie perpetui rectoris, sive magistri nuncupati, per eum de illa in manibus bone memorie Demetrii . . . cardinalis, tunc in partibus illis apostolice sedis legati, . . . factam, et per eundem cardinalem . . . admissam, vacantem, Jacobus sibi predicta auctoritate collatam, sibique de illa provisum seque illam assecutum fuisse canonice; dictumque Mathiam . . . impedivisse et impedire ac fecisse et facere, quominus ipse Jacobus eandem prepositurам posset pacifice possidere, Mathias vero predictus eandem prepositurам ad se de iure spectare asseruerant, prout nunc etiam asserunt, materia questonis; et causa huiusmodi ad sedem predictam legitime introducta; nos causam huiuismodi . . . quondam Bucio de Rissis, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, primo, et demum postquam idem auditor ad nonnullos actus in causa huiusmodi, citra tamen conclusionem, inter partes ipsas processerat, dilecto filio magistro Brande de Castellione, capellano nostro et auditori causarum dicti palatii, ex certis causis audiendam commiseramus fine debito terminandam; quodque a nonnullis asserebatur neutri dictorum Jacobi et Mathie in dicta prepositura seu ad eam ius competere, nos prefato Brande auditori per nostras dedimus literas in mandatis, ut, si per eventum litis huiusmodi sibi constaret, neutrum dictorum Jacobi et Mathie in eadem prepositura seu ad eam ius habere, prepositurам ipsam, . . . ex eisdem Jacobo et Mathia, quem per diligentem examinationem ad obtinendam dictam prepositurам idoneum et sufficientiorem esse reperiret, auctoritate nostra conferret et assignaret; et subsequenter, tacito de literis predictis, pro parte ipsius Mathie nobis significato, quod dictus Branda auditor in causa huiusmodi procedens, diffinitivam, per quam inter cetera prepositurам ipsam Mathie adiudicaverat, et super ea Jacobo prefato perpetuum silentium imposuerat, sententiam promulgaverat, et ab ea pro parte dicti Jacobi ad sedem prefatam appellato, nos causam appellationis huiusmodi tibi commiseramus audiendam et fine debito terminandam, tuque ad nonnullos actus in causa huiusmodi, citra tamen conclusionem inter partes ipsas processeras, quodque a quibusdam asserebatur adhuc neutri dictorum Mathie et Jacobi in eadem prepositura seu ad eam ius competere, nos tibi per alias nostras literas dedimus in mandatis ut, si per eventum litis huiusmodi tibi constaret neutrum ipsorum Mathie et Jacobi in dicta prepositura seu ad eam ius habere, prepositurам ipsam eidem Mathie conferres et provideres etiam, de eadem, prout in dictis literis plenius continetur; tuque postmodum, . . . ad nonnullos alios actus in causa huiusmodi inter partes ipsas diceris processisse; cum autem, . . . adhuc a nonnullis asseratur, neutrum dictorum Jacobi et Mathie in ipsa prepositura seu ad eam ius habere, nos statum cause huiusmodi habentes presentibus pro expresso, dictoque Jacobo . . . specialem gratiam facere volentes, . . . mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit neutri Jacobi et Mathie prefatorum in dicta prepositura seu ad eam ius competere, prepositurам ipsam, cuius fructus . . .

centum et vigintiquinque marcharum argenti puri . . . valorem annuum, ut ipse Jacobus asserit, non excedunt, . . . eidem Jacobo . . . conferas. Non obstantibus, quod idem Jacobus, ut asserit, in Transilvana et in beate Marie Alberegalis predicta canonicatus et prebendas obtinet, et super altari sine cura sancte trinitatis sito in eadem beate Marie ecclesiis, quorum omnium fructus . . . quinquaginta marcharum argenti puri valorem annuum non excedunt, in dicto palatio noscitur litigare . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto nonas Martii pontificatus nostri anno sexto.

(Regesta Datariæ Bonifacii IX. Annus VI. Lib. III. f. 53. Monumenta 289.)

CCCLXIX.

1395. Márczius 18.

IX. Bonifácz pápa Móriczfi Móriczнak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Tudensi et dilectis filiis Omnium Sanctorum de castro Vesprimiensi ac sancti Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum prepositis, salutem etc. Vite ac morum honestas . . . super quibus apud nos dilectus filius Mauritius Mauritii, rector altaris beati Michaelis archangeli, siti in ecclesia Waradiensi, fidedigno commendatur testimonio nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Mauritii petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Michael Parvus, ipsius ecclesie beate Marie canonicus, dum viveret, obtinebat, per ipsius Michaelis obitum, qui extra Romanam curiam decessit, vacantibus, dilectus filius Johannes Zudor, prepositus dicte ecclesie beate Marie, . . . dictos canonicatum et prebendam sic vacantes eidem Mauritio auctoritate ordinaria contulit et . . . dictus Mauritius canonicatum et prebendam huiusmodi . . . tenuit et possedit per plures annos, prout tenet et possidet pacifice et quiete. Cum autem, . . . prefatus Mauritius dubitet collationem et provisionem predictas certis ex causis viribus non subsistere, . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum, ut ipse Mauritius asserit, non excedunt, . . . dicto Mauritio auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus, quod . . . prefatus Mauritius, ut asserit, altare predictum, cuius viginti, obtinet, et super canonicatu et prebenda dicte ecclesie Waradiensis, quorum sexaginta florenorum auri fructus . . . valorem annuum non excedunt, in palatio apostolico noscitur litigare . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas Aprilis anno sexto.

(Regesta Datariæ. Anni VI. Liber III. f. 11. — Monumenta 293.)

CCCLXX.

1395. April 3.

A Demeter veszprémi püspök részéről bulláiért a szent-széknek fizetendő díjak tárgyában kiállított nyilatkozat.

Anno nativitatis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo nonagesimo quinto . . . die vero Sabbati, tercia mensis Aprilis, dominus Petrus Gregorii prepositus ecclesie sancti Georgii de viridi campo Strigoniensis diocesis et dominus Procopius de Praga, tamquam principales et private persone obligarunt se et . . . promiserunt camere et collegio pro communi servitio reverendi patris domini Demetrii episcopi Vesprimiensis noningentos florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini Materni predecessoris sui quadringentos viginti novem florenos similes, solidos triginta novem, denarios duos monete Romane et quinque servitia consueta, pro rata XVIII. cardinalium.

(A vatikáni levéltárban. Obligationes Collegii. Volum. 590. fol. 155. t.)

CCCLXXI.

1395. April 30.

IX. Bonifácz pápa Mindenszentek kápolnájának Fehérvárt búcsút engedélyez.

Bonifacius etc. . . . Cupientes igitur, ut capella Omnium Sanctorum in oppido Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quam dilectus filius Georgius Jacobi, laicus dicte diocesis, . . . de bonis sibi a deo collatis fundari canonice fecit et dotari, congruis honoribus frequentetur omnibus vere penitentibus et confessis, qui in celebritate Omnium Sanctorum predictorum dictam capellam devote visitaverint annuatim et ad ipsius conservationem manus porrexerint adiutrices tres annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum secundo kalendas Maii anno sexto.

(Regesta Datariæ. Anni VI. Liber III. fol. 231. t. Monumenta. 295.)

MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

CCCLXXII.

1395. Október 6.

IX. Bonifácz pápa Lukács csanádi püspöknek megengedi, hogy az ó-budai prépostságot és az ó-budai főiskola kancellárságát megtarthassa.

Bonifacius etc. Dilecto filio Luce, electo Cenadiensi, salutem . . . Hodie siquidem ecclesie Cenadiensi, pastore carente, de persona tua . . . duximus providendum, preficiendo te illi in episcopum et pastorem, . . . Volentes eandem personam tuam favore prosequi gratioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut preposituram ecclesie sancti Petri de Veteri Buda, Vesprimiensis diocesis, que dignitas unica et principalis in dicta ecclesia sancti Petri existit, et ad quam consveverit quis per electionem assumi, quam obtines, . . . quoad vixeris, unacum predicta Cenadiensi vel alia ecclesia, ad quam te forsan transferri contigerit, . . . retinere . . . et officium cancellarie studii dicti oppidi Veteris Bude exercere licite valeas, non obstantibus, quod in aliqua facultate doctor non existas, ac Lateranensis concilii et aliis constitutionibus . . . indulgemus; provisuro, quod prepositura ipsa debitis non fraudetur obsequiis, et animarum cura in ea nullatenus negligatur . . . Datum Rome apud sanctum Petrum secundo nonas Octobris anno sexto.

(Fejér. X. VIII. 315. — Monumenta III. 301.)

CCCLXXIII.

1395. Decžember 29.

IX. Bonifácz Péterfi Miklósnak a fehérvári káptalanban kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie Strigoniensis salutem etc. . . . Volentes . . . Michaelem Petri, clericum Quinqueecclesiensis diocesis, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus . . . ei de canonicatu sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . provideas . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto kalendas Januarii anno septimo.

(Regesta Datariæ. Anni VII. Lib. LXI. f. 35. — Monumenta. III. 308.)

CCCLXXIV.

1396. Január 18.

IX. Bonifácz pápa Andrásfi Jakabnak a fehérvári káptalanban kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio Andree Blasii, canonico Transilvano, salutem etc. . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Jacobi Andree dicti Ruffi, presbiteri Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, dicte diocesis, per liberam resignationem dilecti filii Martini Pauli, tunc canonici ipsius ecclesie per eum de illis in manibus bone memorie Demetrii, tituli sanctorum Quatuor Coronatorum presbiteri cardinalis, tunc in partibus illis apostolice sedis legati ac administratoris ecclesie Vesprimiensis factam . . . vacantibus, dilectus filius Johannes prepositus eiusdem ecclesie, eosdem canonicatum et prebendam sic vacantes prefato Jacobo auctoritate ordinaria contulit, . . . Cum autem . . . prefatus Jacobus dubitet, collationem et provisionem predictas . . . viribus non subsistere, mandamus, quatenus, si per diligentem examinationem ipsum Jacobum ad hoc ydoneum esse reppereris, . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . septuaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Jacobo . . . conferre et assignare procures . . . Non obstantibus, . . . quod idem Jacobus, ut asserit, super prepositura, lectoratu, seu magistratu nuncupata, ecclesie sancti Nicolai extra muros Alberegalis, eiusdem diocesis, et super altari sancte Trinitatis, sito in dicta ecclesia beate Marie, quod sine cura est, et quorum fructus . . . centum et vigintiquinque marcharum argenti puri . . . valorem annuum non excedunt, in palatio apostolico noscitur litigare . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas Februarii anno septimo.

(Regesta Datariæ. Anni VII. Liber VII. f. 179. — Monumenta. III. 309.)

CCCLXXV.

1396. Márczius 27.

IX. Bonifácz pápa Egyed szentmártoni szerzetest visegrádi apáttá nevezi ki.

Bonifacius etc. Dilecto filio Egidio, abbati monasterii sancti Andree Vissegradensis, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. . . . Dudum quondam Tederico abbate monasterii sancti Andree Vissegradensis, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, regimini ipsius monasterii presidente, nos provi-

sionem eiusdem monasterii ordinationi nostre duximus ea vice specialiter reservandam . . . Postmodum vero prefato monasterio per eiusdem Tederici abbatis obitum, abbatis regimine destituto, nos ad te custodem monasterii sancti Martini de Sacromonte Pannonie, . . . ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio constitutum, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua, . . . eidem monasterio sancti Andree . . . providemus, teque illi preficimus in abbatem . . . Datum Rome apud sanctum petrum sexto kalendas Aprilis anno septimo.

(Regesta Datariæ. Anni VII. Lib. LXII. f. 57. — Monumenta. III. 314.)

CCCLXXVI.

1396. April 12.

IX. Bonifácz pápa Pál jeroslavi püspököt a somogyvári apátság kormányzójává nevezi ki.

Bonifacius etc. Dilecto filio Paulo electo Jeroslaviensi ac monasterii sancti Egidii de Simigio, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, in spiritualibus et temporalibus administratori per sedem apostolicam deputato, salutem etc. . . . Cum itaque monasterium sancti Egidii de Simigio, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, ex eo sit abbatis regimine destitutum, quod nos hodie de persona tua, ecclesie Jerosolviensi . . . duximus providendum, . . . attendentes, quod fructus, redditus et proventus ad mensam tuam episcopalem Jeroslaviensem spectantes adeo sunt exiles, quod ex eis statum tuum, iuxta meritorum tuorum et episcopalis dignitatis condecentiam, commode tenere non valeas, et quod tu eidem monasterio, . . . in spiritualibus et temporalibus esse poteris multipliciter fructuosus; motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, . . . prefatum monasterium . . . tibi per te, quoad vixeris, et eidem ecclesie prefueris, unacum dicta ecclesia tenendum, . . . commendamus, curam, regimen et administrationem ipsius Monasterii tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committentes; ita, quod debitis et consuetis ipsius monasterii oneribus supportatis, liceat tibi de residuis fructibus, redditibus et proventibus ad ipsum monasterium spectantibus, huiusmodi commenda durante, libere disponere et ordinare, sicut veri abbates ipsius Monasterii, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere et ordinare consueverunt, potuerunt et debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium ipsius monasterii tibi penitus interdicta. Volumus autem, quod propter commendam huiusmodi cultus divinus ac monachorum et aliorum ministrorum numerus in eodem monasterio nullatenus minuatur. Datum Rome apud sanctum Petrum secundo idus Aprilis anno septimo.

(Regesta Datariæ. Anni VII. Lib. LXII. f. 71. — Monumenta. III. 317.)

CCCLXXVII.

1396. Junius 6.

IX. Bonifácz pápa Györgyi János részére a veszprémi egyházmegyében javadalmat reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio Johanni Georgii clerico, Quinqueecclesiensis diocesis, salutem etc. . . . Volentes tibi . . . gratiam facere specialem, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedant, ad collationem . . . episcopi Vesprimiensis et . . . prepositi, decani, scolastici singulorumque canonicorum ecclesie Vesprimiensis pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, quod tu infra unius mensis spatium, postquam vacatio illius innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome apud sanctum Petrum octavo idus Junii anno septimo.

(Regesta Datariæ. Anni VII. Liber LXII. f. 242. — Monumenta. III. 324.)

CCCLXXVIII.

1396. Deczember 3.

IX. Bonifácz pápa Jánosfi János részére a veszprémi püspök és káptalan adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio Johanni Johannis, presbytero Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, ad collationem . . . episcopi Vesprimiensis et . . . capituli singulorumque canonicorum . . . pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non fuerit . . . conferendum tibi . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Decembris anno octavo.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. Lib. LXVII. f. 269. — Monumenta. IV. 6.)

CCCLXXIX.

1397. Február 2.

IX. Bonifácz pápa Péterfi Miklós részére a veszprémi egyházmegyében javadalmat reservál.

Bonifacius . . . Dilecto filio Nicolao Petri, presbytero Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, cuius fructus . . . si cum cura, vigintiquinque, si vero sine cura fuerit, decem et octo marcharum argenti valorem annuum non excedunt, ad . . . episcopi Vesprimiensis et . . . prepositi, decani et capituli Vesprimiensis et dilectorum filiorum capituli beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum collationem . . . pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie catheralis non fuerit . . . conferendum tibi . . . donationi apostolice reservamus. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto nonas Februarii anno octavo.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. Lib. II. f. 212. — Monumenta. IV. 7.)

CCCLXXX.

1397. Február 13.

IX. Bonifácz pápa egy veszprémmegyei özvegyet Clare, (relicte quondam Jacobi dicti Jud de Buda laici vidue, Vesprimiensis diocesis) abban a kegyelemben részesíti, hogy őt gyóntatója egy ízben az általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. — Monumenta. IV. 8.)

CCCLXXXI.

1397. April 1.

IX. Bonifácz pápa «Ladislao dicto Kerezthes, fratri hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, domus sancti Stephani Regis de Alberegali, Vesprimiensis diocesis» azon kegyelmet engedélyezi, hogy gyóntatója egy ízben általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. — Monumenta. IV. 11.)

CCCLXXXII.

1397. *April 13.*

IX. Bonifácz pápa Jánosfi Lőrinczнek veszprémi kanonokságot adományoz.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Tudensi et dilectis filiis Vesprimiensis ac beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum prepositis salutem . . . Cum . . . canonicatus et prebenda ecclesie Vesprimiensis, quos quondam Stephanus dictus Bullatus, ipsius ecclesie canonicus, . . . obtinebat, per ipsius Stephani obitum . . . vacaverint ad presens, nos volentes Laurentio (Johannis clerico Vesprimiensis diocesis) . . . gratiam facere specialem, . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Laurentio . . . assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum idibus Aprilis anno octavo.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. Lib. f. 119. — Monumenta. IV. 12.)

CCCLXXXIII.

1397. *Május 25.*

IX. Bonifácz pápa «nobili viro Nicolao de Canisa, militi Vesprimiensis diocesis» azt a kegyelmet engedélyezi, hogy gyóntatója őt egy ízben általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. — Monumenta IV. 17.)

CCCLXXXIV.

1397. *Junius 1.*

IX. Bonifácz pápa Kajári Antal részére a veszprémi egyházmegyében javadalmat reservál.

Bonifacius . . . Dilecto filio Anthonio Brictii de Kayar, clerico Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, ad collationem . . . venerabilis fratris nostri . . . episcopi Vesprimiensis et dilectorum filiorum prepositi . . . decani . . . scolastici . . . lectoris et capituli singulorumque

canonicorum et personarum ecclesie Vesprimiensis pertinens, dummodo canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis non existat, . . . conferendum tibi donationi apostolice reservamus. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Junii pontificatus nostri anno octavo.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. Lib. LXVII. f. 295. — Monumenta. IV. 17.)

CCCLXXXV.

1397. Szeptember 28.

IX. Bonifácz pápa «nobili viro Nicolao Stephani de Marzali, comiti de Temesvar, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Katkawe eius uxori, Vesprimiensis diocesis» azt a kegyelmet engedélyezi, hogy őket gyóntatójuk általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni VIII. — Monumenta. IV. 30.)

CCCLXXXVI.

1397. Október 1.

IX. Bonifácz pápa rendelkezik, hogy Szerémi János a részére adományozott fehérvári kanonokság birtokába bevezettessék.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Tudensi et dilectis filiis Omnium Sanctorum in castro Vesprimiensi ac sancti Nicolai extra muros Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum prepositis salutem . . . Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Johannis Demetrii de Syrimio, canonici ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod, dudum ipse in causa per eum contra dilectum filium Stephanum Blasii, qui se gerit pro clerico Quinqueecclesiensis diocesis, super canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie, quos, tunc certo modo vacantes, idem Johannes, auctoritate quarundam litterarum acceptaverat, et de illis sibi canonice provisum fuerat, et quos prefatus Stephanus detinebat indebite occupatos, et eundem Johannem contra iustitiam impediverat, quominus ipse dictos canonicatum et prebendam pacifice assequi posset, mota, et coram certo auditore causarum palatii apostolici, ex commissione apostolica, diutius ventilata, diffinitivam, per quam inter cetera predicti canonicatus et prebenda Johanni adiudicati . . . ipseque Stephanus in fructibus per eum ex dictis canonicatu et prebenda a tempore mote litis citra perceptis, et in expensis in huiusmodi causa legitime

factis condemnatus extiterit, sententiam reportavit, et super executione sententie . nostras ad vos . . . literas impetravit. Cum autem . . . lite huiusmodi adhuc indecisa pendente, dilectus filius Paulus Besculv de Zereth, qui se gerit pro clerico Vesprimiensis diocesis, in dictis canonicatu et prebenda se intruserit, . . . ipseque Johannes dubitet, ne aliqui alii in ipsis canonicatu et prebenda se iam forsan intruserint, vel imposterum se intrudant, . . . mandamus, quatenus . . . in huiusmodi executionis negotio tam contra eundem Stephanum, quam contra quoscunque alios in dictis canonicatu et prebenda iam forsan intrusos vel imposterum intrudendos, quoad possessionem duntaxat eorundem canonicatus et prebende ipsi Johanni tradendam, perinde procedatis ac si sententia ipsa contra eos lata fuisset. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Octobris anno octavo.

(Regesta Datariæ. Anni VIII Lib. 1497. f. 86. — Monumenta. IV. 31.)

CCCLXXXVII.

1398. Márczius 22.

IX. Bonifácz pápa Fehérvári Antimiust és nejét az egyházi kiközösítés alól, melylyel sújtva voltak, feloldozza.

Bonifacius . . . Dilecto filio abbati monasterii de Tichonio, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita . . . nobis . . . pro parte Antimi Johannis de Alberegali, laici, et Clare, eius uxoris, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod, licet olim ipsi matrimonium insimul contraxissent per verba legitime de presenti, illudque carnali copula consumassent, tamen postmodum quondam Georgius Petri, etiam de Alberegali, laicus, tunc in humanis agens, falso asserens, quod ipse Georgius prius quam prefatus Antimus cum dicta Clara matrimonium per similia verba contraxerat, eosque Antimum et Claram super hoc . . . coram . . . Antonio, episcopo Sibinicensi, . . . Johannis, archiepiscopi Strigoniensis, cum archiepiscopus Strigoniensis pro tempore existens in provincia Strigoniensi, de qua civitas Vesprimiensis et dicta diocesis sunt, legatus natus existat, in spiritualibus vicario ac curie dicti archiepiscopi causarum auditore generali, huiusmodi legationis pretextu, traxit in causam, idemque episcopus perperam in huiusmodi causa procedens diffinitivam, per quam inter cetera dictam Claram prefato Georgio in uxorem legitimam adiudicavit, sententiam promulgavit et licet pro parte dictorum Antimi et Clare ab huiusmodi sententia fuisset ad sedem apostolicam appellatum, tamen quia prefati Antimus Johannis et Clara, velut ydiote et simplicitate agentes, non fuerunt huiusmodi appellationem eorum infra certum terminum, eis super hoc a dicto episcopo peremptorie prefixum et alias infra tempus legitimum, prosecuti,

prefatus episcopus asserens, appellationem huiusmodi fore desertam, eandem Claram nonnulis mobilibus et immobilibus bonis, tunc expressis ad eius dotem spectantibus, contra iustitiam spoliavit, ipsaque bona prefato Georgio assignari mandavit et fecit, ac nichilominus prefatus episcopus pretendens, quod dicti Antimus Johannis et Clara huiusmodi sententie parere contumaciter recusarent, in eos excommunicationis sententiam promulgavit eosque mandavit et fecit excommunicatos publice denuntiari. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefatus Georgius post premissa fuerit ab hac luce subtractus et bona huiusmodi ad manus dilectorum filiorum Jacobi dicti Veres, canonici ecclesie beate Marie Alberegalis, ac Laurentii, sartoris de dicta Alberegali, . . . pervenerunt; pro parte ipsorum Antimi Johannis et Clare nobis fuit humiliter supplicatum, ut eos ab huiusmodi excommunicationis sententia absolvi et dicta bona restitui mandaremus, . . . Nos igitur . . . mandamus, quatenus eosdem Antimum Johannis et Claram, si hoc humiliter petierint simpliciter et ad cautelam absolvas, et dicta bona restitui facias . . . Datum Rome apud sanctum Petrum undecimo kalendas Aprilis pontificatus nostri anno nono.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Vol. rubrum. — Monumenta. IV. 33.)

CCCLXXXVIII.

1398. April 13.

IX. Bonifácz pápa a Zsigmond király és az ó-budai keresztesek között tervezett birtokcsere ügyében rendelkezik.

Bonifacius, . . . Venerabilibus fratribus Jauriensi et Nitriensi episcopis salutem . . . Petitio pro parte . . . Sigismundi, regis Ungarie illustris, ac dilectorum filiorum magistri et fratrum domorum hospitalium sancte Trinitatis de Calidis Aquis superioris suburbii Budensis, Vesprimiensis diocesis, ac sanctorum Stephani regis et Lazari prope Strigonium invicem canonice unitarum, ordinis sancti Augustini, nobis nuper exhibita continebat: quod cum idem rex quasdam, videlicet, Foldwar, Besenow, Tarbug[1] et Polcharastia nuncupatas, ad ipsum ac coronam et mensam regias Ungarie; ac magister et fratres prefati quasdam alias, videlicet, Thokay, Tarczal, Baracha et Pathcay[2] ad eosdem magistrum et fratres legitime pertinentes possessiones et villas, in Quinqueecclesiensi et Agriensi diocesibus consistentes teneant et possideant, cumque propter assiduos hostiles insultus, quibus heu regnum Ungarie ac eius regnicole a perfidissimis paganis et fidei Chistiane

[1] Turbég, Somogy megyében.
[2] Pocsaj, Abauj megyében.

inimicis inhumaniter affligitur et in futurum per amplius verosimiliter affligi formidantur, huiusmodi ville et possessiones regie magistro et fratribus, tam propter situm propinquiorem, quam etiam pro maiori eorum securitate ad tenendum et facilius gubernandum multo magis accomode forent, pariter et utiliores: rex ac magister et fratres prefati . . . possessiones et villas supradictas invicem permutare, desiderant. Quare pro parte regis ac magistri et fratrum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis faciendi premissa licentiam concedere dignaremur, Nos igitur . . . fraternitati vestre . . . mandamus, quatenus si . . . inveneritis, quod dictarum possessionum et villarum . . . permutationes . . . in evidentem utilitatem domorum cedant antedictarum, . . . regi ac magistro et fratribus predictis faciendi permutationes et translationes easdem, . . . licentiam elargiri, approbare et confirmare curetis. Datum Rome apud sanctum Petrum idus Aprilis anno nono.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Lib. 84. f. 23. — Monumenta. IV. 66.)

CCCLXXXIX.

1398. Szeptember 15.

IX. Bonifácz pápa Dénesfi Mihál részére a veszprémi egyházmegyében javadalmat reservál.

Bonifacius . . . Dilecto filio Michaeli Dionisii, clerico Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Volentes itaque tibi gratiam facere . . . beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, . . . ad . . . episcopi Vesprimiensis et . . . prepositi, scolastici, lectoris, custodis, cantoris et capituli singulorumque canonicorum et personarum beate Marie virginis Albensis, Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum collationem . . . pertinens, dummodo canonicatus et prebenda cathedralis ecclesie non existat, . . . donationi apostolice reservamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Octobris anno nono.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Lib. 79. f. 155. — Monumenta. IV. 82.)

CCCXC.

1398. Október 1.

IX. Bonifácz pápa rendelkezik, hogy György boszniai püspök a zalavári apátság birtokába bevezettessék.

Bonifacius . . . Venerabili fratri patriarche Gradensi et dilectis filiis abbati Scotorum de Vienna ac priori de Leveuld, domus Cartusiensis, per priorem soliti gubernari, Pataviensis et Vesprimiensis diocesis, monasteriorum salutem . . . Dudum siquidem monasterium sancti Adriani de Zala, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, tunc vacans, venerabili fratri nostro Georgio, Episcopo Boznensi, . . . duximus commendandum. Cum autem . . . dilectus filius Petrus Georgii de Bayka, qui se gerit pro monacho eiusdem monasterii, cum favore et auxilio dilectorum filiorum Georgii patris et Stephani fratris ipsius Petri, laycorum dicte diocesis, in prefato monasterio se intrusit, illudque occupavit . . . mandamus, quatenus . . . eundem episcopum . . . in corporalem possessionem administrationis bonorum et regiminis dicti monasterii . . . amoto exinde dicto Petro et quolibet alio detentore, inducatis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Octobris anno nono.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Lib. 1397. f. 256. — Monumenta. IV. 83.)

CCCXCI.

1398. Október 13.

IX. Bonifácz pápa Usolczi János budavári plébánosnak azt a kegyelmet engedélyezi, hogy őt gyóntatója egy ízben a kiközösítés és más egyházi fenyítékek alól felmenthesse.

Bonifacius etc. Dilecto filio Johanni de Vsolz, rectori parochialis ecclesie beate Marie virginis, site in castro Novimontis Pestiensis, Vesprimiensis diocesis salutem . . . Tibi . . . indulgemus, ut . . . possis eligere confessorem, qui . . . confessionibus tuis diligenter auditis . . . tibi absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem, teque nichilominus semel et hac vice dumtaxat ab omnibus excommunicationis, suspensionis . . . sententiis . . . in forma ecclesie absolvat, et tecum super irregularitate, si qua dictis sententiis ligatus celebrando divina aut immiscendo te illis, . . . quomodolibet contraxisti, dispenset, omnesque et singulas inhabilitates et infamie . . . notas . . . aboleat et abstergat te habilitet ad successiones, bona, iura, dignitates, privilegia, honores et status ecclesiasticos et mundanos

et alias in integrum et in pristinum statum restituat, etiamsi absolutio, dispensatio . . . fuerint sedi apostolice specialiter reservate. Datum Rome apud sanctum Petrum idus Octobris anno nono.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Lib. 1397. — Monumenta. IV. 87.)

CCCXCII.

1398. Október 7, 11, November 9.

IX. Bonifácz pápa «Dorotheae Eberhardi, viduae quondam Jacobi Toklin, — Petro Jonae rectori capelle sancti Ladislai castri novi montis Pestiensis, — Stephano Plumenawer oppidano castri novi montis Pestiensis eiusque uxori Elisabeth, — Joanni Czendelianissch laico, — Anne vidue Nicolai Petri Razzing laico, — Thome Paulide Sanctomichaele laico Vesprimiensis diocesis» engedélyezi, hogy gyóntatójuk általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni IX. Lib. 1397. Anni X. Liber 90. — Monumenta. 85,96.)

CCCXCIII.

1399. April 11.

IX. Bonifácz pápa a Maternus veszprémi püspöktől Stendálban bírt oltár-javadalmat adományozza.

Bonifacius . . . Dilecto filio officiali Brandeburgensi salutem . . . Dudum siquidem nobis pro parte dilecti filii Werneri de Schulenborch, canonici Halberstadensis, exposito, quod orta dudum inter ipsum et venerabilem fratrem nostrum Maternum, Transilvanensem episcopum, tunc prepositum Waradiensem, supra perpetua vicaria ad altare sancti Materni, situm in ecclesia sancti Nicolai in Stendal, Halberstadensis diocesis, nos causam huiusmodi . . . quondam Henrico Godbary, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, ad instantiam dicti Materni audiendam commiseramus . . . et quod deinde, . . . nos de persona prefati Materni, ecclesie Vesprimiensi tunc vacanti, auctoritate apostolica, provideramus, . . . mandamus quatenus . . . eundem Wernerum . . . in iure et ad ius huiusmodi . . . surroges, . . . ac nihilominus vicariam predictam, . . . conferas et assignes. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio idus Aprilis anno decimo.

(Regesta Datariæ. Anni X. Vol. rubrum. f. 62. — Monumenta. IV. 107.)

CCCXCIV.

1399. April 14.

IX. Bonifácz pápa Bélai Sebestyén veszprémi clericus részére «super defectu lenitatis» felmentést engedélyez.

Bonifacius .... Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem ... Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Sebastiani Thome de Bela, clerici tue diocesis, petitio continebat, quod, cum olim ipse dilecti filii Johannis Serrareni, laici dicte diocesis, servitiis insisteret, idem Johannes familiaribus suis mandari fecit, ut quamcito pro parte eiusdem Johannis ad sequendum eum, quocunque iret, vocati forent, cum equis et armis suis paratos se disponerent, prefatus Sebastianus certa die cum nonnullis aliis familiaribus huiusmodi, ut premittitur, vocatus, armatus et equestris prefatum Johannem, ad quem finem, ignorans, secutus ac captis duobus laicis et dicto Johanni adductis, idem Johannes, uno captivorum huiusmodi per eum libere dimisso, alterum fecit suis carceribus mancipari, et deinde parvo tempore elapso, eodem Sebastiano ad dictum incarceratum super quodam furto sex boum, quibusdam pauperibus, subiectis dicti Johannis, ablatorum, examinandum per prefatum Johannem transmisso, idem Sebastianus, recepto prius ab eodem Johanne iuramento, videlicet, quod, si idem incarceratus huiusmodi furtum se commisisse fateretur, propterea pena mortis nullatenus puniretur, et ad ipsum incarceratum, huiusmodi iuramento confisus, accedens, ac manu sua eius capiti imposita, sibi per fidem suam iurando dixit, si furtum huiusmodi commisisset, quod secure sibi fateretur, quia prefatus Johannes sibi per iuramentum promiserat, quod exinde mortis periculum nullatenus pateretur. Quibus verbis idem incarceratus confisus, huiusmodi furtum se commisisse confessus fuit, locum sibi, ubi boves huiusmodi dimiserat, indicando; quodque idem Johannes, postquam ipse Sebastianus sibi relationem confessionis furti huiusmodi fecerat, et locum huiusmodi indicaverat, bobus prefatis in eodem loco repertis, prefatum incarceratum, ipso Sebastiano penitus ignorante, in patibulo suspendi fecit, in quo expiravit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, pretatus Sebastianus de premissis doleat, cupiatque ad omnes sacros ordines promoveri et in ipsis perpetuo domino famulari ... mandamus, quatenus eundem Sebastianum ... a reatu dicti homicidii ... absolvas, ... et nihilominus secum super irregularitate, ... dispenses. Datum Rome apud sanctum Petrum decimooctavo kalendas Maii anno decimo.

(Regesta Datariæ. Anni X. Vol. rubrum . 133. Monumenta. IV. 110.)

CCCXCV.

1399. *April 28.*

IX. Bonifácz pápa «Matthiae, Magistro cruciferorum domus sanctae Trinitatis de Calidis aquis, Vesprimiensis dioecesis», azt a kegyelmet engedélyezi, hogy gyóntatója általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni X. Lib. 90. — Monumenta IV. 118.)

CCCXCVI.

1399. *Május 16.*

IX. Bonifácz pápa rendelkezik, hogy András veszprémi plébános a veszprémi prépositól szenvedett bántalmakért elégtételt nyerjen.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Vesprimiensi salutem . . . Exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Andree, rectoris parochialis ecclesie sancti Johannis Baptiste Vesprimiensis petitio continebat, quod cum olim Ladislaus, prepositus ecclesie Omnium Sanctorum in castro Vesprimiensi, eundem Andream requisivisset, ut ipse Andreas canonicatum et prebendam, quos ipse Andreas in dicta ecclesia Omnium Sanctorum obtinebat, eidem preposito resignaret et ipse Andreas denegasset, prefatus prepositus ad iram commotus, associatis sibi quibusdam suis in hac parte complicibus, in eundem Andream, in presbyteratus ordine constitutum, irruit, ipsumque . . . diris verberibus afflixit ac afflictum capi fecit et incarcerari, et per plures dies detineri carceribus mancipatum, ipsum Andream in dictis canonicatu et prebenda et nonnullis bonis suis usque ad valorem trecentorum ducatorum auri spoliare propria temeritate presumpsit, in dictosque canonicatum et prebendam se intrusit, eosque detinet ipsaque bona usurpavit et in proprios usus convertit . . . Mandamus, quatenus, si de huiusmodi manuum iniectione, verberatione, captione et detentione tibi constiterit, eosdem sacrilegos tamdiu excommunicatos publice nuncies . . . donec super hiis passo iniuriam satisfecerint competenter, et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Junii anno decimo.

(Regesta Datariæ. Anni X. Lip. 4. f. 217. — Monumenta. IV. 131.)

CCCXCVII.

1399. Május 23.

IX. Bonifácz pápa Péterfi Mátyás részére a veszprémi káptalanban méltóságot reservál.

Bonifacius . . . Dilecto filio Mathie Petri, canonico Vesprimiensi, salutem . . . Volentes tibi meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, dignitatem vel personatum seu officium, cum cura vel sine cura, Vesprimiensis vel alterius collegiatarum civitatis vel diocesis Vesprimiensis ecclesiarum, etiamsi dignitas ipsa in Vesprimiensi maior post pontificalem . . . fuerit, conferendam seu conferendum tibi . . . donationi apostolice reservamus; non obstantibus, . . . quod, ut asseris, in dicta Vesprimiensi et in beate Marie Alberegalis, dicte diocesis, canonicatus et prebendas, nec non magistratum altaris sancte Anne, siti in ecclesia beate Marie ecclesiis . . . obtines, et nos dudum tibi de prepositura sancti Nicolai extra muros Alberegalis, . . . tunc certo modo vacante, . . . mandavimus, necnon de dignitate, personatu vel officio eiusdem Vesprimiensis ecclesiarum, vacante vel vacatura, gratiose concessimus provideri, quamqvidem concessionis gratiam et quecunque inde secuta ex nunc cassamus et irritamus. Datum Rome apud sanctum Petrum decimo kalendas Junii anno decimo.

(Regesta Datariæ. Anni X. Lib. 87. f. 59. — Monumenta. IV. 132.)

CCCXCVIII.

1399. Junius 15.

A Mihály veszprémi püspök részéről, bulláiért, a szent-széknek fizetendő díjak tárgyában kiállított nyilatkozat.

Anno die XVI. Junii coram et presentibus quibus supra Rudus pater dominus *Michael episcopus Vesprimiensis* per reverendum patrem dominum Georgium Episcopum Bosnensem procuratorem suum ad hoc legitime constitutum promisit camere et collegio pro communi servicio nongentos florenos de camera et quinque servicia consueta X. card.

Item recognovit camere et collegio pro communi servicio domini *Demetrii predecessoris* sui septingentos triginta quatuor similes florenos solidos XX et denarios tres et quinque servicia pro rata.

Item recognovit camere et collegio pro communi servicio domini *Materni*

antea predecessoris quatringentos viginti novem similes florenos solidos triginta-novem denarios duos Ron. (sic) et quinque servitia pro rata XVIII card.

Item recognovit camere et collegio pro communi servitio domini *Benedicti alterius antea predecessoris* sui noningentos similes florenos et quinque servitia consueta XX card.

Solvendo medietatem promissi usque ad festum resurrexionis domini nostri Jesu Christi et aliam medietatem usque ad festum assumptionis beate Marie extunc proxime sequuturum et recognovit in similibus terminis anno revoluto. Alioquin etc. Juravit etc.

(A vatikáni levéltárban. Obligationes Colleggii. Volum. 591. f. 117.)

CCCXCIX.

1399. Július 15.

IX. Bonifácz pápa Mihály veszprémi püspöknek megengedi, hogy őt gyóntatója általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni X. Lib. 90. — Monumenta. IV. 147.)

CD.

1399. Deczember 7.

IX. Bonifácz pápa Jánosfi Istvánnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius . . . Venerabilibus fratribus Concordiensi et Vesprimiensi episcopis ac dilecto filio abbati monasterii sancti Aniani de Tichonio, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus apud nos dilectus filius Stephanus Johannis de Jod, clericus Vesprimiensis diocesis, fidedigno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, dicte diocesis, quos quondam Johannes Nicolai de Alberegali, . . . obtinebat per eiusdem . . . obitum . . . vacaverint et vacent ad presens, . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum, ut ipse Stephanus asserit, non excedunt, . . . prefato Stephano . . . conferre et assignare curetis. . . . Datum Rome apud sanctum Petrum septimo idus Decembris anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Lib. 113. f. 147. — Monumenta. IV. 159.)

CDI.

1399. Deczember 19.

IX. Bonifácz pápa Mihály veszprémi püspököt felhatalmazza, hogy káptalanában négy kanonoki javadalmat adományozhasson.

Bonifacius . . . Venerabili fratri Michaeli, episcopo Vesprimiensi, salutem . . . Tuis itaque supplicationibus inclinati, tibi conferendi hac vice dumtaxat, auctoritate apostolica, quatuor canonicatus tue ecclesie Vesprimiensis cum plenitudine iuris canonici quatuor personis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas, . . . reservandi quoque . . . donationi quatuor prebendas, pro huiusmodi quatuor et duas dignitates in eadem ecclesia, pro duabus personis ydoneis, quas ad hoc similiter duxeris eligendas, . . . concedimus facultatem . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quartodecimo kalendas Januarii anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Lib. 10. f. 27. — Monumenta. IV. 161.)

CDII.

1400. Márczius 13.

IX. Bonifácz pápa a nagy-berényi templomnak búcsút engedélyez.

Bonifacius . . . Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis sancti Georgii de Magno Beryn, Vesprimiensis diocesis, a Christifidelibus congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in *(ut supra Nro CCXXXVIII.)* . . . et sancti Georgii . . . festivitatibus . . . prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis tres annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Rome apud sanctum Petrum tertio idus Martii anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Volum. rubrum. f. 91. — Monumenta. IV. 177.)

CDIII.

1400. April 1.

IX. Bonifácz pápa az örményesi zárda templomában szent László ünnepén gyóntató szerzeteseket különös kiváltságban részesíti.

Bonifacius . . . Dilectis filiis priori et conventui monasterii beate Marie in Órménes, per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Pauli primi heremite, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Dudum siquidem pro parte vestra nobis exposito quod dilectus filius nobilis vir Nicolaus Johannis de Canysia, miles Vesprimiensis diocesis, . . . quandam solennem capellam in honorem . . . sancti Ladislai regis in ecclesia vestri monasterii canonice fundaverat et dotaverat, . . . nos vobis, ut prior dicti monasterii pro tempore existens, singulis annis tres monachos eiusdem monasterii . . . qui a primis vesperis vigilie usque ad secundas vesperas inclusive diei festi dicti sancti confessionibus universorum Christifidelium, tunc ad prefatam capellam confluentium, diligenter auditis pro commissis eisdem fidelibus debitam absolutionem impenderent in omnibus casibus, in quibus penitentiarii nostri minores, in Romana curia residentes, absolvere possent, . . . deputare valeat, . . . duximus indulgendum. Cum autem, . . . propter multitudinem Christifidelium ad eandem ecclesiam in festo predicto annuatim confluentium tres confessores huiusmodi . . . minime sufficiant, . . . tibi priori et successoribus tuius . . . ac in universo decem presbyteris ydoneis predicti monasterii monachis aut aliis religiosis aut secularibus, per priorem huiusmodi annuatim eligendis, ut confessiones . . . audire . . . valeant . . . concedimus. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Aprilis anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Lib. 3. f. 9. — Monumenta. IV. 190.)

CDIV.

1400. April 1.

IX. Bonifácz pápa evang. szent János kápolnájának Új-Udvaron búcsút engedélyez.

Bonifacius . . . Cupientes igitur, ut capella sancti Johannis Evangeliste in Ujudvar, Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis qui in *(. . . Ut supra Nro CCXXXVIII.)* ac sancti Johannis Evangeliste predictorum nec non sanctorum Stephani, Ladislai regum et Emerici

ducis ac beate Elene et dedicationis ipsius capelle festivitatibus ac celebritate Omnium Sanctorum, nec non . . . festivitatum octavas ac per sex dies dictam festivitatem penthecostes immediate sequentes, nec non singulis diebus dominicis eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad huiusmodi conservationem manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatum septem annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Aprilis anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Lib. — fol. 12. Monumenta. IV. 191.)

CDV.

1400. Május 1.

IX. Bonifácz pápa az esztergomi érseknek a sassadi plébános ellen hozott itéletét megerősiti.

Bonifacius . . . Ad perpetuam rei memoriam . . . Dudum siquidem pro parte . . . Sigismundi, regis Ungarie illustris, nobis exposito, quod olim ipse attente considerans: quod fructus . . . mense . . . capituli Strigoniensis fuerant adeo tenues et exiles, quod canonici eiusdem ecclesie, qui numero triginta novem existebant, prout existunt, nequeant, prout nequibant, ex eis condecentem statum tenere, prout ipsius ecclesie, que metropolitana est, dignitas exigebat, ac eisdem capitulo pie compatiens, iuspatronatus de Sassad et de Wrs parochialium ecclesiarum, plebium nuncupatarum, Vesprimiensis diocesis, ad ipsum regem iusto titulo pertinens, infra quarum parochiarum limites modicus populus habitare dinoscebatur et in quibus ecclesiis omnimoda iurisdictio et earum dispositio ad archiepiscopum Strigoniensem, pro tempore existentem pertinebat, prout pertinet, prefatis capitulo ad finem, quod eadem parochiales ecclesie prefate mense unirentur et incorporarentur, liberaliter donaverat atque concesserat anno millesimo tercentesimo nonagesimo ac pro parte regis et capituli predictorum nobis humiliter supplicato, ut easdem parochiales ecclesias mense predicte unire. . . . dignaremur, maxime cum ad hoc venerabilis fratris nostri Joannis, archiepiscopi Strigoniensis, accederet assensus: nos dictas parochiales ecclesias prefate mense . . . per alias litteras univimus, annexuimus et incorporavimus, ita, quod cedentibus vel decedentibus rectoribus earundem parochialium ecclesiarum, qui tunc erant, aut ecclesias ipsas alias quomodolibet dimittentibus, liceret prefatis capitulo parochialum ecclesiarum . . . possessionem libere apprehendere er perpetuo licite retinere; . . . postmodum vero . . . ecclesia de Sassad predicta ex eo vacante, quod prefatus archiepiscopus, . . . Petrum Olmud, olim rectorem dicte ecclesie de Sassad, . . . eius culpis et demeritis exi-

gentibus eadem ecclesia de Sassad per suam definitivam sententiam, . . . privavit, prefati capitulum eandem ecclesiam assecuti iam extunc possiderunt, prout et possident de presenti. Quare pro parte dictorum capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ne ipsos super eadem ecclesia de Sassad imposterum molestari contingat, privationi amotioni et assecutioni predictis robur apostolice confirmationis adiicere dignaremur. Nos igitur privationem predictam et quecunque inde secuta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Maii pontificatus nostri anno undecimo.

(FEJÉR. X. II. 795. Monumenta 203.)

CDVI.

1400. Május 13.

IX. Bonifácz pápa István és György veszprémegyházmegyei nemeseket, kik Péter zalavári szerzetest a zalavári apátságba erőszakosan behelyezték, az egyházi kiközösítéstől feloldozza.

Bonifacius . . . Dilecto filio . . . preposito ecclesie Strigoniensis salutem. Dudum siquidem, cum monasterium sancti Adriani Zaladiensis, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, tunc vacans, venerabili fratri nostro Georgio episcopo Boznensi, . . . duximus commendandum, et quondam Petrus Georgii, monachus dicti monasterii, cum favore Georgii patris et Stephani fratris ipsius Petri, armigerorum dicte diocesis, in prefato monasterio se intrusisset, illudque occupasset et detinuisset indebite occupatum . . . patriarche Gradensi cum duobus aliis eius in hac parte collegis . . . dedimus in mandatis, ut eosdem Petrum, Georgium et Stephanum moneret auctoritate nostra et mandaret eisdem, ut . . . corporalem possessionem, administrationem bonorum dicti monasterii eidem episcopo . . . libere et omnino dimitterent . . . Et subsequenter, sicut exhibita nobis nuper pro parte . . . Sigismundi, regis Ungarie illustris petitio continebat, . . . Petrus patriarcha predictus, solus ad executionem litterarum . . . procedens . . . ipsum Petrum, necnon et Stephanum prefatos monuit. . . . ut ab huiusmodi occupationibus et impedimentis desisterent; idem Petrus, Georgius et Stephanus predicti . . . parere contumaciter recusaverunt, predictas sententias (excommunicationis) dampnabiliter incurrendo ac dictus Petrus, iisdem sententiis sic ligatus, . . . diem clausit extremum. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, in prefato Petro, cui propter premissa ecclesiastica sepultura, exigente iustitia, fuit denegata, signa penitentie tempore sue mortis apparuerint manifesta, Georgius vero et Stephanus pre-

dicti corde contriti dolentes de premissis, mandatis ipsius patriarche . . . parere et ad . . . ecclesie unitatem redire desiderent, pro parte dicti regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum ad hec prefatus episcopus suum prebuerit consensum pariter et assensum, dictos Petrum, Georgium et Stephanum ab huiusmodi excommunicationis et aliis sententiis, penis . . . absolvere et corpus eiusdem Petri huiusmodi ecclesiastice sepulture tradi mandare . . . dignaremur. Nos igitur . . . mandamus, quatenus te de premissis diligenter informes et si . . . reppereris, in prefato Petro tempore dicti suo obitus huiusmodi signa penitentie apparuisse manifesta, Georgium vero et Stephanum predictos de premissis . . . velle penitere, et absolutionem ac communionem fidelium . . . humiliter petierint, eiusdem Petrum, Georgium et Stephanum ab huiusmodi excommunicationis ac aliis sententiis et penis . . . eadem auctoritate absolvas . . . Et nichilominus dicto Petro, sic absoluto, corpus ipsius, si expedierit, exhumari et illud de novo ecclesiastice sepulture tradi facere ac commemorationi omnium fidelium restituere non postponas. Datum Rome apud sanctum Petrum tertio idus Maii anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Liber f, 8. — Monumenta. 210.)

CDVII.

1400. Július 1.

IX. Bonifácz pápa a budai fehéregyháznak búcsúkat engedélyez.

Bonifacius . . . Universis Christifidelibus . . . Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia Albe Ecclesie beate Marie virginis de promontorio Budensi, Vesprimiensis diocesis, a Christifidelibus congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in nativitatis et visitationis eiusdem beate Marie festivitatibus . . . et per tres dies quamlibet festivitatem immediate sequentes eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim, . . . illas indulgentias et remissiones peccatorum auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, quas visitantes sancte Marie in Aquisgramensi, Leodienstis diocesis, de septemnio in septemnium, nec non sancte Marie in Portiuncula, dictum de Angelis, ecclesias extra muros in Assisinatensi civitatibus primo et secundo diebus mensis Augusti annis singulis quomodolibet consequuntur. Et . . . rectori dicte ecclesie de promontorio Budensi, . . . et octo aliis presbyteris ydoneis, tam secularibus, quam religiosis, per eundem rectorem annuatim eligendis . . . ut ipsi confessiones omnium et singulorum Christifidelium . . . audire et . . . absolutionem impendere libere et licite valeant, ac iniungere pro modo culpe penitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter que sit sedes apostolica merito consulenda. . . . indulgemus;

presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Julii anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Volumen rubrum. f. 233. — Monumenta 223.)

CDVIII.

1400. Július 14.

IX. Bonifácz pápa a veszprémi püspök részére jogvédőket rendel.

Bonifacius . . . Venerabilibus fratribus Quinqueecclesiensi et Jauriensi ac Waciensi episcopis salutem . . .

(Episcopo Vesprimiensi conservatores constituuntur.)

Datum Rome apud sanctum Petrum secunda idus Julii anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Liber I. f. 242. — Monumenta 224.)

CDIX.

1400. Október 1.

IX. Bonifácz pápa a sáros-dencsi egyháznak búcsúkat engedélyez.

Bonifacius . . . Universis Christifidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis de Sarusdench, Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui *(. . . ut supra numero CCXXXVIII.)* ac sancte Elizabeth nec non dedicationis eiusdem ecclesie festivitatibus . . . dictam ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad eius reparationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis, tres annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus; presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Octobris anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Liber — f. 254. — Monumenta 233.)

CDX.

1400. Október 15.

IX. Bonifácz pápa Lőrinczfi Istvánnak az iszkázi plébániát adományozza.

Bonifacius . . . Venerabili fratri . . . episcopo Concordiensi et dilectis filiis . . . abbati monasterii de Demmelc ac . . . preposito monasterii de Ferrocastro, per prepositum soliti gubernari, Jauriensis diocesis, salutem . . . Vite ac morum honestas aliaque, . . . super quibus apud nos dilectus filius Stephanus Laurentii de Czeulus, presbiter Jauriensis diocesis, commendatur . . . nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Stephani petitio continebat, quod olim parochiali ecclesia Omnium Sanctorum de Iskes,[1] Strigoniensis diocesis, per liberam resignationem dilecti filii Petri, ipsius ecclesie rectoris, . . . in manibus dilecti filii Antonii Ponte, . . . Johannis archiepiscopi Strigoniensis in spiritualibus vicarii generalis, sponte factam, . . . dilecte in Christo filie abbatissa et conventus monasterii sancti Lamberti de Foroloco,[2] dicte Strigoniensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, vere patrone . . . dictum Stephanum dicto archiepiscopo infra tempus legitimum presentarunt, idemque archiepiscopus eundem Stephanum in rectorem dicte ecclesie instituit . . . Cum autem . . . idem Stephanus dubitet, presentationem et institutionem predictas . . . viribus non subsistere . . . Discretioni vestre . . . mandamus, quatenus . . . ecclesiam predictam, cuius fructus . . . vigintiquatuor florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Stephano auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum idibus Octobris anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XI. Liber — f. 161. — Monumenta 235.)

---

[1] Iszkáz.

[2] Somlyó-Vásárhely.

CDXI.

1400. November 8.

IX. Bonifácz pápa Mihály veszprémi püspököt fölhatalmazza, hogy a veszprémi székesegyházat újból felszentelhesse és annak búcsúkat engedélyezhessen.

Bonifacius . . . Venerabili fratri Michaeli, episcopo Vesprimiensi, salutem . . . Petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod ecclesia ipsa Vesprimiensis dudum ignis incendio extitit concremata, ac reformatione indiget vehementi, ac necessitatur denuo consecrari; nos prefatam ecclesiam auctoritate apostolica de novo consecrandi, et postquam sic per te consecrata fuerit, omnibus Christifidelibus, qui singulis diebus dominicis nec non *(. . . ut supra numero CCXXVIII.)* eandem eeclesiam devote visitaverint, vel ad reparationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum ac celebritatis, . . . tres annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus centum dies de iniunctis eis penitentiis auctoritate predicta relaxandi fraternitati tue . . . concedimus facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum sexto idus Novembris anno undecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber — f. 141. — Monumenta 245.)

CDXII.

1400. November 11.

IX. Bonifácz pápa a szent László oltár javadalmát a fehérvári káptalani egyházban Balásfi Istvánnak adományozza.

Bonifacius etc. Dilecto filio . . . Abbati monasterii sancti Aniani de Tichonio, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Stephani Blasii, clerici Quinqueecclesiensis diocesis, petitio continebat, quod olim rectoratu altaris sancti Ladislai regis, siti in ecclesia beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, per liberam resignationem dilecti filii Thome Ladislai . . . factam, vacante, dilectus filius Johannes prepositus eiusdem ecclesie, . . . eundem rectoratum . . . prefato Stephano contulit ipseque Stephanus . . . dictum rectoratum tenet pacifice et quiete. Cum autem . . . idem Stephanus dubitet, collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere; . . . mandamus, quatenus rectoratum predictum, qui sine cura est, et cuius fructus . . . centum

florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Stephano auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio idus Novembris anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber I. B. f. 175. — Monumenta. 354.)

CDXIII.

1400. November 15.

IX. Bonifácz pápa a veszprémi egyháznak búcsút engedélyez és gyóntatóit kiváltságokban részesíti.

Bonifacius etc. Universis Christifidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia Vesprimiensis, que olim combusta extitit, et in qua privilegia diversa ipsius ecclesie perierunt, congruis honoribus frequentetur . . . et etiam conservetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in beatorum Gregorii pape et Luce evangeliste festivitatibus . . . ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim, et ad huiusmodi conservationem manus porrexerint adiutrices, illam indulgentiam et remissionem peccatorum . . . concedimus, quam sancti Marci de Venetiis, Castellane diocesis, in festivitate ascensionis domini nostri Jesu Christi . . . nec non beate Marie de Portiuncula, alias dictam de Angelis extra muros Assisinates, ac de Aquisgrani, Leodiensis diocesis, ecclesias primo et secundo diebus mensis Augusti visitantes annuatim quomodolibet consequuntur. Et insuper . . . episcopo Vesprimiensi, pro tempore existenti, et duodecim aliis presbiteris ydoneis . . . per eundem episcopum . . . eligendis, ut ipsi confessiones omnium Christifidelium . . . audire et . . . debitam absolutionem impendere ac iniungere penitentiam salutarem valeant in omnibus casibus, in quibus penitentiarii nostri minores, in Romana curia existentes, absolvere possunt, vota vero peregrinationis, abstinentie, si huiusmodi confitentes emisissent, que commode servare non valeant, et que nostri penitentiarii commutare possunt, commutent ipsis idem episcopus et confessores in alia opera pietatis. Et insuper eisdem confessoribus, ut ipsi Christifideles confitentes ab omnibus excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiis, . . . absolvere et dispensare valeant . . . super irregularitate, si quam quovismodo contraxissent, a quibus et super qua prefati penitentiarii absolvere et dispensare possunt . . . indulgemus. Et insuper . . . universis et singulis Christifidelibus supradictis, causa devotionis et predictas indulgentias consequendi illic confluentibus, ut postquam contriti et confessi fuerint, et debitam a dictis confessoribus obtinuerint absolutionem, et penitentiam receperint salutarem, Omnium Sanctorum de castro et beate Margarite Vesprimiensis et sancte Marie de valle et claustri seu domus beate Catherine de

suburbio castri Vesprimiensis, Cisterciensis et sancti Augustini ordinum, monasteriorum nec non ipsam Vesprimiensem ecclesias duobus diebus precedentibus et duobus sequentibus immediate beatorum Gregorii et Luce festivitates predictas devote visitandas pro speciali penitentia per dictos confessores iniungi volumus et mandari . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimo kalendas decembris anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber —. f. 141. — Monumenta. 262.)

CDXIV.

1400. November 19.

IX. Bonifácz pápától Egyed, a somogyvári apátság kormányzója, felhatalmazást nyer, hogy jobb kezének, az ellene fellázadt somogyvári szerzetesektől történt megcsonkítása daczára misézhessen.

Bonifacius . . . Dilecto filio Egidio, abbati monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli de Tata, ordinis sancti Benedicti, Jauriensis diocesis, salutem . . . Exhibita nuper nobis pro parte tua petitio continebat, quod, cum olim dilectus filius Paulus, abbas monasterii sancti Egidii de Simigio, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, ex certis causis tunc expressis in quodam loco, tunc expresso, fuisset detentus, tuque post huiusmodi detentionem per presidentes ac etiam maiores dicti ordinis in regno Ungarie, (ut) etiam ipsius monasterii et eius bonorum conservationem, ne monasterium ipsum gubernatoris regimine illico destitui videretur, monachique eiusdem monasterii a norma aliquatenus deviarent fuisses electus ac etiam penitus deputatus, pluries contingit, quod ipsi monachi vitam ducebant totaliter dissolutam, tuque etiam eos verbis monendo redarguisti, ut secundum regulam et normam dicti ordinis degerent, vitamque deducerent totaliter sanctitatis, qui quidem monachi verbis, monitione et redargutione huiusmodi spretis, ac etiam ab eis totaliter vilipensis, pariter ac etiam unanimiter contra et supra te crudeliter irruerunt, multisque plagis enormiter te etiam percusserunt et digitum annularem tue dextere manus inhumaniter amputarunt, ac etiam mutilarunt. Nos . . . tecum, ut missam et alia divina officia et officia huiusmodi celebrare exercere, nec non quascumque alias dignitates abbatiales, ad quas te alias canonice transferri, eligi et assumi contigerit, recipere et retinere libere et licite valeas, huiusmodi digiti mutilati diformitate . . . nequaquam obstantibus, . . . dispensamus. Nulli ergo . . . Si quis autem . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimotertio kalendas Decembris anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber C. f. 242. — Monumenta. 268.)

CDXV.

1400. Deczember 16.

IX. Bonifácz pápa az ercsi monostor templomának búcsút engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christifidelibus . . . Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii sancti Nicolai de insula Erchi, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis diocesis, a Christifidelibus congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festivitate corporis Christi . . . prefatam ecclesiam devote visitaverint, et ad conservationem ipsius manus porrexerint adiutrices, illam indulgentiam et remissionem peccatorum annuatim auctoritate apostolica concedimus, quam ecclesiam sancti Marci in Venetiis, Castellane diocesis, in die ascensionis domini nostri Jesu Christi a . . . visitantes quomodolibet consequuntur. Et nichilominus, ut abbas dicti monasterii . . . sex presbyteros ydoneos . . . in confessores eligere possit . . . qui confessiones quarumcumque personarum per quatuor dies, proxime precedentes diem predicte festivitatis corporis Christi et in festivitate ipsa eadem auctoritate audire et debitam absolutionem impendere valeant ac iniungere penitentiam salutarem, nisi forsan talia fuerint, propter que sedes apostolica sit merito consulenda, . . . indulgemus; presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Januarii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 20. f. 208. — Monumenta. 294.)

CDXVI.

1400. Deczember 16.

IX. Bonifácz pápa a b. Szűz kápolnájának Berzenczén búcsúkat engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cupientes igitur, ut capella sancte Marie de Berzenche, Vesprimiensis diocesis, a Christifidelibus congruis honoribus frequentetur et . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in . . . festivitatibus *(ut supra numero CCXXXVIII.)* predictam capellam devote visitaverint annuatim, et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices singulis videlicet festivitatum et celebritatis tres annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus, viginti dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus; presentibus perpetuis futuris temporibus dura-

turis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Januarii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 20. f. 208. — Monumenta. 295.)

CDXVII.

1400. Deczember 17.

IX. Bonifácz pápa a bogdányi plébániai egyháznak búcsúkat engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cupientes igitur, ut ecclesia sancte Catharine de Bagdan,[1] Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in (. . . *ut supra numero CCXXXVIII.)* et beate Catherine ac dedicationis ipsius ecclesie festivitatibus prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad huiusmodi fabricam manus porrexerint adiutrices, . . . singulis videlicet festivitatum et celebritatis septem (annos) et totidem quadragenas octavarum vero et sex dierum predictorum diebus centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Rome apud sanctum Petrum decimosexto kalendas Januarii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 20. f. 209. — Monumenta. 295.)

CDXVIII.

1400. Deczember 18.

IX. Bonifácz pápa egyházi átokkal sujtja a veszprémi egyházmegyei urakat, kik az aradi templomot felduláik és kirabolták.

Bonifacius . . . Venerabili fratri archiepiscopo Strigoniensi salutem . . . Petitio pro parte dilecti filii Ladislai Laurenti, rectoris parochialis ecclesie de Orod,[2] Vesprimiensis diocesis, nobis exhibita continebat, quod, cum ipse nuper de partibus ad Romanam curiam, pro certis suis ibidem exequendis negotiis, se transtulisset, Ladislaus Nicolai de Zenyer, et Paulus dictus de Gomba, armigeri dicte diocesis, . . . associatis sibi quibusdam suis in hac parte complicibus, ecclesiam predictam ausu sacrilego manu armata hostiliter invaserunt, ac clenodia, calices, libros et alia ornamenta ecclesiastica in dicta ecclesia cultui seu usui divino deputata et

[1] Bogdány.

[2] Arad, egykor helység Somogy megyében.

nonnulla etiam bona mobilia ad dictum rectorem spectantia ibidem reperta, . . . secum in predam asportarunt, . . . ecclesiam funditus destruxerunt, ac quamplures parochianos eiusdem ecclesie cum eorum liberis . . . captivos abduxerunt, illosque diris vinculis detinuerunt et detinent mancipatos; ecclesiam ipsam et eius parochiam penitus depopulando, eundemque rectorem usque ad valorem trium millium ducatorum auri et ultra damnificando . . . Nos igitur, . . . mandamus, quatenus . . . de premissis summarie . . . te diligenter informes et si . . . ita esse reppereris, dictos sacrilegos ac eorundem in hac parte complices et fautores sub excommunicationis, suspensionis et interdicti et aliis formidabilibus sententiis et penis . . . auctoritate nostra moneas, ut . . . per eos rapta et asportata, si extant, alioquin eorum rerum valorem, restituant, predictosque raptos et captivos pristine reddant libertati ac de excessibus, iniuriis atque dampnis ea passis plenam et debitam satisfactionem impendant et eundem rectorem dicte ecclesie pacifica possessione gaudere concedant. Alioquin ipsos sacrilegos, complices fautores, quocunque appellationis obstaculo, penas et sententias huiusmodi incidisse nunties et ab aliis facias nuntiari et ab omnibus tamdiu artius evitari, donec rapta et asportata restituant. . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Januarii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 4. f. 182. — Monumenta. 297.)

CDXIX.

1400. Deczember 18.

IX. Bonifácz pápa az inakodi plébániai templomnak búcsúkat engedélyez.

Bonifacius etc. Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia Omnium Sanctorum de Inakud,[1] Vesprimiensis diocesis, reparatione indigere noscatur, non modicum sumptuosa, nos cupientes, ut dicta ecclesia a Christifidelibus congruis honoribus frequentetur ac reparetur et etiam conservetur omnibus vere penitentibus et confessis, qui in *(ut supra numero CCXXXVIII.)* festivitatibus prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad reparationem et conservationem predictas manus adiutrices porrexerint, ut prefertur, singulis videlicet festivitatum et celebritatis, tres annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus centum dies de inuinctis eis penitentiis misericorditer relaxamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoquinto kalendas Januarii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 2. f. 208. — Monumenta. 298.

[1] Inakod, Somogy megyében.

CDXX.

1400. Deczember 23.

IX. Bonifácz pápa a rajki plébánia templomnak és Szent-Lázár kápolnának búcsúkat engedélyez.

Bonifacuis etc. . . . Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia beate Elizabeth de Rayky et capella sancti Lazare de eadem Rayky,[1] Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus freqentetur et etiam conservetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui *(. . . ut supra numero CCXXXIII.)* et beate Elizabeth et sancti Lazari predictorum et dedicationis ipsarum ecclesie et capelle festivitatibus easdem ecclesiam et capellam devote visitaverint, vel ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatis, quinqe annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus; presentibus perpetuo . . . in suo robore duraturis. Datum Rome apud sanctum Petrum decimo kalendas decembris anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 2. f. — Monumenta. 301.)

CDXXI.

1401. April 16.

IX. Bonifácz pápa a kisfaludi plébánosnak megengedi, hogy jobb kezének megcsonkítása daczára a szent-misét végezhesse és a szentségeket kiszolgáltathassa.

Bonifacius etc. Dilecto filio Thome Symonis, rectori parochialis ecclesie sancti Georgii de Kisfalud, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod, olim sinistro eventu causante, prima iunctura pollicis manus tue dextre, quam tunc sanam et integram obtinebas, destitutus existis, ex quo tibi nonnulla difformitas est exorta, et . . . tu, qui in sacerdotio constitutus existis, desideras in susceptis ordinibus ministrare . . . Nos igitur . . . tecum, ut in huiusmodi susceptis ordinibus, dummodo aliud canonicum

[1] Rajk, Zalamegyében.

non obsistat, ministrare libere et licite valeas, dispensamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimosexto kalendas Maii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber 2. f. 145. — Monumenta. 323.)

CDXXII.

1401. *April 19.*

IX. Bonifácz pápa Péterfi Istvánnak a fehérvári éneklő-kanonokságot adományozza.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Jauriensi salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, cantoratus ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quem quondam Nicolaus Philippi . . . obtinebat, per ipsius Nicolai obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverit et vacet ad presens, nos volentes dilectum filium Stephanum Petri, clericum dicte diocesis, . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus . . . cantoratum predictum, cuius fructus . . . viginti marcharum argenti . . . valorem annuum, ut asseritur, non excedunt . . . prefato Stephano auctoritate nostra conferas et assignes . . . Non obstantibus . . . quod dictus Stephanus in Jauriensi et in dicta beate Marie Alberegalis ecclesiis canonicatus et prebendas, quorum fructus . . . triginta marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertiodecimo kalendas Maii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber A. f. 61. — Monumenta. 325.)

CDXXIII.

1301. *Július 1.*

IX. Bonifácz pápa Istvánfi Balázsnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Tudensi et dilectis filiis Omnium sanctorum Vesprimiensis ac sancti Nicolai Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ecclesiarum prepositis salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus apud nos dilectus filius Blasius Stephani rector parochialis sancti Laurentii de Ewsy,[1] Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gra-

[1] Ősi.

tiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Blasii petitio continebat, quod, licet olim canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie Alberegalis, dicte diocesis, quos quondam Blasius Seyr . . . obtinebat, per ipsius Blasii Seyr obitum, . . . vacantibus, quondam Blasius Nicolai, canonicus dicte ecclesie, eosdem canonicatum et prebendam, vigore quarundam litterarum apostolicarum, per quas canonicatum ipsius ecclesie obtinens, prebendam expectabat in eadem, infra tempus legitimum acceptasset et sibi provideri fecisset de eisdem, tamen dilectus filius Petrus Ladislai, presbyter Jauriensis, prefatum Blasium Nicolai impedivit . . . seque in illis intrusit; . . . et propterea idem Blasius Nicolai prefatum Petrum Ladislai, coram dilecto filio Johanne, rectore parochialis ecclesie sancti Petri de Alberegali, subexecutore litterarum huiusmodi, per processus per dilectum filium Jacobum, prepositum ecclesie sancti Nicolai Alberegalis, prefate diocesis, executorem unacum aliis suis in hac collegis in prefatis litteris deputatum, in talibus fieri consuetos, factos fecit ad iudicium evocari, ipseque Johannes subexecutor in huiusmodi causa inter partes easdem procedens diffinitivam, per quam canonicatum et prebendam predictos Blasio Nicolai adiudicavit, . . . sententiam promulgavit, a qua, ut dicitur, pro parte dicti Petri fuit ad sedem apostolicam appellatum. Cum autem . . . prefatus Blasius Nicolai . . . extiterit vita functus, . . . mandamus, quatenus canonicatum et prebendam, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum non . . . non excedunt, eidem Blasio Stephani auctoritate nostra conferre et assignare . . . curetis . . . Non obstantibus . . . quod idem Blasius, ut asserit, parochialem ecclesiam predictam, cuius fructus . . . vigintiquinque florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Julii anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber I. A. f. 22. — Monumenta. 350.)

CDXXIV.

1401. Szeptember 16.

IX. Bonifácz pápa Lászlófi Balázsnak fehérvári kanonokságot adományoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio . . . abbati monasterii sancti Aniani de Thiconio, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Exhibita siquidem nuper pro parte dilecti filii Blasii Ladislai, rectoris, magistri nuncupati, altaris beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda dicte ecclesie, quos quondam Gregorius Valentini de Tur obtinebat, per ipsius Gregorii obitum . . . vacantibus, dilectus filius Johannes Zudor, prepositus ipsius ecclesie, . . . canonicatum et prebendam predictos . . . prefato Blasio auctoritate contulit ordi-

naria . . . Cum autem, . . . prefatus Blasius dubitet, collationem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, . . . mandamus, quatenus canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Blasio auctoritate nostra conferas et assignes. Non obstantibus, . . . quod dictus Blasius, ut asserit, altare predictum cuius fructus . . . duodecim florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Datum Rome apud sanctum Petrum sextodecimo kalendas Octobris anno duodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XII. Liber B. f. 93. — Monumenta. 374.)

CDXXV.

1402. Január 17.

IX. Bonifácz pápa a veszprémi apáczák javára IV. Sándor pápától kiállított bullát megerősíti és átirja.

Bonifacius etc. Ad futuram rei memoriam. Sacre religionis, sub qua dilecte in Christo filie priorissa et conventus monasterii monialium sancte Chatharine Vesprimiensis, per priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, sub cura et secundum instituta fratrum ordinis Predicatorum viventes, devotum et sedulum exhibent altissimo famulatum, merito promeretur honestas, ut votis earum . . . favorabiliter annuamus. Ipsarum igitur priorisse et conventus supplicationibus inclinati, litteras felicis recordationis Alexandri pape III. predecessoris nostri, eis olim concessas, quas in cancellaria nostra diligenter inspici et presentibus de verbo ad verbum, cum incipiant vetustate consumi, inseri fecimus, auctoritate apostolica tenore presentium innovamus et presentis scripti patrocinio communimus . . .[1] Datum Rome apud sanctum Petrum sextodecimo kalendas Februarii anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Lib. — f. 14. — Monumenta. 403.)

---

[1] Az oklevél közölve van jelen kiadvány I. kötetében, CLXX. sz. alatt.

CDXXVI.

1402. *Márczius 21.*

IX. Bonifácz pápa Péterfi Jakab fehérvári kanonok részére győri kanonokságot reservál.

Bonifacius etc. Dilecto filio Jacobo Petri, canonico ecclesie beate Marie Alberegalis, Vespriminensis diocesis, salutem . . . Volentes itaque tibi, qui presbyter es, . . . gratiam facere specialem canonicatum ecclesie Jauriensis . . . apostolica tibi auctoritate conferimus, . . . prebendam vero, nec non dignitatem, personatum vel officium eiusdem ecclesie, cum cura vel sine cura . . . conferendum seu conferenda tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod, ut asseris, canonicatum et prebendam ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, nosceris obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum duodecimo kalendas Aprilis anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber — f. 300. — Monumenta. 431.)

CDXXVII.

1402. *April 30.*

IX. Bonifácz pápa elrendeli, hogy Lászlófi Balázs a részére adományozott fehérvári kanonokság birtokába behelyeztessék.[1]

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Leonardo de Sulmona, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Blasius Ladislai, rector, magister nuncupatus, altaris sancte Anne, magistratus nuncupati, siti in ecclesia beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Blasii petitio continebat, quod, orta inter ipsum et dilectos filios Johannem Jacobi de Halaz, pro clerico, et Petrum dictum de Papucz, pro rectore parochialis ecclesie de Papa, Jauriensis diocesis, se gerentes, super canonicatu et prebenda dicte ecclesie beate Marie, quos, tunc per obitum quondam Gregorii Valentini, alias dicti de Tur . . . vacantes, Blasius sibi auctoritate ordinaria collatos fuisse illosque . . . tenere et possidere pacifice et

[1] V. ö. CDXXV. számot.

quiete, dictosque Johannem et Petrum se collationi huiusmodi . . . opposuisse ac ipsum Johannem eundem Blasium dictis canonicatu et prebenda et eorum possessione contra iustitiam spoliasse . . . illosque occupasse . . . Johannes vero et Petrus predicti eosdem canonicatum et prebendam ad se de iure spectare asserebant, prout asserunt, materia questionis, nos causam huiusmodi . . . tibi audiendam commisimus . . . Cum autem, . . . prefatus Cregorius, dum vixit, noster et dicte sedis familiaris extiterit et propterea collatio et provisio predicte viribus non subsistant, ac etiam a nonnullis asseratur, neutri dictorum Blasii et Johannis in dictis canonicatu et prebenda seu ad eos ius competere . . . mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit, neutrum Blasii et Johannis predictorum in dictis canonicatu et prebenda seu ad eos ius habere, canonicatum et prebendam predictos, de quibus alias, ut premittitur, vacantibus eidem Blasio per alias nostras litteres de novo gratiose mandavimus provideri, quia a nonnullis dubitatur viribus non subsistere, quorumque fructus sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, . . . dicto Blasio auctoritate nostra conferre et assignare procures. Non obstantibus . . . quod dictus Blasius, ut asserit, altare predictum, cuius fructus quatuordecim florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Datum Rome apud sanctum Petrum secundo kalendas Maii anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Volumen rubrum. B. f. 64. — Monumenta. 435.)

CDXXVIII.

1402. Május 22.

IX. Bonifácz pápa rendelkezik, hogy a Rozgonyi Péter által önkényesen elfoglalt hantai prépostságba Turi Demeter helyeztessék be.

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . . episcopo Tudensi et dilectis filiis . . . preposito ecclesie Vesprimiensis ac . . . officiali Vesprimiensi salutem . . . Dudum siquidem pro parte dilecti filii Demetrii Petri de Tur, prepositi ecclesie sancti Michaelis de Hantha, Vesprimiensis diocesis, nobis exposito, quod, olim ipse in causa, per eum contra quondam Andream Garazda presbyterum, super prepositura dicte ecclesie, de qua, tunc certo modo vacante, dicto Demetrio auctoritate apostolica provisum fuerat canonice, et quam dictus Andreas tunc occupaverat, . . . mota et in palatio apostolico . . . diutius ventilata, tres pro se et contra eundem Andream conformes diffinitivas, per quas dicta prepositura Demetrio adiudicata . . . idemque Andreas in expensis, in eadem causa factis, condemnatus fuerat, sententias reportaverat, et super executione sententiarum et satisfactione expensarum

huiusmodi. . . . nostras ad vos sub certa litteras impetraverat, quodque postmodum ipse Demetrius dubitabat, ne etiam aliqui alii in eadem prepositura se intruderent, nos vobis per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut contra quoscumque in eadem prepositura iam forsan intrusos vel imposterum intrudendos perinde quoad possessionem dicte prepositure eidem Demetrio tradendam procederetis, acsi predicte sententie contra eos late forent . . . Postmodum vero, . . . tu, frater episcope, in huiusmodi executionis negotio solus procedens, . . . nonnullos processus fecisti in talibus fieri consuetos . . . Cum autem, . . . idem Demetrius, antequam cum litteris et processibus huiusmodi ad partes illas veniret, prefatus Andreas fuerat vita functus, et Petrus de Rozgon, qui se gerit pro presbytero Agriensis diocesis, in dicta prepositura se cum potentia laicali intrusit, illamque occuparit et detinet indebite occupatam . . . et, licet . . . ipse Petrus per executores predictos extitisset requisitus, ut infra dictum terminum huiusmodi preposituram ipsi Demetrio libere dimitteret, ipse tamen . . . parere contumaciter recusavit et recusat, dictasque excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias damnabiliter incurrendo easque per triennium vel quasi sustinuit, prout sustinet adhuc, animo indurato, redire non curans ad ecclesie unitatem . . . Nos igitur . . . mandamus, quatenus vos super hiis habitis legitimis servatis processibus, eos quotiens expedierit aggravare curetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Et nichilominus, si vobis constiterit, quod prefatus Petrus dictam excommunicationis sententiam in eum, ut prefertur, latam per biennium et ultra animo indurato sustinuisset et sustineret de presenti, eundem Petrum beneficiis, que obtinet, auctoritate nostra privetis, ipsumque inhabilitetis ad beneficia ecclesiastica imposterum obtinenda . . . Datum Rome apud sanctum Petrum undecimo kalendas Junii anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber II. f. 208. — Monumenta. 440.)

CDXXIX.

1402. Május 27.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Thelesino et dilectis filiis abbati monasterii sancti Egidii de Somogvar, Vesprimiensis diocesis, ac preposito ecclesie Omnium Sanctorum Vesprimiensis salutem etc. Vite ac morum honestas . . . super quibus apud nos . . . Michael de Bard,[1] presbyter Vesprimiensis diocesis . . .

[1] Bárd, Kaposvár mellett.

commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, parochialis ecclesia sancti Georgii in Somogvar, dicte diocesis, quam quondam Johannes Tompos . . . obtinebat, per ipsius Johannis obitum, . . . mandamus, quatenus . . . ecclesiam predictam, cuius fructus . . . vigintiquinque marcarum argenti puri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Michaeli auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto kalendas Junii anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber 143. f. 71. — Monumenta. 442.)

CDXXX.

1402. Június 29.

IX. Bonifácz pápa egy veszprémegyházmegyei kórház kápolnájának búcsúkat engedélyez.

Bonifacius . . . Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, dudum progenitores et parentes dilecti filii Michaelis Thome, clerici Vesprimiensis diocesis, quoddam hospitale pauperum in honorem et sub vocabulo corporis domini nostri Jesu Christi in loco de Barch et Bolth,[1] dicte diocesis, cum tribus altaribus in eodem, de bonis sibi a Deo collatis, . . . fundaverint, et pro parte construi fecerint, ac . . . competenter dotaverint, sed dictorum fundatorum superveniente obitu, prefatum hospitale in suis edificiis completum non fuerit, quin ymo propter guerras, que in illis partibus viguerunt, pro parte destructum extiterit, dictusque Michael . . . cupiat, quod dictum hospitale in suius edificiis consummetur et congrue reparetur, sintque pro consummatione et reparatione huiusmodi pia fidelium suffragia plurimum oportuna, universitatem vestram rogamus, . . . quatenus de bonis, vobis a Deo collatis, pro consummatione et reparatione hospitalis huiusmodi pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, . . . Nos enim . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad consummationem et reparationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus post decennium minime valituris, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Rome apud sanctum Petrum tertio kalendas Julii anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber 16. f. 265. — Monumenta. 444.)

[1] Barcz és Bót Fehér megyében.

CDXXXI.

1402. *Július 24.*

IX. Bonifácz pápa Uski János budai plébánosnak a pozsonyi prépostságot adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Luthomirslensi salutem . . . Volentes eundem Johannem (de Usk prepositum ecclesie Quinqueecclesiensis) qui, ut asseritur, eiusdem Sigismundi regis cancellarius existit et . . . qui . . . parochialem ecclesiam sancte Marie in Buda, Vesprimiensis diocesis, ex concessione et dispensatione sedis apostolice obtinebat . . . favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus . . . prepositurам ecclesie sancti Martini (Posoniensis) prefato Johanni auctoritate nostra conferre et assignare procures . . . Non obstantibus . . ., quod idem Johannes . . . prepositurам dicte ecclesie Quinqueecclesiensis ac parochialem ecclesiam prefatas, quorum fructus . . . ducentorum marcharum dicti argenti . . . valorem annuum non excedunt, adhuc noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum nono kalendas Augusti anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Volumen rubrum. B. f. 142. — Monumenta. 453.)

CDXXXII.

1402. *Augusztus 17.*

IX. Bonifácz pápa a Szent-Miklós kápolnának Kanizsán búcsúkat engedélyez.

Bonifacius . . . Universis Christifidelibus salutem . . . Cupientes igitur, ut capella sancti Nicolai de Canisa, Vesprimiensis diocesis, congruis honoribus frequentetur et etiam conservetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in *(. . . ut supra numero CCXXXVIII.)* ac Nicolai predictorum nec non sancte Margarethe ac dedicationis dicte capelle festivitatibus . . . eandem capellam devote visitaverint, et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum et celebritatum septem annos et totidem quadragenas, octavarum vero et sex dierum predictorum diebus . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Volumus . . . Presentibus perpetuis futuris temporibus in suo robore duraturis. Datum Rome apud sanctum Petrum sextodecimo kalendas Septembris anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber 16. f. 298. — Monumenta. 448.)

CDXXXIII.

1402. Augusztus 18.

IX. Bonifácz pápa Wrede Jánosnak az ó-budai prépostságot adományozza.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus . . . Waciensi et . . . Tudensi episcopis ac dilecto filio . . . officiali Wesprimiensi salutem . . . Literarum scientia . . . aliaque . . . merita, super quibus apud nos dilectus filius Johannes Wrede, canonicus prebendatus ecclesie sancti Petri Veteribude, Vesprimiensis diocesis, magister in artibus . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Johannis petitio continebat, quod, olim lectoratu dicte ecclesie, per liberam resignationem dilecti filii Nicolai Siculi . . . per eum de illo in manibus . . . Sigismundi, regis Ungarie illustris, . . . sponte factam vacante, idem rex Sigismundus dictum lectoratum . . . eidem Johanni auctoritate regia, qua fungebatur, contulit et de illo etiam sibi providit, licet de facto; quodque dilecti filii Capitulum dicte ecclesie eundem Johannem ad huiusmodi lectoratum . . . receperunt et admiserunt, ipseque Johannes . . . predictum lectoratum . . . tenet et possidet. Cum autem . . . idem Johannes dubitet, resignationem, collationem . . . huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere . . . mandamus, quatenus . . . lectoratum predictum, cuius fructus . . . centum florenorum . . . valorem annuum non excedunt . . . eidem Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis. Non obstantibus . . . quod ipse Johannes, ut asserit, canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quadraginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas Septembris anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Volumen rubrum B. f. 92. — Monumenta. 448.)

CDXXXIV.

1402. Szeptember 8.

IX. Bonifácz pápa Bereczkfi Péternek az ötvösi plébániát adományozza.

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . . Episcopo Tudensi et dilectis filiis preposito ecclesie beate Marie virginis de Submonte Irwgh, Quinqueecclesiensis diocesis, ac . . . archidiacono Segesdiensi in ecclesia Vesprimiensi salutem etc. Vite

ac morum honestas, . . . super quibus . . . Petrus Brictii, clericus Vesprimiensis diocesis, commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque . . . parochialis ecclesia beate Marie virginis de Wtws,[1] dicte diocesis, quam quondam Georgius Michaelis dictus Takacz . . . obtinebat, per ipsius Georgii obitum, . . . vacet ad presens . . . mandamus, quatenus . . . ecclesiam predictam, cuius fructus quinque marcharum argenti . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Petro . . . conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . quod nos dudum dicto Petro, ut asserit, de canonicatu et prebenda ecclesie Quinqueecclesiensis, quorum fructus sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt . . . gratiose mandavimus provideri . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto idus Septembris anno tertiodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIII. Liber 146. f. 39. — Monumenta. 457.)

CDXXXV.

1402. Deczember 1.

IX. Bonifácz pápa egy fehérvári kanonokság iránt folytatott perben itéletet hoz.

Bonifacius etc. Dilecto filio magistro Brande de Castellione, capellano nostro et causarum Palatii apostolici auditori, salutem etc. Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Johannes Jacobi, clericus Jauriensis diocesis, commendatur . . . Nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Johannis petitio continebat, quod, orta dudum inter ipsum et . . . Blasium Ladislai, qui se gerit pro clerico Cenadiensis diocesis, super canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos tunc per obitum quondam Gregorii Valentini, . . . vacantes Johannes se, vigore quarundam litterarum nostrarum, . . . acceptasse et de illis sibi provisum et in eorum corporalem possessionem inductum fuisse, dictumque Blasium se . . . opposuisse et opponere . . . Blasius vero predicti eosdem canonicatum et prebendam ad se de iure spectare asserebant, materia questionis; nos causam huiusmodi . . . dilecto filio magistro Leonardo de Sulmona, capellano nostro et causarum palatii apostolici auditori, audiendam commisimus; . . . idemque auditor, in ipsa possessorii causa duntaxat procedens, diffinitivam, per quam inter cetera Johannem ab eisdem canonicatu et prebenda amovit et ad eos Blasium prefatos restituit et reintegravit, sententiam promulgavit, a qua pro parte dicti Johannis fuerat ad

[1] Ötvös Somogy megyében.

sedem apostolicam appellatum; nosque causam appellationis huiusmodi tibi audiendam commisimus . . . tuque . . . ad nonnullos alios actus, citra tamen conclusionem, diceris processisse; cum autem . . . dictus Gregorius olim dicte sedis et familiaris noster extiterit, et pro eo a nonnullis dubitetur, acceptationem et provisionem huiusmodi et inde secuta viribus non subsistere, ac etiam a nonnullis asseratur, neutri Johannis et Blasii predictorum in dictis canonicatu et prebenda seu ad eos ius competere: . . . mandamus, quatenus, si per eventum litis huiusmodi tibi constiterit, neutri Johannis et Blasii predictorum in ipsis canonicatu et prebenda seu ad eos ius competere, eosdem canonicatum et prebendam, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . prefato Johanni auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendas Decembris anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber 172. f. 35. — Monumenta. 474.)

CDXXXVI.

1402. Decz̨ember 12.

IX. Bonifácz̨ pápa Dobszai Mihálynak ó-budai kanonokságot adományoz̨.

Bonifacius . . . Venerabili fratri episcopo Waradiensi salutem . . . Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie sancti Petri Veteris Budensis, Vesprimiensis diocesis, per liberam resignationem Johannis Bartholomei de Chrethan . . . per Jacobum de Submago, archidiaconum Cumanum, procuratorem suum . . . in manibus nostris sponte factam . . . vacaverint . . . Nos volentes . . . Michaelem Petri de Dobza, clericum dicte diocesis, . . . favore prosequi . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quadraginta florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, . . . prefato Michaeli conferas et assignes . . . Datum Rome apud sanctum Petrum secundo idus Decembris anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber 152. f. 174. — Monumenta. 478.)

CDXXXVII.

1402. Decz̨ember 17.

IX. Bonifácz̨ pápa «Ladislao preposito ecclesie sancte Margarethe virginis de Demes, Vesprimiensis diocesis» megengedi, hogy gyóntatója általános feloldozásban részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber —. f. 151. — Monumenta. 481.)

CDXXXVIII.

1402. Decz̃ember 27.

IX. Bonifácz̃ pápa Unyi Bertalannak fehérvári kanonokságot adományoz̃.

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . . episcopo Terracinensi et . . . Waradiensis ac . . . Omnium Sanctorum de Castro Vesprimiensis ecclesiarum prepositis salutem etc. Vite ac morum honestas . . . super quibus Bartholomeus Nicolai de Uny, clericus Vesprimiensis diocesis . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Bartholomei petitio continebat, quod, olim canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie Alberegalis, dicte diocesis, quos quondam Thomas parvus, dictus Nepus, . . . obtinebat, per eiusdem Thome obitum, . . . vacantibus, . . . Johannes Zudor, prepositus dicte ecclesie, . . . eosdem canonicatum et prebendam . . . prefato Bartholomeo auctoritate ordinaria contulit . . . Cum autem . . . dictus Bartholomeus dubitet, collationem et provisionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Bartholomeo . . . auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sexto kalendas Januarii anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber 172. f. 92. — Monumenta. 489.)

CDXXXIX.

1402. Decz̃ember 28.

IX. Bonifácz̃ pápa a somogymegyei Ötvös helységben plébánia alapítását engedélyezi.

Bonifacius etc. Dilecto filio preposito ecclesie beate Marie de Alberegali Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte . . . nobilis mulieris Catherine, relicte quondam Georgii Nicolai de Bathiani domicelli vidue, ac . . . nobilium virorum Ladislai et Alberti, eiusdem Catherine natorum, domicellorum Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod dudum . . . Sigismundus, rex Ungarie illustris, de Vothus,[1] in qua sancte Marie, et de Zobas,[2] in

[1] Ötvös, Somogy megyében.
[2] Szabás, ugyanott.

qua sanctorum Cosme et Damiani, ac duas Athab,[1] vulgariter nuncupatas, in quibus sancti Georgii parochiales ecclesie, nec non de Barathi[2] villas, in dicta diocesi consistentes, in qua quedam capella, sine cura, dicte ecclesie sancti Georgii subiecta, existunt, . . . prefato Georgio, . . . suisque filiis et heredibus . . . auctoritate regia concessit et donavit; quodque domini temporales dictarum villarum, qui fuerunt pro tempore, omnes decimas et bladi, vini et aliarum rerum de dictis villis provenientes, percipere consueverunt, prout illas Catherina et nati predicti aliquandiu perceperunt ac percipiunt, quamvis de facto. Cum autem, . . . Catherina et nati predicti . . . tres ecclesie sancte Marie et reliquam quartam partes decimarum predictarum aliis ecclesiis et capelle prefatis inter rectores earundem aliarum ecclesiarum equali portione dividendum, ad effectum, ut ecclesia sancte Marie in plebaniam erigatur . . . ac alie ecclesie et capella predicte eidem ecclesie sancte Marie perpetuo subiiciantur, pia largitione donaverunt: . . . nos de premissis certam notitiam non habentes . . . mandamus, quatenus, si est ita, donationem et assignationem predictas . . . factas auctoritate nostra approbes et confirmes prefatamque ecclesiam sancte Marie in plebaniam eadem auctoritate erigas . . . ac nichilominus sanctorum Cosme et Damiani et sancti Georgii ecclesias ac capellas predictas, dummodo ad id parochianorum earundem sanctorum Cosme et Damiani et sancti Georgii ecclesiarum accedat assensus, prefate ecclesie beate Marie auctoritate predicta perpetuo subiicere procures . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto kalendas Januarii anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber 172. f. 209. — Monumenta. 490.)

CDXL.

1403. Február 9.

IX. Bonifácz pápa egy veszprémi kanonokság iránt folytatott perben ítéletet hoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . . episcopo Tudensi et . . abbati monasterii sancti Aniani de Thiconio ac . . . custodi ecclesie beate Marie virginis de Alberegali, Vesprimiensis diocesis, salutem etc. Exhibita nobis pro parte . . . Galli Sebastiani de Kharatz, canonici ecclesie Vesprimiensis, petitio continebat, quod, licet olim ipse canonicatum et prebendam dicte ecclesie, tunc per obitum quondam Emerici cantoris, ipsius ecclesie canonici, vacantes, vigore quarumdam litterarum apostolicarum . . . acceptasset, et de illis sibi provisum fuisset canonice,

[1] Nagy- és Kis-Atád, ugyanott.
[2] Baráthi, Szobb mellett, ugyanott.

tamen . . . Petrus Martini de Jaurino, qui se gerit pro clerico Jauriensi, falso asserens, dictos canonicatum et prebendam ad se spectare . . . impedit . . . quominus gratia, acceptatio . . . predicte debitum . . . sortiantur effectum, dictosque canonicatum et prebendam . . . detinet . . . propter que idem Gallus ad sedem apostolicam appellavit; nosque causam appellationis huiusmodi et negotii principalis . . . Nicolao, episcopo Ferentinati, qui tunc locum unius ex auditoribus causarum palatii apostolici de mandato nostro tenebat, prout tenet . . . audiendam commisimus . . . qui procuratoris dicti Galli, coram eo in iudicio comparentis, predictum Petrum . . . citari fecit ad certos terminos; . . . deinde vero . . . Johannes Stunck, procurator dicti Petri, coram eodem episcopo in iudicio comparens, . . . prefatus episcopus . . . per suam diffinitivam sententiam . . . declaravit . . . gratiam, acceptationem et provisionem predictas fuisse et esse canonicas . . . dictosque canonicatum et prebendam ad prefatum Gallum . . . spectare, ipsumque Petrum ab occupatione et detentione dictorum canonicatus et prebende amovendum fore, et quantum potuit, amovit, . . . nos itaque . . . mandamus, quatenus eundem Gallum . . , in corporalem possessionem canonicatus et prebende . . . amoto exinde dicto Petro, inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto idus Februarii anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber —. f. 115. — Monumenta. 505.)

CDXLI.

1403. Márczius 9.

IX. Bonifácz pápa György bosniai püspököt a veszprémi püspökségre áthelyezi.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Georgio episcopo Vesprimiensi, salutem . . . Dudum siquidem bone memorie Michaele, episcopo Vesprimiensi, regimini Vesprimiensis ecclesie presidente . . . nos provisionem eius ecclesie . . . dispositione nostre . . . duximus specialiter reservandam . . . Postmodum vero dicta ecclesia per obitum ipsius Michaelis episcopi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante . . . ad te, episcopum Bosnensem, qui ex certis causis olim ab ecclesia Bosnensi, cui tunc preeras, per sedem apostolicam amotus fuisti, et episcopus nullius ecclesie remansisti, consideratis grandium virtutum meritis, quibus personam tuam, prout fidedignorum accepimus testimonio, dominus insignivit . . . direximus oculos nostre mentis. Quibus omnibus . . . pensatis, de persona tua . . . eidem Vesprimiensi ecclesie . . . providemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem . . . Datum Rome apud sanctum Petrum septimo idus Martii anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Lib. de provisionibus. f. 255. — Monumenta. 509.)

CDXLII.

1403. Márczius 23.

György veszprémi püspök részéről a bullákért a szent-széknek fizetendő megerősítési díjak tárgyában kiállított nyilatkozat.

Anno nativitatis domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo tertio . . . die vigesima quarta mensis Marcii reverendus in Christo pater dominus Georgius Dei gratia episcopus Vesprimiensis, personaliter promisit camere et collegio pro suo communi servitio nongentos florenos auri de camera et quinque servitia consueta.

(A vaticáni levéltárban. Obligationes Collegii. Volumen 592. fol. 54.)

CDXLIII.

1403. Június 11.

IX. Bonifácz pápa egy fehérvári kanonokság iránt folytatott perben itéletet hoz.

Bonifacius etc. Venerabili fratri episcopo Tudensi et . . . abbati monasterii sancti Aniani de Tikonio ac preposito ecclesie sancti Nicolai extra muros Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem. Exhibita nobis pro parte . . . Blasii Stephani, canonici ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod, olim canonicatu et prebenda dicte ecclesie per obitum quondam Blasii Feyer, alias dicti Gyrus, . . . vacantibus, quondam Blasius Nicolai, etiam ipsius ecclesie canonicus, eosdem canonicatum et prebendam . . . vigore quarumdam litterarum apostolicarum . . . acceptavit et de illis sibi fecit provideri; et licet postmodum dicto Blasio Stephani de eisdem canonicatu et prebenda tunc per obitum dicti Blasii Nicolai, qui, antequam ipsorum possessionem adeptus foret, decessit, vacantibus auctoritate apostolica canonice mandatum fuisset provideri, dictique canonicatus et prebenda sibi huiusmodi gratie et mandati vigore deberentur, tamen . . . Petrus Ladislai de Ruzgini (sic) et Demetrius de Tur, qui se gerunt pro clericis Jauriensis et Vesprimiensis diocesium, falso asserentes predictos canonicatum et prebendam ad se spectare . . . impediverunt et impediunt . . . quominus gratia predicta, eidem Blasio Stephani facta, debitum . . . sortiatur effectum ipseque Demetrius eosdem canonicatum et prebendam occupavit et detinuit, prout detinet indebite occupatos; . . . ortaque propterea inter Blasium Stephani ex una et Petrum

ac Demetrium predictos . . . materia questionis, nos causam huiusmodi . . . Nicolao, episcopo Ferentinati, . . . audiendam commisimus; . . . idemque episcopus ad instantiam dicti Blasii Stephani, coram eo in iudicio comparentis, prefatos Petrum et Demetrium citari fecit, . . . in quo quidem termino magister Johannes Scrivani, procurator dicti Blasii Stephani, coram eodem episcopo in iudicio comparens . . . predictorum citatorum non comparentium contumaciam accusavit, prefatusque episcopus . . . Petrum et Demetrium . . . citari fecit ad certum terminum; . . . in quo dicto Johanne Scrivani et . . . magistro Johanne Stunck, procuratore dicti Demetrii, . . . coram eodem episcopo in iudicio comparentibus predictus episcopus . . . in certa die, ad hoc prefixa, sepedictus . . . pronunciavit, decrevit et declaravit per prefatum episcopum bene fuisse et esse processum, sententiatum et diffinitum, . . . Nos itaque . . . mandamus, quatenus . . . prefatum Blasium Stephani . . . in corporalem possessionem canonicatus, prebende . . . amotis exinde Demetrio et Petro predictis, inducatis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quinto idus Maii anno quartodecimo.

(Regesta Datariæ. Anni XIV. Liber de regularibus. f. 205. — Monumenta. 581.)

CDXLIV.

1404. Márczius 18, Július 9, 10.

IX. Bonifácz pápa «Nobili viro Michaeli Borka de Zanto, et nobili mulieri, Margarite, eius uxori», — «Nobili viro Andree Matthie de Kustán et nobili mulieri Susanne, eius uxori», — «Nobili viro Dyonisio Stephani de Marczali domicello et nobili mulieri Jakchiaczon[1] *eius uxori», — «Stephano Johannis rectori parochialis ecclesiae sancti Aniani de Marczali Vesprimiensis diocesis» megengedi, hogy őket gyóntatójuk általános föloldozásban részesítse.*

(Regesta Datariæ. Anni XV. Liber 166. — Monumenta. IV. 599., 604.)

[1] Valószinűleg Jakchi asszony.

CDXLV.

1405. *Január 6.*

VII. Incze pápa Istvánfi Miklósnak a veszprémi káptalanban kanonokságot és főesperességet adományoz.

Innocentius . . . Venerabili fratri episcopo Waradiensi et dilectis filiis Brande electo Placentino ac preposito ecclesie Albensis, Wesprimiensis diocesis, salutem . . . Vite ac morum honestas, . . . super quibus . . . Nicolaus Stephani de Sanatibus (sic) clericus Cenadiensis diocesis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Wesprimiensis ac archidiaconatus de Segusd in eadem ecclesia, quos quondam Andreas dictus Toth . . . obtinebat, per ipsius . . . obitum . . . vacent ad presens, . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos . . . et cuius ac dictorum canonicatus et prebende fructus . . . septuaginta marcharum argenti puri . . . non excedunt . . . prefato Nicolao . . . conferre et assignare curetis. Non obstantibus . . . quod dudum prefato Nicolao, ut asserit, de canonicatu sub exspectatione prebende ecclesie Mediolanensis gratiose concessimus provideri. Datum Rome apud sanctum Petrum secundo nonas Januarii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber VII. f. 223.)

CDXLVI.

1405. *Augusztus 25.*

VII. Incze pápa «Petro Ladislai de Rozgon, preposito ecclesie de Hantha, Jauriensis (sic) diocesis» megengedi, hogy bárhol, hordozható oltáron, misét mondhasson.

(Regesta Datariæ. Annus I Libro misto.)

CDXLVII.

1405. Augusztus 29.

VII. Incze pápa «nobili mulieri Catherine relicte condam Nicolai de Logod sub monte Budensi Vesprimiensis diocesis» engedélyezi, hogy gyóntatója az általános föloldozás kegyében részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Annus I. Libro misto.)

CDXLVIII.

1406. Márczius 4.

VII. Incze pápa Péterfi Imrének fehérvári kanonokságot adományoz.

Innocentius . . . Episcopo Adriensi et preposito beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ac Mathie dicto Fa canonico Vesprimiensis ecclesiarum salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Emericus Petri, clericus Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur . . . nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Stephanus de Sech . . . obtinebat, per ipsius Stephani obitum . . . vacaverint . . . mandamus, quatenus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Emerico conferre et assignare curetis . . . Datum Viterbii quarto nonas Martii anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber I. f. 432.)

CDXLIX.

1406. Márczius 17.

VII. Incze pápa Csitári Miklósnak óbudai kanonokságot adományoz.

Innocentius . . . Custodi ecclesie Vaciensis salutem . . . Cum itaque sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Vesprimiensis ac archidiaconatus de Seghesdino in eadem ecclesia, quos quondam Andreas, dictus Tot, . . . obtinebat,

per ipsius Andree obitum . . . vacaverint . . . Nos volentes . . . Nicolaum Johannis de Chitar, canonicum ecclesie beati Petri de Veteribuda, Vesprimiensis diocesis, . . . favore prosequi . . . mandamus, quatenus, si . . . dictum Nicolaum . . . ad dictum archidiaconatum obtinendum ydoneum esse reppereris . . . canonicatum et prebendam ac archidiaconatum, et si forsan ita esse non reppereris . . . dummodo ipsum alias ad obtinendum canonicatum et prebendam duntaxat, quorum necnon dicti archidiaconatus fructus . . . quadraginta marcharum argenti . . . non excedunt . . . eidem Nicolao . . . conferas et assignes . . . Non obstantibus, . . . quod idem Nicolaus . . . canonicatum et prebendam dicte ecclesie beate Petri, quorum fructur . . . sexaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt, noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum sextodecimo kalendas Junii anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XV. f. 136.)

CDL.

1406. Május 29.

VII. Incze pápa a fehérvári prépostságnak Zsigmond királytól Jakabfi Miklós részére történt adományozását megerősíti.

Innocentius . . . Dilecto filio preposito ecclesie Vesprimiensis salutem . . . Exhibita siquidem nuper pro parte dilecti filii Nicolai Jacobi, canonici Strigoniensis, petitio continebat, quod olim prepositura Romane ecclesie immediate subiecta ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quam quondam Johannes dictus Zudar . . . obtinebat, per ipsius Johannis obitum . . . vacante . . . Sigismundus, rex Ungarie illustris, verus patronus dicte prepositure . . . prefatum Nicolaum ad eandem preposituram capitulo dicte ecclesie infra tempus legitimum presentavit ipsique capitulum, cum ad eos institutio prepositi eiusdem ecclesie . . . pertineat, prefatum Nicolaum in prepositum ipsius ecclesie auctoritate ordinaria instituerunt, . . . cum autem . . . ipse Nicolaus . . . dubitet presentationem et institutionem huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, nos volentes eundem Nicolaum consideratione prefati regis pro eodem Nicolao, dilecto capellano suo, nobis super hoc humiliter supplicantis, favore prosequi gratioso, . . . mandamus, quatenus, si . . . dictum Nicolaum . . . ydoneum esse reppereris . . . prepositurum predictam, que curata et dignitas principalis in dicta ecclesia existit, cuiusque fructus trecentarum marcharum argenti puri, . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Nicolao conferas et assignes . . . Non obstantibus, . . . quod idem Nicolaus, ut asserit, Strigoniensis et Agriensis ac Boznensis ecclesiarum canonicatus et prebendas, quo-

rum omnium triginta necnon archidiaconatum Gumuriensem in eadem Strigoniensi ecclesia, qui curatus et cuius viginti marcharum argenti puri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere, nos enim cum eodem Nicolao, ut dictam preposituram . . . unacum predicto archidiaconatu usque ad unum annum . . . retinere . . . valeat . . . dispensamus. Volumus autem, quod ipse Nicolaus lapso huiusmodi anno eundem archidiaconatum . . . dimittere teneatur . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto kalendas Junii anno secundo.

CDLI.

1406. Deczember 19.

XIII. Gergely pápa a veszprémi Minden-szentek prépostságának Balásfi Jakab részére VII. Incze pápától történt adományozását megerősíti.

Gregorius . . . Episcopo Placentino et . . . sancti Johannis de castro Quinqueecclesiensi ac beate Marie de submonte Vrwgh, Quinqueecclesiensis diocesis, ecclesiarum prepositis salutem . . . Dudum siquidem per . . . Innocentium, papam VII, predecessorem nostrum accepto, quod prepositura ecclesie Omnium Sanctorum de castro Vesprimiensi, quam quondam Ladislaus dictus Magnus de Nagypatack . . . obtinebat, per ipsius Ladislai obitum . . . vacaverit, tunc idem predecessor volens . . . Johanni Blasii de Czaack, canonico ecclesie sancti Johannis Baptiste de castro Quinqueecclesiensi, . . . gratiam facere, . . . voluit et concessit videlicet sexto decimo kalendas Augusti pontificatus sui anno secundo eandem preposituram, que curata et dignitas principalis in eadem ecclesia Omnium Sanctorum existit, et ad quam quis per electionem non assumitur, cuiusque fructus . . . quadraginta marcharum argenti puri . . . valorem annuum . . . non excedebant, . . . prefato Johanni auctoritate apostolica conferri et assignari, non obstantibus . . . quod idem Johannes, ut asserebat, super canonicatu et prebenda dicte ecclesie sancti Johannis tres pro se et contra quendam adversarium suum, in palatio apostolico litigando, diffinitivas sententias reportaverit et super parochiali ecclesia Gywd, Quinqueecclesiensis diocesis, in eodem palatio litigabat ac dudum sibi de archidiaconatu de Baranya in ecclesia Quinqueecclesiensi, quorum possessionem nondum habebat, et quorum omnium fructus . . . etiam quadraginta marcharun argenti . . . non excedebant, auctoritate apostolica provisum fuerat, quodque auctoritate quarundam litterarum eiusdem Innocentii predecessoris canonicatum, sub exspectatione prebende, eiusdem ecclesie Quinqueecclesiensis noscebatur obtinere; voluit autem idem . . . quod quamprimum predictus Johannes . . . eandem preposituram foret

pacifice assecutus, parochialem ecclesiam et archidiaconatum predictos, si interim eos evinceret . . . alioquin omne ius . . . ad eos . . . dimittere teneretur . . . Ne autem pro eo, quod super . . . concessione huiusmodi . . . predecessoris superveniente obitu, littere apostolice confecte non fuerunt, predictus Johannes . . . concessionis frustraretur effectu . . . decernentes, quod . . . concessio perinde a dicta die . . . sortiatur effectum, ac si . . . littere . . . confecte fuissent . . . mandamus, quatenus . . . prepositurum predictam . . . prefato Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quarto decimo kalendas Januarii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber III. f. 47.)

CDLII.

1407. April 15.

XIII. Gergely pápa Istvánfi Balázsnak a fehérvári egyházban kápolna-javadalmat adományoz.

Gregorius . . . Episcopo Placentino et . . . abbati monasterii sancti Aniani de Ticonio, Vesprimiensis diocesis, ac preposito ecclesie Vesprimiensis salutem . . . Vite ac morum honestas, . . . super quibus . . . Blasius Stephani, canonicus ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur, Nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. — Cum itaque . . . capella sancte Catherine, sita ad latus dicte ecclesie, quam quondam Petrus Egidii . . . obtinebat, per ipsius Petri obitum . . . vacaverit . . . mandamus, quatenus . . . capellam prefatam, que sine cura est, et cuius fructus . . . quadraginta marcharum argenti puri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Blasio auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . quod idem Blasius, ut asserit, canonicatum et prebendam dicte ecclesie, quorum quinquaginta ac parochialem ecclesiam de Ewsy, dicte diocesis, cuius viginti florenorum auri fructus . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Maii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber II. f. 131. t.)

CDLIII.

1407. Október 25.

XIII. Gergely pápa fehérvári kanonoki javadalomnak a fehérvári prépositól Bálintfi János részére történt adományozását megerősíti.

Gregorius . . . Preposito ecclesie sancti Nicolai extra muros Alberegalis Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte . . . Johannis Valentini, presbiteri Agriensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ex eo vacantibus, quod dilectus filius Nicolaus, prepositus eiusdem ecclesie, cum ad prepositum dicte ecclesie, pro tempore existentem, canonicorum delinquentium eiusdem ecclesie privatio et amotio eorundemque canonicatuum et prebendarum collatio et provisio . . . pertineant, Paulum dictum Deers, tunc prefate ecclesie canonicum, propter hoc ad sui presentiam evocatum legitime eum, suis culpis et demeritis exigentibus, dictis canonicatu et prebenda per suam diffinitivam sententiam, que nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, auctoritate ordinaria privaverat . . . idem Nicolaus eosdem canonicatum et prebendam, sic vacantes, prefato Johanni dicta auctoritate contulit . . . dictusque Johannes eosdem . . . tenuit . . . prout et tenet. — Cum autem . . . idem Johannes dubitet collationem . . . huiusmodi . . . viribus non subsistere . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Johanni auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Senis octavo kalendas Novembris anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber III. f. 224. t.)

CDLIV.

1407. Október 25.

XIII. Gergely pápa a fehérvári kanonokságnak a fehérvári prépositól Demeterfi Dénes részére történt adományozását megerősíti.

Gregorius . . . Preposito ecclesie sancti Nicolai extra muros Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dionisii, Demetrii, rectoris altaris sancti Pauli, sibi in ecclesia beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda eiusdem

ecclesie, quos Thomas Cantor, ipsius ecclesie canonicus, tunc temporis obtinebat, ex eo vacantibus, quod ... Nicolaus, prepositus eiusdem ecclesie, dictum Thomam ... canonicatu et prebenda predictis ... privaverat ... idem prepositus ... canonicatum et prebendam sic vacantes dicto Dionisio ... contulit ... Cum autem ... prefatus Dionisius dubitet collationem ... viribus non subsistere, ... mandamus, quatinus ... canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus ... quinquaginta florenorum auri ... valorem annuum ... non excedunt ... eidem Dionisio auctoritate nostra conferas et assignes ... Non obstantibus ... quod idem Dionisius ... altare predictum, cuius fructus ... decem florenorum auri ... valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere ... Datum Senis octavo kalendas Novembris anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber III. f. 221. t.)

CDLV.

1407. November 18.

XIII. Gergely pápa a palaznaki plébániának VII. Incze pápától Barnabásfi Benedek részére történt adományozását megerősíti.

Gregorius ... Episcopo Placentino et ... preposito sancti Nicolai er custodi beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem ... Dudum siquidem per ... Innocentium, papam VII. predecessorem nostrum accepto, quod parochialis ecclesia sancti Andree in Polosnac, Vesprimiensis diocesis, per liberam resignationem ... Thome Petri ... coram certis notario publico et testibus ... factam vacaverat ... idem predecessor ... volens ... Benedicto Barnabe, subdiacono dicte diocesis ... gratiam facere ... voluit et concessit videlicet quartodecimo kalendas Aprilis pontificatus sui anno secundo ecclesiam predictam, cuius fructus ... decem et octo marcharum argenti puri ... valorem annuum non excedebant ... eidem Benedicto auctoritate apostolica conferri et assignari ... Ne autem pro eo, quod super voluntate et concessione dicti Innocentii ... eius superveniente obitu littere apostolice confecte non fuerunt, prefatus Benedictus earundem voluntatis et concessionis frustraretur effectu ... mandamus, quatinus ... prefato Benedicto ... auctoritate prefata conferre et assignare curetis ... Datum Rome apud sanctum Petrum quarto decimo kalendas Decembris anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber II. f. 97.)

CDLVI.

1407. November 29.

XIII. Gergely pápa a Magyarországból száműzött Jánosfi Dénes fehérvári kanonoknak Dalmáczziában apátságot adományoz.

Gregorius . . . Archiepiscopo Jadrensi et episcopo Ferentinati ac . . . abbati monasterii sancti Stephani Spalatensis salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Dionisius Johannis de Heve (sic) canonicus ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . commendatur . . , nos inducunt, ut sibi . . . concedamus, per que opportunitatibus suis valeat providere, cum itaque . . . monasterium sancti Andree in pelago, ordinis sancti Benedicti, Spalatensis diocesis . . . vacaverit, . . . nos tam dicto monasterio, quod, ut idem Dionisius asserit, est desertum et penitus derelictum et quadraginta annis et ultra vacavit, de gubernatore . . . ydoneo . . . quam etiam prefato Dionisio, qui de regno Ungarie expulsus et suis beneficiis ecclesiasticis ac possessionibus patrimonialibus spoliatus existit et sperat dictum monasterium taliter reparare, quod poterit habitari et in eo cultus divinus exerceri, ne in cleri opprobrium mendicare cogatur de alicuius subventionis auxilio providere volentes, . . . mandamus, quatinus . . . monasterium . . . predictum, cuius fructus . . . vigintiquinque florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Dionisio . . . in commendam concedere curetis . . . Datum Avimini tertio kalendas Decembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber VI. f. 226.)

CDLVII.

1408. Június 18.

XII. Gergely pápa «Nicolao Lermester oppidano oppidi Budensis et Anne eius uxori, Vesprimiensis diocesis» engedélyezi, hogy őket gyóntatójuk az általános feloldozás kegyében részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber VI. f. 264.)

CDLVIII.

1410. Május 25.

XXIII. János pápa Györgyfi Miklósnak veszprémi kanonokságot adományoz.

Johannes . . . Nicolao Georgii de Varrag, canonico ecclesie Jauriensis salutem . . . Volentes itaque tibi, qui presbiter es . . . gratiam facere . . . unum in Jauriensi et alium in Vesprimiensi ecclesiis canonicatus . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . ac unam in Jauriensi et alteram in Vesprimiensi ecclesiis prebendas, si que vacant . . . vel cum vacaverint . . . conferendas tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . Datum Bononie octavo kalendas Junii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus V. Liber XLVII. f. 287.)

CDLIX.

1410. Május 28.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostságot János bibornoknak adományozza.

Johannes . . . Archiepiscopo Pisano et . . . abbati monasterii sancte Marie de Sewrch, Vesprimiensis diocesis, ac preposito ecclesie Vesprimiensis salutem . . . Dum exquisitam . . . Johannis, tituli sancte crucis in Jerusalem presbiteri cardinalis, circumspectionis industriam diligenter attendimus . . . dignum reputamus et congruum, ut illa ipsum gratia favorabiliter prosequamur, per quam suis opportunitatibus pro expensarum oneribus commodius supportandis, que ipsum subire oportet, commode valeat providere. Cum itaque, sicut accepimus, prepositura ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quam quondam Johannes Souder[1] (sic) . . . obtinebat, per ipsius Johannis obitum vacaverit et vacet ad presens . . . motu proprio . . . mandamus, quatinus, . . . preposituram predictam, cuius fructus . . . quadraginta marcharum argenti . . . valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, . . . eidem cardinali auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . Datum Bononie quinto kalendas Junii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber VII. f. 34.)

[1] Czudar.

CDLX.

1410. Október 16.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostságot András bibornoknak adományozza.

Johannes . . . Antonio, tituli sancti Marci presbitero cardinali salutem . . . Dudum siquidem per . . . Alexandrum, papam V . . . accepto, quod prepositura ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quam quondam Johannes Souder[1] . . . obtinebat, per eiusdem Johannis obitum . . . vacaverat . . . idem predecessor per suas litteras de prepositura predicta . . . bone memorie Johanni . . . cardinali gratiose mandavit provideri, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cum itaque postmodum prepositura predicta, . . . per obitum eiusdem cardinalis illius possessione per eum non habita, . . . apud sedem ipsam vacaverit . . . motu proprio . . . preposituram predictam, cuius fructus . . . quadraginta marcharum argenti puri . . . valorem annuum, ut asseritur, non excedunt . . . apostolica tibi auctoritate conferimus . . . Datum apud castrum Sancti Petri Bononiensis diocesis decimoseptimo kalendas Novembris anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber VII. f. 116. t.)

CDLXI.

1411. Február 26.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostokat azon kiváltsággal ruházza föl, hogy a főpapi jelvényeket használhassák.

Johannes . . . Benedicto Michaelis, preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis salutem . . . Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu et successores tui prepositi ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, . . . mitra, annulo, baculo pastorali et aliis, pontificalibus insigniis uti, necnon, quod in dicta ecclesia ac quibuscunque aliis ecclesiis, ad te ratione prepositure dicte ecclesie beate Marie pertinentibus, quamvis tibi pleno iure non subsint, benedictionem solemnem post missarum, vesperarum et matutinorum solemnia, dummodo in benedictione aliquis antistes vel sedis Apostolice Legatus

[1] Czudar.

presens non fuerit, elargiri possitis, . . . tibi et eisdem successoribus auctoritate apostolica de speciali gratia tenore presentium indulgemus . . . Datum Bononie quarto kalendas Martii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber IX. f. 25. t.)

CDLXII.

1411. Február 26.

XXIII. János pápa a fehérvári kanonokságnak Valkai András részére a prépositól es káptalantól történt adományozását megerősíti.

Johannes . . . Preposito ecclesie sancti Stephani de castro Strigoniensi salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte . . . Simonis Dominici de Valko, clerici Quinqueecclesiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, per liberam resignationem . . . Andree Dominici de Valko . . . vacantibus . . . prepositus et capitulum . . . canonicatum et prebendam predictos . . . eidem Simoni auctoritate ordinaria contulerunt . . . Cum autem . . . idem Simon dubitet collationem . . . viribus non subsistere . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . decem marcharum argenti . . . valorem annuum . . non excedunt, . . . eidem Simoni auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Bononie quarto kalendas Martii anno primo.

(Regesta Datariæ. Annus I. Volumen rubrum. f. 66.)

CDLXIII.

1411. Február 26.

XXIII. János pápa a fehérvári kanonokságnak Miklósfi Balázs részére a prépositól es káptalantól történt adományozását megerősíti.

Johannes . . . Preposito ecclesie sancti Stephani de castro Strigoniensi salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte . . . Blasii Nicolai de Albaregali, clerici Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim canonicatu et prebenda ecclesie sancte Marie de Albaregali, dicte diocesis, quos quondam Paulus de Oskola . . . obtinebat, per ipsius Pauli obitum . . . vacantibus, . . . Johannes prepositus et capitulum dicte ecclesie, . . . eosdem canonicatum et prebendam sic vacantes eidem Blasio

auctoritate ordinaria contulerunt . . . Cum autem . . . idem Blasius dubitet collationem . . . viribus non subsistere . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . decem marcharum argenti . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Blasio auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Bononie quarto kalendas Martii anno primo.

Regesta Datariæ. Annus I. Volumen rubrum. f. 67.)

CDLXIV.

1411. April 29.

XXIII. János pápa a somogyvári apátságot Jánosfi Tamásnak adományozza.

Johannes . . . Thome Johannis, abbati monasterii sancti Egidii de Simigio, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Dudum siquidem quondam Paulo, abbate monasterii sancti Egidii de Simigio, . . . regimini eiusdem monasterii presidente, nos . . . provisionem dicti monasterii . . . dispositioni nostre duximus ea vice specialiter reservandam, postmodum vero prefato monasterio per obitum dicti Pauli . . . abbatis regimine destituto, Nos ad provisionem ipsius monasterii . . . intendentes . . . demum ad te, tunc monachum eiusdem monasterii, ordinem ipsum expresse professum et in sacerdotio . . . constitutum . . . direximus oculos nostre mentis . . . Quibus . . . omnibus pensatis de persona tua . . . prefato monasterio . . . providemus teque illi preficimus in abbatem . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio kalendas Maii anno primo.[1]

(Regesta Datariæ. Annus I. Liber VII. f. 205.)

CDLXV.

1411. Május 12.

XXIII. János pápa Tamás somogyvári apátot felhatalmazza, hogy magát bármely főpaptól apáttá felavattathassa.

Johannes . . . Thome, abbati monasterii sancti Egidii de Simigio, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Tuis supplicationibus inclinati,

[1] Ugyanezen napon a somogyvári conventnek, az apátság vasallusainak, a veszprémi püspöknek és Zsigmond királynak a szokott értesítő-iratokat küldi a pápa.

tibi, ut a quocunque malueris catholico antistite . . . munus benedictionis recipere valeas . . . plenam concedimus . . . facultatem. Volumus autem, quod . . . formam iuramenti, quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras, tuo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinare procures, quodque per hoc . . . episcopo Vesprimiensi, cui dictum monasterium ordinario iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur. Datum Rome apud sanctum Petrum quarto idus Maii anno primo.

(Regesta Datariæ, Annus I. Liber XIII. f. 240 t.)

CDLXVI.

1411. Augusztus 16.

XXIII. János pápa «Benedicto Michaelis preposito ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, notario nostro» megengedi, hogy gyóntatója az általános feloldozás kegyében részesíthesse, és hogy hordozható oltáron bárhol misét mondhasson.

(Regesta Datariæ. Annus II. Volumen rubrum ff. 204., 230., 300.)

CDLXVII.

1411. Szeptember 1.

XXIII. János pápa Barnabásfi Benedeknek fehérvári kanonokságot adományoz.

Johannes . . . Episcopo Lucerino et . . . Vesprimiensis ac beate Marie Alberegalis . . . ecclesiarum prepositis salutem . . . Vite ac morum honestas, . . . super quibus . . . Benedictus Barnabe, rector altaris sancte Catherine, siti in ecclesia beate Marie oppidi Alberegalis . . . commendatur . . . nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque . . . canonicatus et prebenda ecclesie sancti Nicolai dicti oppidi, quos quondam Petrus Custodis . . . obtinebat, per ipsius Petri obitum . . . vacaverint . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . octo florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . eidem Benedicto auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . quod dictus Benedictus, ut asserit, altare predictum, quod sine cura est et cuius fructus . . . decem florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendas Septembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XVII. f. 1 t.)

CDLXVIII.

1411. Szeptember 5.

XXIII. János pápa Jakabfi Bereczknek fehérvári kanonokságot adományoz.

Johannes . . . Preposito ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie Vesprimiensis, quos quondam Stephanus Magni . . . obtinebat, per ipsius Stephani obitum . . . vacaverint . . . nos volentes . . . Brictium Jacobi de Ber, presbiterum Quinqueecclesiensis diocesis, . . . favore prosequi . . . mandamus, quatinus . . . canocatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quadraginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Brictio auctoritate nostra conferas et assignes . . . Datum Rome apud sanctum Petrum nonis Septembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XVII. f. 1.)

CDLXIX.

1411. Szeptember 18.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostokat kiváltságokkal ruházza föl.

Johannes . . . Benedicto Michaelis, preposito ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis salutem . . . Tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu et successores tui, prepositi ecclesie beate Marie Alberegalis . . . Romane ecclesie immediate subiecte, . . . parochianis eiusdem ecclesie, que etiam parochialis existit, et aliis utriusque sexus hominibus, eidem ecclesie . . . subditis quibuscunque necnon omnibus et singulis personis, . . . quarum confessiones alias de iure vel de consuetudine prepositus ipsius ecclesie . . . audire potest, eorum confessionibus diligenter auditis, singulis annis a dominica palmarum usque ad diem resurrectionis dominice pro commissis per eos etiam in omnibus casibus, in quibus episcopi et locorum ordinarii in suis diocesibus eorum subditos absolvere possunt, debitam absolutionem per vos vel alios per te et huiusmodi successores ad hoc pro tempore specialiter deputatos impendere ac penitentiam salutarem iniungere libere et licite valeatis tibi et eisdem successoribus . . . indulgemus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quartodecimo kalendas Octobris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 198.)

CDLXX.

1411. *Szeptember 18.*

XXIII. János pápa a fehérvári prépostokat kiváltságokkal ruházza föl.

Johannes . . . Benedicto Michaelis preposito ecclesie beate Marie Alberegalis . . . salutem. Tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu et successores tui, prepositi ecclesie beate Marie Alberegalis, . . . qui erunt pro tempore, quibus, ut baculo pastorali et mitra uti, necnon benedictionem solemnem elargiri possitis, a Sede Apostolica esset concessum, ut in posterum quoties cunque te et successores antedictos baculo et mitra uti ac benedictionem huiusmodi elargiri contigerit, omnibus vere penitentibus et confessis ibidem presentibus centum dies de iniunctis eis penitentiis relaxare valeatis, tibi et eisdem successoribus tuis auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia indulgemus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quartodecimo kalendas Octobris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 198.)

CDLXXI.

1411. *Október 5.*

XXIII. János pápa Mihálfi Benedek fehérvári prépostot felmenti attól a kötelezettségtől, hogy a pápai megerősítés előtt javadalmából élvezett jövedelmeket az apostoli kamarának szolgáltassa be.

Johannes . . . Benedicto Michaelis, preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, sedi apostolice immediate subiecte, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu preposituram ecclesie beate Marie Alberegalis . . . antequam tibi de illa, tunc certo modo vacante, auctoritate apostolica provideretur, per aliquod tempus detinueris, fructus percipiendo ex eadem, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut fructus huiusmodi per te ex dicta prepositura a die sextadecima mensis Februarii anni domini nostri Jesu Christi millesimi quadringentesimi decimi usque ad diem vicesimam primam mensis Martii anni eiusdem domini nostri millesimi quadringentesimi decimi perceptos, si et in quantum ad illorum solutionem seu restitutionem camere apostolice faciendam tenearis, tibi remittere et donare de speciali gratia dignaremus . . . Nos . . .

tibi omnes fructus predictos . . . remittimus et donamus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum tertio nonas Octobris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 197. t.)

CDLXXII.

1411. Október 15.

XXIII. János pápa Kratzer György veszprémi egyházmegyei klerikust a szerzetesi fogadalomtól, a mit a budai Agoston-rendű kolostorban tett le, feloldozza.

Johannes . . . . Custodi seu thesaurario ecclesie beate Marie Alberegalis Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita siquidem nobis nuper pro parte . . . Georgii Cratzer, clerici Vesprimiensis diocesis, petitio continebat, quod olim ipse per quendam ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini professorem seductus et etiam correctionem magistri sui, eum tunc in primitivis scientiis imbuentis, perhorrescens domum fratrum dicti ordinis in oppido Budensi, Vesprimiensis diocesis, intravit, quodque habitu regulari dicti ordinis per eum in ipsa domo sumpto, eadem die, qua intraverat, fratres eiusdem domus predictum Georgium, ignorantem tamen quid faceret, quandam scripturam legere et per hoc secundum ipsos fratres professionem regularem dicti ordinis expressam emittere et subsequenter post aliquos dies eundem Georgium ad civitatem Strigoniensem associari et ibidem ad subdiaconatus ordinem promoveri fecerunt, sed idem Georgius tunc revera voluntatem seu intentionem perseverandi in dicto ordine seu emittendi professionem huiusmodi nunquam habuisset, postmodum, quamprimum commode potuit, videlicet infra quinquaginta dies a tempore, quo habitum predictum assumpserat, computandos opportunitate captata, domum prefatam, habitu et ordine huiusmodi derelictis, exivit et ad seculum fuit reversus. Quare pro parte ipsius Georgii fuit Nobis humiliter supplicatum, ut, . . . ipsum ad predicti ordinis observantiam non teneri seu artari posse quoquomodo, declarari mandare . . . dignaremus . . . Mandamus, quatinus, si per depositionem prefati Georgii, cuius assertioni, per eum medio iuramento vallande, super hoc stari et fidem adhiberi volumus, ita esse reppereris, dictum Georgium ad ipsius ordinis observantiam propter premissa non teneri seu a quoquam posse astringi, ita tamen, quod idem Georgius infra certum terminum, sibi per te super hoc statuendum, ordinem sancti Benedicti ingredi, illumque in aliquo monasterio, seu loco eiusdem ordinis sancti Benedicti, in quo voluntarios invenerit receptores, profiteri non postponat, auctoritate predicta declares. Datum Rome apud sanctum Petrum idibus Octobris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 138. t.)

CDLXXIII.

1411. Október 18.

XXIII. János pápa Barnabásfi Benedeknek fehérvári kanonokságot adományoz, és rendelkezik, hogy Benedekfi János, ki azt a javadalmat bitorolta, attól megfosztassék.

Johannes . . . Cantori ecclesie Vesprimiensis salutem . . . Cum itaque, sicut accepimus, canonicatus et prebenda ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, quos quondam Johannes dictus de Harsan . . . obtinebat, per ipsius Johannis obitum . . . vacaverint et vacent ad presens, licet . . . Johannes Benedicti presbiter dicte diocesis, eos detineat indebite occupatos, nos volentes . . . Benedictum Barnabe, canonicum ecclesie sancti Nicolai Alberegalis . . . favore prosequi . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Benedicto auctoritate nostra conferas et assignes . . . amoto exinde dicto Johanne Benedicti et quolibet alio illicito detentore . . . Non obstantibus . . . quod idem Benedictus, ut asserit, canonicatum et prebendam in sancti Nicolai, necnon altare, sine cura, sancte Catherine, situm in beate Marie ecclesiis predictis, quorum fructus . . . decem et octo florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas Novembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XVII. f. 185.)

CDLXXIV.

1411. November 15.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostokat kiváltságokkal ruházza föl.

Johannes . . . Benedicto Michaelis, preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, Romane ecclesie immediate subiecte, Vesprimiensis diocesis, notario nostro salutem . . . Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, ut tu et successores tui, quibus alias, quod mitra et baculo pastorali uti ac bendictionem solemnem post Missarum, Vesperarum et Matutinorum solemnia ac etiam illis, qui benedictionibus huiusmodi interfuerint, certas indulgentias elargiri possitis, a Sede Apostolica est concessum, etiam rocheto et annulo tam intra ecclesiam predictam, quam etiam extra eam ubicunque locorum perpetuis futuris temporibus uti libere et licite

valeatis . . . de speciali gratia indulgemus . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimoseptimo kalendas Decembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 52.)

CDLXXV.

1411. November 15.

XXIII. János pápa Mihálfi Benedek fehérvári prépostot azzal a kiváltsággal ruházza föl, hogy káptalanában tizenkét kanonoki javadalmat adományozhasson.

Johannes . . . Magistro Benedicto Michaelis preposito ecclesie beate Marie Alberegalis, Romane ecclesie immediate subiecte, Vesprimiensis diocesis, notario nostro salutem . . . Discretioni tue providendi auctoritate apostolica in ecclesia beate Marie Alberegalis . . . cuius prepositus existis, duodecim personis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas . . . de canonicatu dicte ecclesie . . . reservandi quoque donationi tue auctoritate prefata in dicta ecclesia duodecim prebendas pro personis eisdem . . . plenam et liberam . . . concedimus facultatem. Volumus autem, quod de nominibus et cognominibus personarum, quibus huiusmodi prebendas contuleris et de diebus collationum gentes camere apostolice aut collectorem vel succollectorem fructuum et proventuum eidem camere debitorum in illis partibus deputatum quantocius certificare procures . . . Datum Rome apud sanctum Petrum decimo septimo kalendas Decembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XXII. f. 53.)

CDLXXVI.

1411. Deczember 5.

XXIII. János pápa Slucer Lambertnek az ó-budai prépostságot adományozza.

Johannes . . . Lamberto Slucer de Golria, preposito ecclesie sancti Petri Apostoli Veteris Bude, Vesprimiensis diocesis, magistro in theologia salutem . . . Dudum siquidem omnes dignitates . . . in cathedralibus maiores post pontificalem et principales in collegiatis ecclesiis . . . dispositioni nostre reservantes decrevimus . . . Cum itaque postmodum prepositura ecclesie sancti Petri . . . Veteris Bude, . . . que dignitas principalis in eadem existit, per liberam resignationem Nicolai dicti de Pest . . . vacaverit, . . . nos volentes tibi, qui etiam magister in

artibus et, ut asseris, . . . Sigismundi, electi Romanorum regis, capellanus et consiliarius existis . . . gratiam facere . . . preposituram predictam, cuius fructus . . . trecentorum florenorum auri . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . apostolica tibi auctoritate conferimus, . . . Non obstantibus . . . quod, ut asseris, parochialem ecclesiam in Lenbenstorff, Pataviensis diocesis, cuius fructus . . . centum florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, nosceris obtinere. Nos enim tecum, ut prepositurum ipsam recipere et usque ad septennium unacum dicta parochiali ecclesia retinere . . , valeas, dispensamus, ita tamen, quod parochialem ecclesiam aut prepositurum huiusmodi cum earum reliqua compatibili interim permutare, alioquin eandem parochialem ecclesiam . . . dimittere tenearis Proviso, quod . . . animarum cura . . . nullatenus negligatur . . . Datum Rome apud sanctum Petrum nonis Decembris anno secundo.

(Regesta Datariæ. Annus II. Liber XVII. f. 298. t.)

CDLXXVII.

1412. Szeptember 1.

XXIII. János pápa Branda bibornokot a veszprémi püspökség administratorává rendeli.

Johannes . . . Dilecto filio Brande tituli sancti Clementis presbitero cardinali, administratori ecclesie Vesprimiensis in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputato, salutem . . . Cum itaque venerabilis frater noster Georgius, episcopus Vesprimiensis, non potens absque evidenti persone et rerum suarum periculo in partibus illis commorari, se a sua Vesprimiensi ecclesia per plurimorum iam preteritorum annorum spatium absentaverit, ipsaque ecclesia propter diuturnam absentiam ipsius episcopi, qui etiam adhuc propter huiusmodi periculum in dictis partibus residere et utiliter regimini eiusdem ecclesie, prout ei expediret et ipse episcopus ex sui cordis intimis affectaret, nullatenus utiliter (sic bis) presidere potest, multiplicia et magna sustinuit et incessanter sustinet detrimenta, nos cupientes eidem ecclesie, quantum in nobis est, iuxta cor nostrum super hoc providere ac considerantes, quod tu, qui in illis et nonnullis aliis partibus apostolice sedis legatus existis, eidem ecclesie poteris esse in spiritualibus et temporalibus quamplurimum utilis et etiam fructuosus, te etiam ex ipsius episcopi voluntate et consensu, administratorem ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus huiusmodi auctoritate apostolica usque ad apostolice sedis beneplacitum constituimus et etiam deputamus . . . Volumus tamen, quod de . . . fructibus . . . ad mensam episcopalem Vesprimiensem spectantibus eidem episcopo provisionem annuam quadringentorum florenorum auri de camera, boni et iusti ponderis, quam

etiam et nos sibi . . . reservamus, reserves et assignes ac pro una medietate in purificationis et pro alia medietate in assumptionis beate Marie virginis festivitatibus exnunc inantea singulis annis huiusmodi beneplacito durante per te vel alium in Romana curia persolvas et ministres cum effectu quodque, si et quam primum idem episcopus, legitimo cessante impedimento, ad prefatas partes redierit et ipsi ecclesie utiliter et fructuose preesse poterit, huiusmodi administrationis officium penitus expiret . . . Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Septembris anno tertio.[1]

(Regesta Datariæ. Annus III. Liber —. f. 76.)

CDLXXVIII.

1412. Deczember 18.

XXIII. János pápa a budai főesperesség tárgyában a római szentszék előtt megindított perben ítéletet hoz.

Johannes . . . Episcopo Neucastrensi et . . . sancti Aniani de Ticonio ac sancte Marie de Scircz, Vesprimiensis diocesis, monasteriorum abbatibus salutem . . . Exhibita nobis pro parte . . . Blasii Johannis de Collan, archidiaconi Budensis in ecclesia Vesprimiensi petitio continebat, quod, licet olim archidiaconatus Budensis ac canonicatus et prebenda in beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, ecclesiis tunc per obitum quondam Gregorii de Zedreg . . . vacantes auctoritate apostolica collati . . . sibi . . . fuissent, tamen . . . Ladislaus de Leweld, qui se gerit pro presbitero dicte diocesis, falso asserens eosdem archidiaconatum et canonicatum ac prebendam ad se spectare . . . impedit, quominus . . . collatio . . . predicta . . . debitum . . . sortiatur effectum ipsosque . . . occupavit, . . . ortaque propterea inter eosdem Blasium et Ladislaum super prefatis archidiaconatu et canonicatu ac prebenda materia questionis, nos ad instantiam dicti Blasii asserentis, quod propter potentiam predicti Ladislai non sperabat se eundem Ladislaum in partibus illis tute citari facere posse . . . Jacobo Morescini . . . auditori causarum palatii apostolici commisimus, ut causam . . . audiret . . . Idemque auditor . . . quia per informationem . . . repperit, quod dictus Ladislaus in partibus illis tute citari non poterat, eundem Ladislaum per edictum publicum (dicti palatii) portis et quibusdam locis publicis partibus illis vicinis appositum citari fecit, ut coram eo . . .

[1] Ugyanezen a napon a szokásos értesítő levelek elküldettek a veszprémi káptalannak, az egyházmegye papságának és világi híveinek, úgyszintén a püspökség vasallusainak. De ez esetben az esztergomi érsekhez és a királyhoz nem küldettek ilyen levelek.

compareret . . . Blasius . . . comparens . . . Ladislai non comparentis contumaciam accusavit prefatusque auditor . . . eundem Ladislaum . . ad dandum et recipiendum libellum . . . citari fecit ad certos terminos . . . in quibus Johannes de Scrinianis, procurator dicti Blasii . . . comparens eiusdem Ladislai non comparentis contumaciam accusavit et . . . dedit libellum . . . necnon quasdam positiones et articulos dedit pro parte sua . . . prefatusqne auditor . . . eundem Ladislaum ad respondendum dictis positionibus . . . citari fecit ad certos terminos . . . In quibus dictus procurator . . . comparens . . . Ladislai non comparentis contumaciam accusavit et . . . nonnullas litteras apostolicas, instrumenta publica . . . produxit . . . prefatusque auditor . . . Ladislaum ad dicendum contra eadem producta quidquid vellet . . . citari fecit ad certum terminum . . . in quo prefatus procurator . . . comparens . . . Ladislai non comparentis contumaciam accusavit et deinde Nos causam . . . Frederico Deys . . . auditori . . . commisimus . . . qui . . . Ladislaum . . . ad concludendum . . . citari fecit ad certum terminum . . . in quo dicto procuratore . . . comparente et . . . Ladislai non comparentis contumaciam accusante . . . auditor . . . conclusit . . . et . . . Ladislaum . . . ad . . . diffinitivam sententiam audiendam . . . citari fecit ad certum terminum . . . in quo dicto procuratore . . . comparente et . . . Ladislai non comparentis contumaciam accusante . . . auditor . . . per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit . . . eosdem archidiaconatum ac canonicatum et prebendam . . . ad prefatum Blasium . . . spectare et pertinere de iure . . . ac prefato Ladislao . . . nullum ius competere . . . dictumque Ladislaum . . . in expensis . . . condempnavit . . . ac expensas ipsas in triginta tribus florenis auri de camera . . . taxavit . . . Cum autem . . . idem Blasius dubitet, ne interim aliqui alii in archidiaconatu ac canonicatu et prebenda se intruserint . . . Nos . . . dictam sententiam auctoritate apostolica confirmantes discretioni vestre . . . mandamus, quatinus . . . eundem Blasium . . . in possessionem archidiaconatus ac canonicatus et prebende . . . amoto exinde dicto Ladislao inducatis . . . et contra intrusos . . . perinde . . . procedatis, ac si sententia ipsa contra eos lata foret . . . Datum Rome apud sanctum Petrum quintodecimo kalendas Januarii anno tertio.

(Regesta Datariæ. Annus III. Liber I. f. 279.)

CDLXXIX.

1413. Julius 18.

XXIII. János pápa Nicolaus de Senatibus nápolyi kanonoknak ó-budai kanonokságot adományoz.

Johannes . . . Episcopo Tudertino salutem . . . Grata dilecti filii magistri de Senatibus, canonici Neapolitani, scriptoris et familiaris nostri, familiaritatis et devotionis obsequia, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, . . . Nicolaus Johannis, canonicus ecclesie, beate Marie (?) in Veteri. Buda, Vesprimiensis diocesis canonicatum et prebendam dicte ecclesie . . . libere resignare proponat, nos . . . volentes dicto Nicolao de Senatibus, qui etiam, ut asserit, . . . Raynaldi sancti Viti in Macello diaconi cardinalis familiaris, continuus commensalis existit, . . . gratiam facere . . . mandamus, quatenus ab eodem Nicolao Johannis . . . resignationem dictorum canonicatus et prebende . . . recipias et . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . decem marcharum argenti . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Nicolao de Senatibus auctoritate nostra conferas et assignes . . . Non obstantibus . . . quod idem Nicolaus de Senatibus, ut asserit, super canonicatu et prebenda in Vesprimiensi ac archidiaconatu de Segusd, in eadem, quorum decem et septem, in palatio apostolico litigat et dudum sibi de prepositura in sancte Margarethe Dimisiensi, . . . necnon de in Titulensi, Colocensis diocesis, cum prebenda ac de in Neapolitana, cum canonicali portione, canonicatibus, quorum omnium quadraginta marcharum argenti fructus . . . valorem annuum non excedunt tunc certis modis vacantibus apostolica fuit auctoritate provisum . . . Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentinos quinto decimo kalendas Augusti anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber XXXVI. f. 10.)

CDLXXX.

1413. Julius 18.

XXIII. János pápa Jánosfi Miklósnak a segesdi főesperességet adományozza.

Johannes . . . Frederico Deys . . . causarum palatii apostolici auditori salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Nicolaus Johannis, canonicus ecclesie beate Marie (?) in Veteri Buda . . . commendatur . . . nos inducunt,

ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Nicolai petitio continebat, quod orta dudum inter ipsum et . . . magistrum Nicolaum de Senatibus, canonicum Neapolitanum, scriptorem et familiarem nostrum, super canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis ac archidiaconatu de Segusd in eadem, de quibus, tunc per obitum quondam Andree de Toth . . . vacantibus Nicolaus Johannis sibi auctoritate ordinaria provisum seque illos assecutum fuisse canonice ac . . . Nicolaum de Senatibus se provisioni . . . opponere necnon fecisse et facere, quominus ipse Nicolaus Johannis eosdem . . . posse pacifice possidere, Nicolaus de Senatibus vero eosdem . . . ad se de iure spectare asserebant prout asserunt, materia questionis, Angelus Corario, tunc in sua obedientia Gregorius XII nominatus, . . . quondam Jeronimo Sygenberg . . . auditori . . . commisit . . . et deinde prefato Angelo ac etiam iniquitatis alumpno Petro de Luna . . . notoriis scismaticis . . . declaratis . . . Alexandro papa V, . . . vita functo . . . nos . . causam ipsam . . . tibi commisimus . . . Cum autem, sicut accepimus, Nicolaus de Senatibus . . . omni iuri sibi in eisdem canonicatu et prebenda ac archidiaconatu predictis . . . competenti ex certis causis sponte et libere cedere proponat, Nos votis ipsius Nicolai de Senatibus in hac parte . . . annuentes ac eidem Nicolao Johannis, ne novus sibi in huiusmodi causa adversarius surrogetur, providere . . . volentes . . . mandamus, quatinus ab eodem Nicolao de Senatibus cessionem huiusmodi . . . recipias . . . et . . . Nicolaum Johannis . . . in iure . . . huiusmodi surroges ipsumque ius sibi conferas . . . et nichilominus canonicatum et prebendam ac archidiaconatum predictos, qui quidem archidiaconatus dignitas, non tamen maior post pontificalem in dicta ecclesia Vesprimiensi existit et quorum omnium fructus . . . decem et septem marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt . . . dicto Nicolao Johannis auctoritate nostra conferas et assignes . . . Non obstantibus . . . quod idem Nicolaus Johannis . . . canonicatum et prebendam dicte ecclesie beate Marie, quorum fructus . . . decem marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt noscitur obtinere . . . Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentinos quintodecimo kalendas Augusti anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber XL. f. 224. t.)

CDLXXXI.

1413. Szeptember 13.

XXIII. János pápa a fehérvári káptalan azon kiváltságát, mely szerint közvetlenül az apostoli széknek van alávetve, megerősíti.

Johannes . . . Preposito ecclesie Colocensis salutem . . . Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum prepositi, canonicorum et capituli ecclesie beate Marie virginis Alberegalis, Vesprimiensis, diocesis, petitio continebat, quod licet dudum per speciale privilegium sedis apostolice, cui non est in aliquo derogatum, ipsi prepositus, canonici et capitulum ac ecclesia cum omnibus suis ecclesiis, capellis et aliis beneficiis ecclesiasticis, . . . ac iuribus spiritualibus et temporalibus . . . ab omni iurisdictione ac potestate et dominio episcopi Vesprimiensis, . . . et quorumcunque aliorum iudicum ordinariorum sunt prorsus excepti et immunes, necnon sedi prefate immediate subiecti . . . quia tamen dilectus filius Nicolaus de Lipthovia, canonicus Vaciensis, officialis Vesprimiensis, eosdem prepositum, canonicos et capitulum . . . necnon aliquos ex hominibus et habitatoribus ipsis ex diversis causis coram se auctoritate ordinaria ad iudicium evocari ipsosque homines et habitatores excommunicationis sententia innodare et alias multipliciter gravare propria temeritate presumpsit, pro parte ipsorum prepositi, canonicorum et capituli, sentientium exinde indebite se gravari, fuit ad sedem eandem appellatum et deinde nobis humiliter supplicatum, ut causam appellationis huiusmodi alicui probo in partibus illis committere et aliis in premissis eis oportune providere paterna diligentia curaremus. Nos itaque . . . discretioni tue . . . mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari . . . Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentinos idibus Septembris anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber LXIX. f. 253.)

CDLXXXII.

1413. Szeptember 15.

XXIII. János pápa megerősíti az ítéletet, a mely Óvári János kanonokot, ki ellen a házasságtörés vádja emeltetett, ártatlannak nyilvánította.

Johannes . . . Ad futuram rei memoriam. Sane petitio dilecti filii Johannis de Ovar, canonici ecclesie beate Marie virginis oppidi Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, nobis nuper exhibita continebat, quod olim sibi, qui presbiter est, per quosdam emulos suos et presertim dilectum filium Gregorium dictum Sos, oppidanum dicti oppidi, falso impositum foret, quod idem canonicus cum quondam Barbara, prefati oppidani uxore, adulterium sepius commiserat, dictus canonicus volens suam in hac parte innocentiam expurgare, . . . coram certo suo superiore seu iudice competenti, tunc expresso, in forma iuris et presertim, prout iuxta quandam consuetudinem illarum partium fieri consuevit, . . . de huiusmodi et falso impositis canonice auctoritate ordinaria se purgavit. Sed, cum postea dictus oppidanus prefatam uxorem ultra spacium unius anni, transacta dicta purgatione, sub typo predicti adulterii inhumaniter perimisset, ut per hoc etiam ipsi oppidanus et alii emuli eorumque complices in hac parte bonam famam ipsius canonici etiam apud bonos et graves peramplius ledere possent, ipsumque diversimode impedire conarentur, . . . prefatus canonicus ex habundanti cautela ad servandum eius conscientiam, antedictam purgationem coram dilecto filio nostro Branda, tituli sancti Clementis presbitero Cardinali, in eisdem partibus apostolice sedis legato, introduxit, qui ea diligenter auctoritate legationis eiusdem examinata sententialiter pronuntiavit, eandem purgationem fore canonicam, prefatumque canonicum ad suos canonicatum et prebendam ipsius ecclesie, quibus etiam propter premissa de facto spoliatus extiterat, restituit . . . Quare pro parte dicti canonici nobis fuit humiliter supplicatum, ut purgationi necnon sententie predictis, que quidem sententia, nulla provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam, et aliis premissis robur apostolice confirmationis de benignitate apostolica adiicere dignaremur. Nos itaque . . . huiusmodi purgationem, sententiam atque alia, per ipsum Legatum, ut premittitur, facta . . . rata habentes . . . ea auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus . . . Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentinos decimo septimo kalendas Octobris anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber LXIX. f. 156. t.)

CDLXXXIII.

1413. Szeptember 15.

XXIII. János pápa jóváhagyja az egyességet, amit Uski Balázs ó-budai kanonok es Liczoviai Péter pozsonyi kanonok, javadalmaik cseréje tárgyában kötöttek.

Johannes . . . Oborensi et Jauriensi episcopis ac . . . preposito ecclesie Albe-regalis, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Blasius de Vsk, presbiter Pragensis diocesis, . . . commendatur, nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Blasii petitio continebat, quod olim ipse sancti Petri Veteris Bude et . . . Petrus de Liczovia Pozoniensis, Vesprimiensis et Strigoniensis diocesium, ecclesiarum canonicatus et prebendas . . . desiderantes illos . . . invicem permutare in manibus . . . Johannis archiepiscopi Strigoniensis . . . sponte resignarunt, idemque archiepiscopus sancti Petri, habens ad hoc ab . . . episcopo Vesprimiensi specialem potestatem . . . et Pozoniensis ecclesiarum canonicatuum et prebendarum huiusmodi resignationibus . . . admissis, Pozoniensis Blasio . . . et sancti Petri ecclesiarum predictarum canonicatus et prebendas huiusmodi Petro . . . contulit . . . idemque Blasius ipsos canonicatum et prebendam ecclesie Pozoniensis . . . extitit pacifice assecutus. Cum autem . . . prefatus Blasius dubitet collationem . . . viribus non subsistere . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam ecclesie Pozoniensis predictos, quorum fructus . . . quinque marcharum argenti . . . valorem annuum . . . non excedunt . . . prefato Blasio auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Datum apud sanctum Antonium extra muros Florentinos decimoseptimo kalendas Octobris anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber XL. f. 283.)

CDLXXXIV.

1413. Deczember 18.

XXIII. János pápa «Petro de Rozgon preposito ecclesie Demesiensis« megengedi, hogy hordozható oltáron bármikor misét mondhasson.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber I. s. f.)

CDLXXXV.

1413. Deczember 27.

XXIII. János pápa «Jacobo Stephani de Sakachi, et Catharine eius uxori, Stephano Petri de Sakachy et Barbare eius uxori, Michaeli Thome de Sakachy et Anne eius uxori, Johanni Demetrii et Catharine eius uxori de Sakachy, Helene, quondam Johannis Sakachi mulieri Margarethe relicte quondam Michaelis de Sakachy, Francisco Pauli de Sakachy, et . . . Agneti eius uxori, Egidio Johannis de Sakachy et Margarethe eius uxori Blasio Michaelis de Sakachi et Elyzabeth eius uxori, Brictio filio Cristofori de Sakachy et Clare eius uxori, Johanni filio Nicolai de Sakachy et Margarethe eius uxori, Egidio Johannis de Sakachy et Margarethe eius uxori, Egidio Johannis de Sakachy iuniori ac Thome Benedicti de Wyd et Helene eius uxori Vesprimiensis diocesis» engedélyezi, hogy őket gyóntatójuk az általános feloldozás kegyelmében részesíthesse.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Libro I. s. f.)

CDLXXXVI.

1413. Deczember 27.

XXIII. János pápa a szakácsi plébánia-templomnak búcsút engedélyez.

Johannes . . . Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia Omnium Sanctorum de Sakachy, Vesprimiensis diocesis, . . . frequentetur et etiam conservetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in . . . (v. CCXXXVIII.) festivitatibus . . . et per . . . octavas . . . ecclesiam ipsam devote visitaverint et manus porrexerint adiutrices, . . . singulis videlicet festivitatum . . . quinque annos et totidem quadragenas, octavarum . . . vero diebus . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis . . . relaxamus, presentibus post decennium minime valituris . . . Datum Laude sexto kalendas Januarii anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber LXVIII. f. 14.)

CDLXXXVII.

1413. Decz̃ember 27.

XXIII. János pápa a vidi plébánia-templomnak búcsút engedélyez.

Johannes . . . Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia sancti Michælis de Wyde (sic) Vesprimiensis diocesis, . . . frequentetur et etiam conservetur . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in . . . (v. CCXXXVIII.) festivitatibus et per . . . octavas . . . ecclesiam ipsam devote visitaverint et manus porrexerint adiutrices singulis videlicet festivitatum quinque annos et totidem quadragenas, octavarum . . . vero diebus . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis . . . relexamus, presentibus post decennium minime valituris . . . Datum Laude sexto kalendas Januarii anno quarto.

(Regesta Datariæ. Annus IV. Liber LXVIII. f. 14. t.)

CDLXXXVIII.

1414. Január 7, 11.

XXIII. János pápa «Petro Stephani de Buda laico, — Paulo Pauli de Albaregali clerico, — Nicolao de Marienwerder et Dorothee eius uxori oppidanis oppidi Budensis Vesprimiensis diocesis» megengedi, hogy gyóntatójuk őket az általános feloldozás kegyelmében részesíthesse.

(Regesta Datariæ Annus IV. Liber I. s. f. 133.)

CDLXXXIX.

1414. Május 8.

XXIII. János pápa Branda bibornok, mint a veszprémi püspökség administratora részére a salzburgi és esztergomi érsekeket, úgyszintén Miklós váczi kanonokot jogvédőkké rendeli.

(Regesta Datariæ. Volumen rubrum. f. 91.)

CDXC.

1414. Junius 4.

XXIII. János pápa a budai plébánia-templomnak búcsút engedélyez.

Johannes . . . Universis Christifidelibus . . . salutem . . . Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia beate Marie Budensis, Vesprimiensis diocesis, . . . frequentetur et etiam conservetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in . . . (v. CCXXXVIII.) festivitatibus . . . et per . . . octavas . . . ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, singulis videlicet festivitatum . . . duodecim annos et totidem quadragenas, octavarum vero . . . diebus . . . centum dies de iniunctis eis penitentiis . . . relaxamus, Presentibus post decennium minime valituris . . . Datum Bononie secundo nonas Junii anno quinto.

(Regesta Datariæ. Annus V. Liber LIX. f. 295. t.)

CDXCI.

1414. Június 24.

XXIII. János pápa a fehérvári prépostokat azon kiváltságban részesíti, hogy a káptalan tagjai és papi személyzete fölött azon joghatóságot gyakorolják, a mely a püspököt egyházmegyéje területén illeti meg.

Johannes . . . Ad perpetuam rei memoriam. Sane petitio pro parte dilecti filii magistri Benedicti, prepositi ecclesie beate Marie Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, notarii nostri, nobis nuper exhibita continebat, quod, licet olim dicta ecclesia cum eius personis, presentibus et futuris, ac possessiones, ville, castra, iura, iurisdictiones . . . que prepositus et canonici eiusdem ecclesie, . . . legitime possidebant et in futurum, . . . possent adipisci, ab omni iurisdictione archiepiscopi Strigoniensis et episcopi Vesprimiensis, . . . et quorumcunque aliorum archiepiscoporum, episcoporum, iudicum ordinariorum per speciale privilegium sedis apostolice, . . . exempta prorsus et liberata fuerint ac extunc remanserunt et remaneant sedi prefate immediate subiecta, tamen in eodem privilegio, quis ecclesiasticam iurisdictionem in canonicos, capitulum, presbiteros, clericos, rectores ac personas huiusmodi exercere deberet non extitit provisum et propterea plures committantur excessus, qui, cessante lima correctionis, transeunt impuniti, . . . quare pro parte ipsius

Benedicti nobis fuit humiliter supplicatum, ut eiusdem ecclesie statui super hoc provide de benignitate apostolica providere dignaremur. Nos igitur, . . . prefato Benedicto et successoribus suis, prepositis ipsius ecclesie beate Marie, . . . quod omnem ecclesiasticam iurisdictionem in quibuscunque negotiis et causis etiam civilibus et criminalibus, beneficialibus aut mixtis, que si predicta exemptio non obstaret, episcopus Vesprimiensis et alii iudices ordinarii prefati . . . exercere possent . . . Benedictus et successores sui, prepositi predicti, exercere, necnon contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam aliaque iuris oportuna remedia compescere et omnia alia et singula in premissis et circa ea quomodolibet oportuna ratione previa facere atque disponere, necnon etiam Benedictus et successores sui prefati, in sacerdotio constituti, per se vel alios sacerdotes ydoneos, quos ad id duxerint deputandos, eisdem canonicis et personis, qui sunt et erunt pro tempore, eorum confessionibus diligenter auditis, penitentiam salutarem in casibus episcopalibus scilicet, in quibus episcopi subditos eorum possunt absolvere in iure expresso duntaxat, impendere, necnon cum ipsis etiam in illis casibus, in quibus predicti episcopi cum eorum subditis huiusmodi dispensare possunt, etiam dispensare libere et licite valeant, . . . de specialis dono gratie auctoritate apostolicatenore presentium indulgemus . . . Datum Bononie octavo kalendas Julii anno quinto.

(Regesta Datariæ. Annus V. Volumen rubrum. Assignatum. f. 247.)

CDXCII.

1414. November 19.

XXIII. János pápa Györgyfi Istvánnak fehérvári kanonokságot adományoz, és rendelkezik, hogy Kállai Balázs, ki e javadalmat bitorolja, attól megfosztassék.

Johannes . . . de Sumugvar et de Bela, Vesprimiensis et Zagrabiensis diocesium, monasteriorum abbatibus ac decano ecclesie Paderburnensis salutem . . . Vite ac morum honestas . . . super quibus . . . Stephanus Georgii, rector parochialis ecclesie sancte Elyzabeth extra muros opidi Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, commendatur . . . nos inducunt, ut sibi reddamur ad gratiam liberales. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dicti Stephani petitio continebat, quod dudum quondam Johannes Bartholomei, canonicus ecclesie Vesprimiensis, in causa per eum contra . . . Antonium de Rada, clericum, super canonicatu et prebenda ecclesie Vesprimiensis predicte, de quibus tunc per obitum quondam Johannis Moysy . . . vacantibus Johannes Bartholomei sibi canonice fore provisum et quos dictus Antonius detinebat indebite occupatos, mota et coram certo auditore causarum palatii apostolici . . . diutius ventilata tandem unam per quam dicti canonica-

tus et prebenda sibi adiudicati et super eis prefato Antonio perpetuum silentium impositum extiterat, . . . diffinitivam sententiam reportavit et super executione dicte sententie . . . ad quosdam executores . . . litteras impetravit. Cum autem, sicut accepimus, predicti canonicatus et prebenda per eiusdem Johannis obitum, qui antequam dicte littere executioni debite demandate forent . . . decessit, vacaverint et vacent ad presens, licet dilectus filius Blasius de Callo, qui se gerit pro clerico Waradiensis diocesis, in eisdem canonicatu et prebenda, ut idem Stephanus asserit, postea se intruserat, Nos . . . discretioni vestre . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam predictos, quorum fructus . . . quinquaginta florenorum auri valorem annuum . . . non excedunt, . . . eidem Stephano auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . amoto exinde dicto Blasio et quolibet alio illicito detentore . . . Non obstantibus . . . quod idem Stephanus, ut asserit, dudum predictam ecclesiam parochialem, quam tunc canonice obtinebat, cuiusque fructus . . . viginti florenorum auri . . . valorem annuum non excedunt, de facto spoliatus extitit, quodque dudum sibi . . . de beneficio ecclesiastico . . . ad collationem . . . episcopi et capituli Vesprimiensis . . . ac beate Marie dicti oppidi ecclesiarum . . . pertinente . . . mandavimus provideri . . . Datum Constantie tertio decimo kalendas Decembris anno quinto.

(Regesta Datariæ. Annus V. Liber XLIV. f. 97.)

CDCXIII.

1414. Deczember 23.

XXIII. János pápa Visontai János részére, a fehérvári szent-Miklós-káptalan prépostjának adományozásához tartozó javadalmat reservál.

Johannes . . . Johanni Georgii de Visunta, perpetuo beneficiato in ecclesia sancti Petri in castro opidi Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Beneficium ecclesiasticum sine cura, cuius fructus . . . trium marcharum argenti secundum taxationem decime valorem annum non excedant, ad collationem . . . prepositi ecclesie sancti Nicolai extra muros opidi Alberegalis, Vesprimiensis diocesis, pertinens, si quod vacat ad presens, vel cum vacaverit, . . . conferendum tibi . . . donationi apostolice reservamus . . . Non obstantibus . . . quod, ut asseris, quoddam perpetuum beneficium in ecclesia sancti Petri in castro dicti opidi, dicte diocesis, cuius fructus . . . duarum marcharum argenti valorem annuum non excedunt, nosceris obtinere . . . Datum Constantie decimo kalendas Januarii anno quinto.

(Regesta Datariæ. Annus V. Liber V. f. 253.)

CDXCIV.

1415. Január 2.

XXIII. János pápa a veszprémi kanonokságnak Simonfi János részére Branda bibornoktól történt adományozását megerősíti.

Johannes . . . Archiepiscopo Spalatensi et episcopo Concordiensi ac preposito ecclesie sancti Nicolai extra muros Albenses, Vesprimiensis diocesis, salutem . . . Exhibita nobis nuper pro parte Johannis (Symonis, rectoris altaris beate Marie, siti in ecclesia Vesprimiensi) . . . petitio continebat, quod, olim canonicatu et prebenda ac custodia dicte ecclesie, quos quondam Ladislaus de Chuz . . . obtinebat, per ipsius Ladislai obitum . . . vacantibus . . . Nicolaus de Liptovia, vicarius in spiritualibus generalis . . . Brande . . . cardinalis, dicte ecclesie in eisdem spiritualibus et temporalibus administratoris per sedem Apostolicam deputati, habens super hoc specialem a dicto cardinale potestatem, eosdem canonicatum et prebendam ac custodiam . . . eidem Johanni . . . contulit et de illis etiam providit. Cum autem . . . idem Johannes dubitet, collationem . . . viribus non subsistere . . . mandamus, quatinus . . . canonicatum et prebendam ac custodiam predictos, . . . quorumque omnium fructus . . . quatuordecim marcharum argenti puri . . . valorem annuum . . . non excedunt, . . eidem Johanni auctoritate nostra conferre et assignare curetis . . . Non obstantibus . . . quod idem Johannes . . . altare predictum, cuius fructus . . . duarum marcharum argenti . . . valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere. Volumus autem, quod dictus Johannes, quamprimum vigore presentium dictos canonicatum et prebendam ac custodiam fuerit pacifice assecutus, predictum altare . . . dimittere teneatur . . . Datum Constantie quarto nonas Januarii anno quinto.

(Regesta Datariæ. Annus V. Liber XLVI. f. 101.)

CDCXV.

PÓTLÉKOK.

1298. Május 24.

A veszprémi püspök és káptalan az esztergomi János-lovagokkal fenforgó perben, a szentmártoni apáttól, mint pápai birótól hozott itélet ellen, a pápához fölebbeznek.

Beatissimo in Christo patri et domino B(onifacio) divina disponente clemencia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici G(regorius) Strigoniensis ecclesie electus humilis cum summa reverencia pedum oscula beatorum. Tenore presencium sanctitati beatitudinis vestre innotescat, quod magister Joseph archidiaconus de sancto Andrea et magister Gallus, canonici Vesprimiensis ecclesie, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, nono kalendas Junii, sabbato proximo ante festum pentecostes, cum sufficientibus procuratoriis domini B(enedicti) episcopi, magistri A(ndronici) quondam prepositi et capituli Vesprimiensis ecclesie ad appellandum constituti legerunt in presencia mea et fratrum meorum capituli Strigoniensis ecclesie sub testimonio similiter meo et fratrum meorum in presencia Hermani abbatis de sacro monte Pannonie, iudicis a sanctitate vestra delegati et a venerabili patre P(aulo) episcopo Quinqueecclesiensi uno ex delegatis subdelegati formam appellacionis tenorem infrascriptum continentem:

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, nono kalendas Junii, sabbato proximo ante festum pentecostes, nos magister Joseph archidiaconus de sancto Andrea et magister Gallus, canonici Vesprimiensis ecclesie, procuratores sufficientes et legitimi venerabilis patris domini B(enedicti) episcopi Vesprimiensis, magistri Andronici, quondam prepositi et capituli loci eiusdem, nunc autem custodis Albensis, nomine et vice eorundem ad hoc specialiter constituti, a vobis venerabilibus viris Hermano abbate sancti Martini de sacro monte Pannonie, iudice a sede apostolica delegato et abbate de Pylis, a venerabili patre H(aab) Dei gracia episcopo Vaciensi subdelegato, in causa, quam magister Nicolaus et conventus cruciferorum sancti regis de Strigonio movent contra eosdem coram vobis, sencientes predictum venerabilem patrem et magistrum A(ndronicum) ac capitulum prefatos iniuste et indebite aggravari per interlocutoriam, quam secundo die ascensionis domini protulistis, ex causis et gravaminibus infrascriptis ad sedem apostolicam in hiis scriptis appellamus. Cum enim citacio sit origo et fundamentum ordinis iudiciarii et citacio multiplici non valuerit racione, tum quia ammoniciones, seu citaciones a delegatis principum sollempniter fieri debeant, consideracione prehabita personarum, locorum et tem-

porum et negocii qualitate inspecta ac de oblacione citacionis cum approbacione testium confici debeat publicum instrumentum, cum in causa ardua non credatur uni sine aminiculo testium condignorum et delegata iurisdictio non potest, nec debet recedere a sollempnitate iuris, tum etiam quia cum certum officium vel mandatum alicui specialiter committitur, non potest alteri de iure committere vices suas, quia industria et legalitas persone, cui tale officium committitur, in hoc videtur esse approbata; et cum vos domini iudices Alberto plebano de novo monte Pestiensi officium citandi vestris, ut dicitis, dederitis litteris in mandatis et idem per simplices suos clericos dominum episcopum et magistrum A(ndronicum) ac capitulum prefatos citari fecerit, non potuit hoc esse validum, cum de iure minime sortiretur effectum. Quia igitur fundamentum et principium, quod est potissima pars cuiuslibet rei, defuit sollempnitate iuris obmissa, non potuit esse validum, et firmum, quod ex eo, vel ob id fuit subsecutum, nam vix bono peraguntur exitu, que malo sunt inchoata principio. Est etiam evidentissima suspecti iudicis recusacio, nam cum fratre H(ermanno) abbate de sacro monte Pannonie, uno ex vobis delegato, similem dominus episcopus et magister A(ndronicus) ac capitulum hanc controversie causam, que est racionabilis et evidens suspicionis causa et quia periculosum est coram suspectis iudicibus litigare, naturale namque est suspectorum iudicum iudicium declinare et inimicorum examen velle refutare, nam nichil inimicus amplius desiderat, vel avidius affectat, quam quod nocere possit, vel valeat, captata loci, vel temporis oportunitate, ideo eius examini stare merito erat formidandum, quod etiam ex quibusdam manifestis indiciis perpendebatur luculenter, semper enim quadam fraudulenta machinacione clam in aures aliorum iudicum condelegatorum videbatur aliqua suggerere et instillare, que poterant in dispendium et gravamen prefati domini episcopi, magistri A(ndronici) et capituli predicti provenire. Insuper iidem magister Nicolaus, quondam simplex frater et sui fratres, Dei timore postposito et omnium sanctorum calcata reverencia, non credentes Deum fore omnium iniuriarum ultorem in celo, legem in mundo, diversarum penarum acerbitatem in inferno, manus in fratrem Dominicum, olim eorum magistrum, adiuncta sibi abusiva laicali potestate temere iniecerunt violentas, propter quod ipse et sui fratres fuerunt maioris excommunicationis vinculo ipso facto innodati, ex quo eciam irregularitatis laqueo se involverunt, quia sic excommunicati existentes, scienter se divinis immiscuerunt, sicut prius, propter quod antequam absolucionis ab excommunicacione et dispensacionis ab irregularitate a sede apostolica potuissent beneficium obtinere, nec agere poterant, vel eciam rescriptum apostolicum impetrare et quia etiam idem rescriptum apostolicum, quamvis quibusdam dominis reverendis, videlicet domino P(aulo) Quinqueecclesiensi et H(aab) Vaciensi episcopis, iuris peritis, ab inicio fuisset impetratum, tamen quia ipsi abbati Hermano de sacro monte Pannonie et abbati de Pylis viris religiosis, qui non forensibus disceptationibus, sed pacificis decreverunt studiis inherere, propter quod

etiam parvam hanc et modicam causarum experienciam et iuris periciam et quamquam in loco, videlicet in veteri Buda, ad conveniendum in rescripto apostolico deputato iuris copia posset haberi peritorum, tamen quia prepositus et capitulum prefate veteris Bude consimilem causam hanc cum eisdem merito poterant ut suspecti reputari. In cuius suspicionis propositam causam nec admissam, cum super premissis gravaminibus littere protestacionis in testimonium fuissent ab eisdem diligenter impetrate, licet nulli eciam inimico ad pleniorem asserciónem et detectionem veritatis eedem debuissent denegari, iidem tamen postposito iuris ordine et regni consuetudine retrohiecta dare ad elucidacionem iusticie et veritatis recusarunt, sane luce (sic) cunctis suspicionis probacionem in medium proferamus. Cum enim termino ad comparendum prefixo dominus noster B(enedictus) episcopus, magister A(ndronicus) et capitulum prefati discretum virum magistrum Petrum, cantorem Vesprimiensem et Petrum sacerdotem de Bana, sufficientes et legitimos procuratores suos ad causas legitimas sue absencie, videlicet vocacionem regiam et baronum pro arduis regis et regni negociis expediendis ac discriminosis reformandis duxissent destinandos, iidem tamen callide circumventi, impetiti assessoris consilio retulerunt asserentes minus iuste, quod hora debita, qua negocium poterat expediri, preterisset, cum tamen competenti hora canonibus statuta iidem comparuissent procuratores et iusta causa absencie allegata, eciam in diem alteram equitate suadente debuissent expectari. Ex premissis itaque causis iustis et legitimis ad sedem apostolicam, ut premisimus, vice et nomine domini B(enedicti) episcopi, magistri A(ndronici) et capituli predicti in hiis scriptis appellamus, petimus et instanter petimus, offerentes premissa, vel que sufficiunt ad intencionem nostram solidandam, nos suo loco et tempore probaturos ponendo ipsum dominum episcopum et magistrum A(ndronicum) ac capitulum supradictos cum omnibus suis iuribus et pertinenciis universis sub protectione sedis apostolice, quam appellamus, speciali; inhibentes vobis auctoritate domini pape, ne aliquid in preiudicium ipsius domini episcopi et sue ecclesie facere attentetis. Actum ut supra. In cuius rei testimonium presentes litteras meas sibi dari petiverunt, quas ego eorum precibus iustis et legitimis annuens eisdem concessi sigilli mei autentici appensione consignatas. Datum Bude, anno et die supradictis.

(Eredetije a veszprémi káptalan levéltárában: Miscellanea, capsa 109. num. 40.)

CDXCVI.

1342. September 23.

VI. Kelemen pápa a Márton dömösi prépositól elkövetett erőszakos tettek tárgyában vizsgálatot rendel.

Clemens episcopus etc. Venerabilibus fratribus (Nicolao) Agriensi et (Mesko) Vesprimiensi episcopis et dilecto filio Michaeli electo Waciensi salutem. Petitio dilectorum filiorum Ladizlai de Potok, lectoris et canonici ac ceterorum canonicorum et clericorum ecclesie Demesiensis, Vesprimiensis diocesis nobis exhibita continebat, quod Martinus[1] de Perti, qui pro preposito dicte ecclesie se gerit, maligno imbutus spiritu cum quibusdam suis complicibus ipsum lectorem lectoratu suo ac ipsum et nonnullos alios canonicos ac clericos beneficiatos et ministros eiusdem ecclesie canonicatibus, prebendis, dignitatibus ac beneficiis ecclesiasticis, que in ipsa ecclesia obtinebant, eorumdemque beneficiorum fructibus, redditibus et proventibus . . . violenter pluries spoliavit et de ecclesia ipsa eiecit et per decem annos et amplius sic eos tenuit et adhuc detinet indebite spoliatos, itaque ipsa ecclesia, in qua consuevit esse canonicorum et beneficiatorum aliorum honorabile collegium eis ac divinis officiis est omnio orbata et quasi penitus destituta. Et quia prefatus lector super huiusmodi spolatione sua ad curiam Strigoniensem . . . et ad sedem apostolicam per ipsum lectorem fuisset habitus recursus ac ipsum Martinum propterea traxisset in causam, dictus tamen Martinus eundem lectorem ausu sacrilego graviter vulneravit, cepit et ipsum lectorem, necnon custodem ipsius ecclesie captivavit et diro carceri mancipavit et multis temporibus detinuit carceri mancipatos ac cum super huiusmodi gravaminibus et eorum occasione per eosdem sic gravatos contra ipsum Martinum fuissent certi et diversi iudices diversis temporibus a sede apostolica impetrati et tam ad ipsos iudices, quam ad subdelegatos eorum propterea recursus habitus extitisset et per eos apostolica auctoritate super predictis diversi facti fuerunt processus ac diverse monitiones et mandata habita, ut ipsos sic gravatos idem Martinus restitueret et a talibus gravaminibus desisteret penitus et cessaret ac contra eum propterea ad alios actus legitime processum fuisset, idem tamen Martinus huiusmodi monitionibus et mandatis minime parere curavit, sed eosdem gravatos in sua nequicia obstinatus durius aggravavit; et quamvis aliquocies super hiis inter eos compositio ordinata et iuramento firmata fuisset, et per eam aliqualis restitutio de predictis extitisset etiam subsecuta, ipse tamen Martinus postmodum contra iuramentum suum huius-

[1] Márton prépost 1329—1357 között fordúl elő az oklevelekben. (Rupp. I. 34.)

modi veniens, multas etiam alias spolationes, iniurias, molestias, violentias et offensas eisdem gravatis nichilominus irrogavit et diversas etiam excommunicationum sententias, quibus per dictos iudices et subdelegatos . . . ligatus extitit, multis annis sustinuit et adhuc substinet dampnabiliter animo indurato, propter que ipsa ecclesia, que honorabilis valde esse consueverat, nisi ei de oportuno remedio succurratur celeriter, sic ad nichilum est deducta, quod vix adiicere poterit, ut resurgat. Quare pro parte dictorum Ladizlai lectoris, canonicorum, clericorum et aliorum ministrorum eiusdem ecclesie nobis extitit humiliter supplicatum, ut ne tam horribiles et nephandi excessus ipsius Martini impuniti ac ipsi supplicantes et eadem ecclesia spoliati remaneant et etiam desolati, providere eis super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque, . . . volentes super hiis, quantum cum Deo possumus, ne predicta incorrecta remaneant, prout iustum fuerit providere . . . mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus vestrum . . . sine strepitu et figura iudicii de premissis omnibus et singulis vos . . . informare curetis, et si per informationem huiusmodi prefatum Martinum et alios eius complices in hac parte de premissis culpabiles inveneritis, Ladizlaum lectorem, canonicos et alios clericos, ministros et beneficiatos eiusdem ecclesie, ut premittitur, spoliatos ad omnia et singula beneficia eorumdem, . . . restituatis . . . contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis . . . Et nihilominus dictum Martinum . . . peremptorie citare curetis, ut infra certum terminum competentem per vos prefigendum, apostolico se conspectui representet, . . . recepturus . . . quod iusticia suadebit . . . Datum Avinione nono kalendas Octobris anno primo.

(Regesta Vaticana. Volumen 155. f. 188. t.)

CDXCVII.

1352. Július 31.

VI. Kelemen pápa a budai plébános és a budai polgárok között létrejött egyességet megerősíti.

Clemens . . . Dilecto filio Hermanno plebano ecclesie beate Marie virginis de castro Budensi Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Peticio tua nuper nobis exhibita continebat, quod cum olim inter quondam Cristianum, plebanum ecclesie beate Marie virginis de castro Budensi Vesprimiensis diocesis predecessorem tuum ex parte una ac homines et hospites de suburbio Budensi dicte diocesis ex altera, super beate Marie Magdalene et ecclesie beati Petri martiris capellis eiusdem diocesis per homines et hospites supradictos in parochia ipsius ecclesie beate

Marie de novo fundatis coram bone memorie Benedicto archiepiscopo Strigoniensi . . . questio verteretur, tandem ipsius archiepiscopi interveniente tractatu quedam super hoc inter partes ipsas composicio, seu concordia intercessit. Quare pro parte tua nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum postmodum prefatam ecclesiam beate Marie tunc vacantem fueris canonice assecutus, predictam composicionem, seu concordiam, quam in ipsius ecclesie tue commodum asseris redundare, apostolico dignaremur presidio communire. Nos tuis itaque supplicationibus inclinati, composicionem, seu concordiam huiusmodi, . . . confirmamus. Datum Avinione, secundo kalendas Augusti, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volum. 209. f. 22.)

CDXCVIII.

1352. Julius 31.

VI. Kelemen pápa a budai plébános és a margitszigeti apáczák között létrejött egyességet megerősíti.

Clemens . . . Dilecto filio . . . Hermanno plebano ecclesie beate Marie virginis de castro Budensi, Vesprimiensis diocesis salutem etc. . . . Peticionis tue series nuper pro parte tua nobis exhibita continebat, quod orta dudum inter quondam Albertum plebanum ecclesie beate Marie virginis de castro Budensi Vesprimiensis diocesis predecessorem tuum ex parte una ac conventum et sorores monasterii beate Marie de insula Danubii iuxta Budam ordinis sancti Augustini . . . super certa porcione oblacionum in denariis, utensilibus, aliisque minutis rebus consistentium, quam sorores et conventus ad se ac Albertus prefati ad ipsum et successores suos plebanos ipsius ecclesie pertinere dicebant coram bone memorie Lodomerio archiepiscopo Strigoniensi loci metropolitano, cum ad archiepiscopum Strigoniensem, qui est pro tempore, causarum cognicio, que inter clericos et personas ecclesiasticas eiusdem loci Budensis et eius suburbiis moventur, pro tempore, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine pertinere noscitur, non ex delegacione apostolica, materia questionis, idem archiepiscopus . . . finaliter decrevit, Albertum plebanum et successores predictos in dicta porcione oblacionum prefatis sororibus non teneri, eis super hoc perpetuum silentium imponendo, . . . Quare pro parte tua nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum tu postmodum predictam ecclesiam tunc vacantem canonice sis adeptus, predictis robur confirmacionis apostolice adiicere dignaremur. Nos itaque . . . quod per dictum archiepiscopum super hiis iuste et provide factum est, . . . confirmamus. Datum Avinione, secundo kalendas Augusti, anno decimo.

(Regesta Vaticana. Volum. 209. f. 22.)

CDXCIX.

1358. April 8.

VI. Incze pápa a Mindszentekről czímzett budai templom egyik oltárának búcsút engedélyez.

Innocentius . . . Universis Christi fidelibus . . . Cupientes igitur, ut altare quatuor Evangelistarum in ecclesia omnium sanctorum in Buda, Wesprimiensis diocesis congruis honoribus frequentetur, . . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui in quatuor Evangelistarum festivitatibus prefatum altare devote visitaverint, annuatim unum annum et quadraginta dies de iniunctis penitenciis, singulis videlicet festivitatum ipsarum diebus, quibus altare ipsum visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus. Datum Avinione, sexto idus Aprilis, anno sexto.

(Regesta Vaticana. Volumen 233. f. 472.)

INDEX.

(NUMERUS PAGINAM DENOTAT.)

Abbatiæ: Almádo; ab. monasterii b. M. V. de A. V. d. o. s. B; abbas: Henricus, 79; Paulus, 71; ab. monasterii s. Mauritii de Bakonybél, Vespr. dioec. o. s. B.; abbates: Jacobus, 59; Nicolaus, 88, 90; Georgius, 164; Petrus Hungarus, 164; Paulus, 293; Petrus, 293; ab. monast. de Bela, Zagrab. dioec., 376; ab. de Czikador, Quinqueeccles. d.; abbas: Andreas, 243; ab monast. de Dömölk. 323; ab. monaster. s. Nicolai de insula Ercsi, Vespr. d. ord. cist., 327; ab. monast. s. Petri de Földvár, 207; ab. monast. s. Benedicti de Gron, Strigon. d. o. s. B., 48; ab. monast. s. Georgii de Jásd, o. s. B.; abbas: Joannes, 59; ab. monast. s. Salvatoris de Kapornak, Vespr. d. o. s, B; abbas: Nicolaus, 277; ab. monast. s. Joannis Bapt. prope flumen Kyris, Varad. d., 285; ab. monast. Montis maioris, Arelatensis d. o. s. B; abbas: Petrus, presb. cardinalis tit. s Laurentii in Damaso, 210; ab. monast. s. Martini de s. monte Pannoniæ, Jaurensis d. ord. s. B; 49, 207, 222, 258; abbates: Hermannus, 18, 24, 379, 380; Nicolaus, 42, 52, 59, 60; Vilhelmus, 61; Siffridus, 167, 186; ab. monast. b. Mariæ V. de Pilis, Vespr. d. ord. cist., 26, 29, 30, 31, 87, 379, 380; abbates: Henricus, 166, 186; Jacobus, 166; Joannes, 167; Stephanus, 15. 24, 25; ab. monast. s. Aegidii de Somogyvár, Vespr. d. o. s. B., 336, 376; abbates: Ladislaus, 245, 250; Paulus, 326, 358; Thomas Joannis, 358; ab. monast. s. Stephani de Spalato, 354; ab. monast. ss. Petri et Pauli ap. de Tata, Jauriensis d. o. s. B., abbas: Aegidius, 326; ab. de Telki; abbas: Stephanus, 71, 79, 84; ab. monast. s. Aniani de Tihany, Vespr. d. o. s. B., 49, 62, 257, 258, 259, 261, 265, 283, 294, 308, 316, 324, 332, 343, 345, 351, 366; abbates: Georgius, 273; Thomas, 71, 79; ab. monast. de Varadinopetri, Colocensis d. ord. cist., abbas: Jodocus, 142; ab. s. Crucis de Vértes; abbas: Nicolaus, 71, 79; ab. monast. b. Mariæ V. Scotorum de Vienna, Pataviensis d. o. s. B., 14, 95, 211, 280, 311; ab. monast. s. Andreæ ap. iuxta Vissegrad, Vespr. d. o. s. B; abbates: Aegidius, 302; Daniel, 105, 106; Jedericus, 302; ab. monast. s. Adriani de Zalavár, Vespr. d., abbas: Ladislaus, 237; ab. monast. s. Stephani de Zenthyog, Varadiensis d., 285; ab. monast. b. Mariæ V. de Zircz, Vespr. d. ord. cist., 24, 32, 49, 265, 355, 366; abbates: Jacobus, 16, 20; Odo, 52, 59, 61, 79; Stephanus, 59; ab. monast. ss. Jacobi de Zselicz, Vespr. d. o. s. B; abbates: Blasius, 71, 79, 84; Petrus, 293

Abraam, Abram (Ábrahám); parochia de A. in archid. Zaladiensi; parochus: Petrus, 65, 74.

Abraham de Bothian, pater Joannis presbyteri Vespr. d. 229.

Ábrahám, 65, 74; vide: Abraam, Abram.

Acha (Acsa); parochia de A. in archid. Albensi; parochus: Petrus, 64, 72.

Achad (Magyar-Atád); parochia de A. in archid. Simigiensi; parochus: Petrus, 70.

Achiuagi (Szilvágy); parochia de A. in archid. Zaladiensi; parochus: Nicolaus, 67.

Acsa, 64, 72; vid. Acha.

Aczél, 238; vid. Azil.

Adalbertus s., 132, 134; eccl. s. A. Jauriensis; præpositus eiusdem, 62; Andreas Petri, præp. 272; eccl. paroch. s. A. de Verebel, Strigon. d. 119.

Adam de Nesetics, doctor decretorum, canonicus eccl. Olomucensis, 282.

—, rector eccl. s. Georgii de Kezew (Keszi), Vespr. d. 192, 193, 195, 196, 197.

Adlochowitz; Olenus (Oliverius) de A. 162, 167.

Administrator diœcesis Vespr. 378; vide: Branda cardinalis.

Adorján, 68, 76, 82; vid. Adrian.

Adrian (Adorján); parochia de A. in archid. Simigiensi; parochus: Benedictus, 68, 76, 82.

Adrianus s.; eccl. s. A tit. diaconi cardinalis Adriani, 1; tit. diac. card. Napoleonis, 44; monasterium s. A. de Zalavár, Vespr. d. o.

s. B., 35, 237, 311, 320; abbas eiusdem: Ladislaus, 237; monachus eiusdem: Petrus Georgii de Bayka, 311, 320.
Adrianus, diaconus cardinalis tit. s. Adriani, postea Rom. pont., 1.
Adriensis episcopus, 348.
Aegidius s.; eccl. paroch. s. Aeg. de villa Babocha (Babócsa), Vespr. d. 262; monasterium s. Aeg. de Somogyvár, Vespr. d. o. s. B., 36, 250, 303, 326, 336, 358; abbates eiusdem: Ladislaus, 250; Paulus, 326, 336, 358; Thomas Joannis, 358; administrator eiusdem: Paulus, episcopus Jeroslaviensis, 303.
—, abbas monasterii ss. Petri et Pauli ap. de Tata, Jaur. d. o. s. B., 326.
—, abbas monasterii s. Andreæ de Vissegrad, Vespr. d. o. s. B., 302.
—, frater ord. Minorum, confessarius reginæ Hungariæ, Elisabeth, 132.
—, fil. Michaelis de Kővágóőrs, can. eccl. b. M. V. Albensis, Vespr. d. 261, 262.
—, fil. Sebæ, can. eccl. s, Nicolai Albensis, Vespr. d. 62.
—, parochus de Gyod (Gyugy) in archid. Simigiensi, 70, 82.
—, parochus de Hednich, Hedruch, Heduch, (Hedrahely) in archid. Simigiensi, 69, 76, 81.
—, parochus de Longoch (Lankócz) in archid. Segiisdiensi, 67.
—, parochus de Philes (Fülecs) in archid. Simigiensi, 68.
—, parochus de Vislau, Vizla, Vizlo (Viszló) in archid. Simigiensi, 68, 76, 82.
—, pater Blasii canonici eccl. Vespr. 274.
—, pater Matthæi clerici Bosnensis d. 231.
—, pater Petri præpositi eccl. OO. ss. in castro Vespr. 288.
—, pater Petri rectoris capellæ s. Catharinæ sitæ ad latus eccl. b. M. V. Albensis, V. d. 351.
—, de Kœtyn, pater Petri presbyteri Olomucensis d. 147.
—, de Lizko, pater Blasii clerici Quinqueeccl. d. 175, 177.
—, fil Joannis (senior), laicus de Sakachy (Szakácsi), V. d.; uxor eiusdem: Margaretha, 373.
—, fil. Joannis (iunior), laicus de Sakachy (Szakácsi), V. d. 373.
Afra s.; altare s. A. in eccl. Vespr., rector altaris: Thomas Joannis, postea can. ecc. Vespr. 268.
Agatha s.; capella s. A. 91; Jacobus de s. A. 192.
Agennensis eccl. canonicus: Petrus de Ilhano, 161, 167.
Agnes, uxor Francisci de Sakachy (Szakácsi) laici V. d. 373.
—, uxor Jacobi laici V. d. 273.
—, vidua Joannis laici V. d. 273.
